nitas. Et no. hoc dictū, q̄a quotidie accidit iter adoleſcētes
3 † Scd̄o no. ibi: *quod parentes, &c.* q̄ de iure canonico tenent 3
ſpōſalia ꝯcta p puellā ēt illicito amore ductā parētib⁹ igno
rātib⁹. ad ſubſtātiā ergo mr̄imonii de iure canonico ñ req 4
ritur, q̄ filiꝰ ꝯhat de conſenſu, uel ſciētia patris, ad hoc c. cū
4 locum. j. e. &. 3 o. q. 2. ca. vbi. † Tertio not. ibi. *inuitam & uecta* 5
a *mantem*, d̄riam inter iſta. & dic q̄ inuita d̄, a q̄ oſtēdit uolun
tatē animi cūr alio ſigno, quā uoce. Reclamās vero dicitur, 6
q̄ uoce aut alio ſigno oſtēdit animi deſiſtētiā, & de hoc ui
5 de bo. gl. 74. di. ī c. 1. † No. quarto, q̄ coactio ipedit uires ma 7
trimonii, ēt ſi iferat à parētibus. nō cm̄ p̄nt parētes inferre
violētiā liberis ī matrimonio ꝯhēdo ēt de iure ciuili, ut in
l. nec filiū, C. de nup. & ff. de ritu nupt. in l ſi patre. Aduerte
tñ, q̄a ſi filiꝰ ꝯhit mr̄imoniū cū puella, ne incurrat indigna- 8
b tionē patris, ita, q̄ alias ñ ſuiſſet ꝯcturus niſi ob reuerētiā b 9
paternā, tenet nihilomin⁹ mr̄imoniū, ex quo nō interuenit
c met⁹c, q̄ poſſit cadēr ī cōſtātē, d̄ hoc vī tex notabilis iuncta
gl. ī d. l. ſi patre, q̄d tene mēti, q̄a vī multū limitare tex. ī l. i.
6 §. q̄ honorāde, cū ibi no. ff. quarū rerū act. ñ da. † Itē no. ibi, 1
cognoſci permiſit, iūcta gl. q̄ carnis copula ſequens purgat me
tū p̄cedēte, & cōualidat mr̄imoniū ſaltē, ut ex nūc, q̄d itelli
ge, q̄ñ copula ñ fuit oīno cōcta, ſed uolūtaria, ſec⁹, ſi p vī
7 fuiſſet puella cognita, ut no. ī c. cōſultationi. j. e. † Itē no. q̄
reſiſtētes executiōi ſnīæ p̄nt excōicari ēt p delegatū, d̄ quo
8 ī c. 1. d̄ offi. dele. † In gl. ī uer. *deceſſerit*, ī fi. no. gl. uult. n. apte
relata ad tex. q̄ matrimoniū ꝓtractū p metum ſit ipſo iure
d nullū, d ita, q̄ nō ſit op⁹ petere reſciſſionem e per actionē q̄d
e me. cau. nā ēm iſtū ītellectū hic eſt caſus aptus, q̄a hæc puel
la ꝯxit cū tertio nō petita reſciſſione ſecūdi matrimonii ꝓ
tracti p uiolētiā, & q̄ dictū ſit uerū ī ſe, vt dicā latius in c.
p̄x. nō tñ p̄bat p iſtā lr̄am, ſed poti⁹ p̄t ſumi ꝯriū, q̄a Papa
mādat iūri, ſi ſecūdus deceſſerit, & forte ad iſtū fīnē, q̄a no
luit, ut diſcuterē nūc de violētia ſine effectu. nā ſi terti⁹ ma
rit⁹ cohabitauit cū iſta muliere p⁹ mortē ſcd̄i, uī ratificaſſe mr̄imoniū, p̄ſuppoſito q̄ pri⁹ habuiſſet aliquā dubitatiō
nē, p hoc q̄d leg. & no. ī c. 1. d̄ eo q. du. ī ma. & hæc no. q̄a li
9 mitāt. c. fi. e. ti. † Vltio ſcias, q̄ ln. hic tractat, nūq d iſta ſup
inducta a tertio uiro potuiſſet ſe opponere ꝯ iſtā Mariotā
p̄ponēdo d̄ iure ſuo? & cōcludit q̄ ſic, dicēs q̄ potuiſſet aſſiſtere uiro ſuo ī iudicio, & p̄ponere de iure ſuo, & ēt appel
lare a ſnīa, ar. l. à diuo Pio. §. ſi ſup reb⁹, ff. de re iud. & ī c. cū
ſup. e. ti. facit. l. a ſnīa, ff. de app. dicit ēt aliud dictū ſatis no.
10 ſi eēt uerū, t̄q̄ ſi Mariota egiſſet poſſeſſorio, ñ fuiſſet audita
iſta ſupīducta p̄ponēs d̄ p̄prietate iuris ſui ad effectū īpediēdi reſtitutionē, niſi uoluiſſet icōtinēti p̄bare, ar. ī c. lite
ras, de reſti. ſpo. & reddit rōnē prima frōte notabilē. d. An. 2
ſ. q̄ i⁹ iſti⁹ ſupīductæ ē ita cōiūctū cū iure ſpoliātis, q̄ ñ poſ
ſet audiri iſta ſupinducta, quomin⁹ prodeſſet ſpoliatori ſecus, ubi ius tertii cōparētis nō eēt ita cōiūctū cū iure ſpoliā
tis, hoc dictū nūq̄ mihi placuit, vt plene dixi ī c. itē cū qs, de
reſti. ſpo. q̄a odiū ſpoliatorū nō dēt obeſſe tertio, q̄ nō fuit
ī culpa, & poti⁹ dēt tolerari odioſus, q̄ innocēs puniri, ut c.
ſacris, d̄ ſepul. &. 23. q. 4. ī c. q̄ magnū, facit l. abſētē, ff. d̄ pœ
nis. Itē qō, p̄prietatis excludit ī cā reſti
tutoria ī odiū ſpoliātis, ut ī cle. 1. de cā a
po. & proprie, q̄d ceſſat hic reſpectu ter
tii, & maxime quia iſta tertia erat ī poſ
ſeſſione, & ſic potuiſſet impedire ēt exe
cutionem ſnīæ proponendo d̄ iure ſuo,
ut in c. ueniens, de teſti. & in dicto. §. ſi
ſuper rebus, & in d. c. cum ſuper.

SVMMARIVM.

Locus tutus aſſignari debet puellæ, ſi timetur de uiolentia. 5.
Metus uel uiolentia excludit conſenſum, & per conſequens annullat actū in ſponſalibus, ubi requiritur conſenſus liber, in aliis autem non.
Coacta uoluntas, uoluntas eſt, ſed non in matrimonio, & aliis quibuſdam.
Conſenſus contrahentium ſufficit quo ad uinculum matrimonij. Sufficit, quid ſignificet.
Conſenſus quo ad matrimoniū contrahendū non ſufficit, niſi ſit cum plena libertate & ſecuritate.
Iudex ſi timetur de uiolentia etiam parentum, debet puellam ſurripere, & in loco tuto ponere.
Sequeſtrari puella ubi & quando debeat.
Matrimoniū metu cōtractū an ſit ipſo iure nullū? Metus an requiratur etiam ex parte uiri & qualis? Metu & uiolētia facta quæ et quādo teneant. 9.
Matrimonium eſt ſacramentum, & ſignificat unionem inter Chriſtum & eccleſiam, in qua requiruntur fides & proles.
Matrimonij ſecunda inſtitutio facta fuit, ut euitetur formicatio.
Incarcerati acta & matrimonium an, & quando teneant.

CAP. XIIII.

Vm locum. † Si timetur inferri uiolentiā puellæ, de cuius matrimonio agitur, debet iudex
prouidere ſibi locū tutū & honeſtū, do- c
nec cauſa terminetur. h. d. principaliter. Primo ponit regulā. Scd̄o iſert gen⁹. Tertiò ſpēm, ibi: *matrimonium*, & ibi; *quo circa*, & eſt tex. multū allegabilis, &
quotidie accidit iſte caſus. Caſus lit. Inter duos ciues Papiēſes q̄dā q̄ verteba
tur ſup mr̄imonio cuiuſdā puellæ, uter
que illorū dicebat ſe cū illa mr̄imoniū
ꝯxiſſe, mulier illa timebat uiolētiā ſibi
īferri a p̄dictis, q̄ eā petebāt. q̄ſitū fuit a
pa. q̄d fieri dēret? reſpōdet, ubi met⁹ vel
coactio itercedat, p̄ſenſus locū hr̄e ñ p̄t, d
ſed ubi cōſenſus req̄rit, coactio ſiue me
t⁹ dēt repelli, & mr̄imoniū ſolo cōſēſu
ꝯhit, & hic oīs met⁹ uel coactio dēt re-
pelli, ne p timorē dicat ſibi placere, q̄d
odit. vñ mādat Pa. eꝓ Papiēſi, ut puel
lā illā, de cui⁹ mr̄imonio q̄rit, p̄oat ī do
mo aliqua, ubi nullo mō timeat, & ēt fa
ciat cuſtodire honeſte, donec cā fuerit
per ſnīam determinata, & ſnīa ſine ꝯdi- e
ctione cuiuſq̄ executiōi miſſa. B. † Not.
priò r̄am ex principio lr̄æ, q̄ met⁹ uel
coactio excludit cōſenſū, & p̄ conſequēs
annullat actū a cō ſenſu depēdētem, ſed
ītelligo hāc reg. ī mr̄imonio & ī aliis ca
ſib⁹ ſpūalib⁹, ubi req̄rit cōſenſus liber.
nā r̄r metus nō excludit cōſenſum, nec
annullat actū ipo iur, q̄a coacta uolūtas

ZACHARI.
Inuita dicit. Adde
gl. in l. inuitū, ff.
de ſer. urb. præ. &
in l. inuitus, & ibi
Cy. C. de proc. &
ibi q̄s dicat inui
t⁹, de quo p̄ Bar. ī
l. filius. §. inuitus.
ff. eo. & in l. 2. ff.
ſol. mat. car. plene
in cle. in. 3. oppo.
de proc. & Spe. in
ti. de loc. §. 6. uer.
7 5. ubi habes, q̄ q̄
nō probat conſen
ſiſſe, habetur p̄ in
uito, ut plene per
Bal. in l. alia, in fi.
C. d̄ his, q̄ ut ind.
& Alex. in l. inuiti. ff. de te.
b Ob reuerentiā. p̄
Alex. & p̄ Bar. in
l. q̄ dotis, ff. ſolu.
matri. & p̄ Ale. ī l.
ſi cū dotem. §. eo.
aūt tpe, ff. e. an me
tus reuerētialis
impediat conſēſū
reſultatē ex patiē
tia & præſentia,
Bar. in. d. l. q̄ dotis
tenet q̄, ſic p. l. pe.
ff. de fur. ſequitur
Ant. in c. nonne, ſ.
de p̄ſum. Abb. cō-
trarium tenet ibi,
quē approbat. Ale
in. d. l. q̄ dotis,
in. 7. col. vbi poſt
ea concordat iſtas
opi. vt ibi p̄ eum,
& per Ale. cō. 101.
in. 4. vol.
SEBA. SAPI.
Metus. Vide quæ
ſcribit Decius in.
c. 1. de oſſi. deleg.
vbi tāgit, an ex eo
q̄ mulier patitur
metum, ſit iuſtus
met⁹ ex qualitate
perſonę, an verò
requirat, q̄ ſit ta-
lis, q̄ cadat in cō-
ſtātē. ad hoc vide
etiam Fel. c. cām
matrimonij col.
2. cū ſeq. ſ. d̄ lega.
Nullum. latè per
Alex. conſi. 47. co
lum. 8. in. 4. vol. &
q̄s metus req̄rat,
vt mr̄imoniū me-
tu cōtractū nō va
leat, Alexan. cōſi.
110 p̄ totū, in. 3.
vol.
SEBA. SAPI.
Reſciſionem. Vi
de Iaſ. in l. inter-
poſitas, in primo
not. C. de tranſ. &
in l. pacta nouiſſi-
ma, col. pe. verſ. &
not q̄ matrimoni
um, C. de pact.

a Cōsensus. Vide quo ad sui essentiā nō requirit copulā carnalem, Saly.con.23.uer.nec ob.in.1.uol.quia consensus & non concubitus nuptias facit l.nuptias, ff.de reg.iur.
b SEB. SAPI. Ipso iure nullū, uide Oldr.in con.25.cum allegatis per d.Ias.in l.pacta nouissima, col.pe.uer.& not. ꝙ matrimonium, C.de pact. in l.interpositas, in primo no. C.de trās. Feli. in c.cām matrimonii, col.2.s̄. de offi.dele. Alex. in con.146.inc.in causa & lite, col. 9.uersi.accedit ad confirmationē, in 5.uolu.
c Talis metus requiritur, q caderet ī constātē uirū & a iure ē determinatū, qn subest met⁹ mortis, uel cruciatus l.interpositas, C.đ trās.l.si donationis, C. ꝙ metus cau. & dic, ꝙ ṡm opi. Abb. cōsuluit Alex. ꝙ matrimoniū sit nullū, con. 47. in.4. uolu. ubi subdit, ꝙ ista est cōis op. de qua per Cor.cons.41. in.2. uol.
ZACHARI.
Adde ꝙ idē operaretur timor grauaminis, qđ ipse met⁹, ut ē bo.tex. in c.1.quē ad hoc ibi pōderauit Andr. Barb.in uer.timētes grauari, s̄. de dila. ꝑ quo facit qđ no.Ancha. cons.37.dū dicit, ꝙ habentes passagiū pñt cōseq. remissionem mercedis nō solū, si superueniat guerra, sed ēt sit timor guerræ, ꝑ quē timorē hoīes non audent trāsire, ut solebāt, pro quo facit l.arma, la.1.§. idē Labeo, ff. de ui & ui arma.
ZACHARI.
d Ipso iure nullū. gl.ē in l.1.in fi.ff. de aut. tut. Bal.in trac. schismatis, co.6. Bar. Cępo.in rub.de test.co.22. Car.in cle.1.q.17 de cōsan.& affi.& Host. in c.consanguinei s̄.đ re iud. qđ ego amplio, ēt si metus nō accesserit tpe ꝯ̄cti mr̄imonii, imò p̄cessisset, ut no.Bar.in l.fi.ff.si qs ali. te.ꝓhi.Bal.ī l.1.C.e.ti.gl.ī l.si mulier.§.si dos, ff.ꝙ met.cā.Inn.in c. cām mr̄imo.s̄.đ of.del.Rotā deci.277.ici.fuit dubitatū, in not.& ꝑ Old.oīno cons.35.nec omitto, ꝙ hoc ꝓcedit tā in carnali, q̄ spūali mr̄imo.dūmō talis fuerit met⁹, q cadat in ꝯstātē uirū, ita no.plene Ale.cō.inc.in cā publi.qđ ponit post.4.cō.Ale.de Imo.uo.4.& eundē Alex.de Imo.cō.45.& cō.47.&.48.uol.eo.& cō.99.& cō.ul.uo.3.
e Non ualet. late per Alex.in l.qui a latronibus, ff.de testa.per Ange. in l.si mulier.§.si dos.ff. quod met.causa..

uolūtas ē, ut plene le.& no.ī l.si mulier, ī.§.penul.ī fi.ff.ꝙ met.cā,& ī c. abbas,c. ti.ubi plenè ꝑ gl.& qđ uoluit hic tex.patet ex illatiōe, q̄ facit in uer. *matrimoniū autē,&c.* Itē vr̄ ī electiōe, ut ī c.ubi peri-
3 culū.§.cæterū, de elect.li.6.† No.2.ꝙ ad subſtātiam vinculi matrimonialis solus
a cōsensus[a] ꝯ̄hētiū sufficit, vt hic,& ī c.cū apud.ꝫ.eo.&.ꝫ.de spō.du.c.ult.vñ ñ requirūt ad subſtātiā aliæ solēnitates, ut ī c.1. s̄.eo.pro hoc.27.q.2.c.sufficiat, ubi dr̄, ꝙ sufficit ꝯsensus,& de significato hui⁹ verbi, sufficit, est, vt nihil aliud reqraī ad essentiā act⁹, vt dicit gl.notabilis ī c.statu-
4 tū, ī pri.de resc.li.6.†Not.ibi: *plena debet securitate*, ꝙ ad mr̄imoniū ꝯhendū nō sufficit purus cōsensus, sed dēt eē cū plena libertate & securitate, ꝓ hoc facit, ꝙ sta-
5 tim diceī.†Itē no.ꝙ ubi est indagandus anim⁹ puellæ suꝑ cōtractu matrimonii, dēt iudex ex offō ꝓuidere, ut collocet ī domo, ī qua nullū metū, nullāq; uiolentiā hēat timere. Ex quo īfero, ꝙ si timeī de violētia & metu parētū, puta qa puella ꝯxit clā parētib⁹ insciis, ꝙ ad petitionē spōsi iudex dēt puellam surripere de ptāte parētū,& collocare eā ī aliqua honesta domo, puta in monasterio monialiū, ut ī c.penu.đ ꝓb. uel apud honestos cōsanguineos puellæ,& ita posset ītelligi lr̄a ista, si bñ pōdereī uerba ipsi⁹, licet gl.habuerit aliū intellectū,& ex hoc no. casū, ī quo libera ꝑsona quasi sequestraī
6 †Sed hic reuoco in dubiū, nūqd mr̄imo
b niū sit ipso iur nullū[b], si īteruenit met⁹, uel coactio? Et scias, ꝙ metus ꝓpriè ṡm Inn.ē, qñ p̄ter violētiā corporalem, seu captiōnē met⁹ īferī. Coactio vero ē, qñ fit cū captura seu violētia corporali, gl. cōiter tenuerunt, ꝙ ipo iure mr̄imoniū sit nullū, dūmō īteruenīat met⁹, q hēt ca
c dere ī cōstātē.Et ꝙ reqraī talis met⁹[c] tā ī masculo, q̄ ī fœmina, ē tex. de masculo ī c.ꝫ.ꝓx.ī fi.đ fœmina no.ī c.ꝯsultatiōi, ꝫ.e.tñ dicit hic gl.q̄ est multū notāda, ꝙ mīor met⁹ excusat magis mulierē, q̄ masculū: qa fragilior ē rōne sex⁹, ꝓ hoc c.ī dignāī.32.q.6.& seqī Host.in sū.ī ti.de matri.§.quar, ver.si verò.Iō dicēdum, ꝙ ex parte mulieris reqriī metus, q possit cadere ī cōstātē mulierē.iō tex.ī p̄all.c. ꝯsultatiōi, dicit solūmodò đ ꝯstāti. hāc opi. ꝙ mr̄imoniū sit ipso iure nullū ꝑꝑ talē metū, tenet gl.s̄. ti.ꝓx.& in d.c.abbas,& ī c.iter cætera.22.q.4.& gl.iuris ciui.ī l.si mulier.§.si dos, ff.ꝙ met.cā,& ī l.si patre, ff.de ritu.nup.ē cōis snīa doc. p̄ter do.Car.q ī d.c.abbas, dicit, ꝙ de mero iure posset sustētari, ꝙ mr̄imoniū teneat, licet veniat rescindēdū actiōe, ꝙ me.cā, mot⁹ ꝑ regulā gn̄alē: qa oīa, q̄ fiunt ꝑ metū, tenēt,& ꝑ illud c.iter cætera, vbi tex.multū stringit, sed semꝑ sequutus sum opin.cōem, ꝓ qua allego casū aptū ī c.significauit. ꝫ.de eo q dux.ī ma.quā pol.ꝑ adul.vbi tenuit ṡm matrimoniū, nō obstāte primo ꝑ metū ꝯ̄cto, nulla petita rescissiōe prioris, ad idē.ꝫ.c.ꝓximo.vr̄ ēt tex. de iure ciuili ī d.l.si patre, vbi dicit tex.ꝙ mr̄imoniū iter iuitos nō ꝯhiī, ad idē iste tex. dū dicit, ꝙ plena dēt securitate gaudere.nā verbū, dēt, de sui nā iportat necessitatē, vt ē gl.no.in cle.attēdētes, de sta.reg.no.doc.ī c.1.de despō.impu.& Bar.ī l.creditor, ff.de pigno.Itē vbi reqriī cōsensus cū qualitate libertatis, ñ sufficit cōsensus, nisi adsit qualitas libertatis, ut not.gl.q̄ tene bis mēti.33.q.5.c.notificasti. Et ad c.iter cætera, rn̄de, ꝓut
7 no.ibi gl.& ī.d.c.abbas.† Sed ē pulchrū uidere rōnē, quare regulariter teneāt, q̄ fiūt ꝑ metū,& nō sic ī mr̄imonio, multæ rōnes pñt assignarsi, sed dic post Gas.de Cal.ꝙ ī mr̄imonio reperiunī tria bona fides ꝓles,& sacramētū vt ī c.fi.de cōd.ap.27.q.2. ī c. oē q oīa met⁹ intercedēs hēt excludere. Nā primò mr̄imoniū ē sacramētū, qa significat unionē iter Christū & ecclesiā, vt ī c.debitū, de biga.vñ sicut Christ⁹ uolūtariè assūpsit carnē humanā, ita & matrimoniū illā vnionē designās dēt eē volūtariū, vt signū correspōdeat signato, arg.īsti.de do.ī §.ē & aliud.Scđò met⁹ impedit ꝓcreationē sobolis, q̄ ē ṡm bonū mr̄imonii, qa ꝑꝑ displicētiā nō intēdit ꝓcreationi prolis seu sobolis. Tertio ē ꝯ bonū fidei.nā fides ē unū ex bonis matrimonii, ut nullū sit adulteriū, sed ꝑꝑ metū seu inuitas nuptias de facili cōiuges labūī in adulteriū qa qđ qs nō diligit, facilè contēnit, vt c.p̄sens.20.q.3.
8 †Itē ē ꝯ secūdā institutionē mr̄imonii. fuit.n. matrimoniū scđo īstitutū, ut euitareī fornicatio, sed si nuptiæ īuitę ualerēt, ñ sequereī iste effectus: imò ꝯr̄i⁹,& iō iura induxerunt,
d ut mr̄imoniū sit ipo iure nullū:[d] nec mirū, cū & ipsa dos metu ꝯstituta ñ ualet, ut in d.§.si dos, licet Bar.reddat ibi rōnē min⁹ sufficiētē. itelligo, ꝙ si īteruenirēt stipulatio, ualeret dos metu cōstituta, sed hodie hoc ē inutile, cū ius fingat sꝑ stipulationē īteruenire.l.vnica, C.de rei vxo.act. Itē tex.in d.§.si dos, loqī idistincte,& hæc notabis.Inn. hic dicit plura.qriī.n. qd de aliis actis gestis ꝑ metū? vt pōe, ꝙ aliqs ē in
9 carcere, an teneat ꝙ egit? dicit Inn.ꝙ †vbi met⁹ īferī suꝑ eo,
e suꝑ quo detineī, ñ ualet,[e] tex.ē ī l.q ī carcere, ff.ꝙ me.cā.scđ si met⁹ sunt diuersi, bñ ualet, puta qs ē ī carcere ꝓ debito, pōt ꝯhere matrimoniū l.metū.§.qđ licet, ff.qđ me.causa ex quo nō fuit reclusus, ut cōtraheret matrimoniū,& sic matrimoniū cōtractū etiā in carcere valet,& tenet, dūmodò non sit ibi reclusus, ut matrimoniū cōtraheret: secus, quando esset captus ab hostibus.tunc enim nō tenet matrimoniū, tamen ꝙ teneat, in contrariū est tex.in c.dominus, de secun. nup.dictū tamē Inn.pōt saluari quo ad præcedentia, s.ꝙ nō possit cōstituere procuratorē ad matrimoniū cōtrahendū.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro, si sequuta est copula, non soluuntur per matrimonium de præsenti, secus est, si copula non est sequuta, nisi per metum qui possit cadere in constantem, contractum sit.*
2 *Carnalis copula præcedens sponsalia non facit illa transire in matrimonium de præsenti,& ita probatio copulæ simpliciter non concludit matrimonium.*
3 *Verba, promitto te ducere in uxorem, inducunt sponsalia de futuro, sed si diceret, promitto te tenere in uxorem, contrahitur matrimonium de præsenti.*
4 *Desponsare dicitur tam in matrimonio de præsenti, quam in matrimonio de futuro.*
Desponsatio & sponsus quid significent.
5 *Metus, qui non cadit in constantem, non impedit actum etiam summam libertatem requirentem, nec etiam libertas per eum excluditur.*
6 *Præsumptum matrimonium habet tantam uim, quantam uerum, ex hoc infertur, quod depositum in casu uero habet locum in præsumpto.*
7 *Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum.*

Occidere

8 *Occidere an possit pater inuentum cum filia in actu venereo.*
Metus à iure approbatus an excuset, ut si cōminata fuerit alicui mors, qui inuentus fuerit cum aliqua in actu venereo?

CAP. XV.

i VEniens. † Sponsalia de futuro, si secuta est copula, nō soluunī ꝑ spōsalia de pñti, alias tenēt spōsalia de pñti, nisi ꝑ metū, q potuisset cadere in ꝯstātē, ꝯ̄cta sint. primò ponit casum. Scđò diffiniēdo cōmittit, ib, *Ideoque*. Casus lr̄alis. Quidam noīe Gu.quādā mulierē ī domo sua recepit, de qua ꝓlē habuit,& ei postmodū fidē dedit, ꝙ eā duceret in uxorē. post hoc accessit ad domū uicini sui,& sic cū nocte illa in domo uicini stetisset, inuentus fuit cū filia uicini dormiuisse. pater puellæ inueniēs illos simul in lecto cōpulit illū accipere in uxorē filiā suā ꝑ uerba de pñti. Iste Gul.accessit ad pa,& opposuit ei p̄dicta. uñ mādat papa Epō loci, quatenus si īuenerit, ꝙ primā mulierē post fidē datā cognouerit, cū ea remaneat. Si uerò ipsam post fidē p̄stitā nō cognouit, maneat cū scđa, nisi ꝑ talē metū fuisset cōpulsus eā accipe ī uxorē, qui
2 posset cadere ī cōstātē uirū. Ber. †Not. primò ꝙ spōsalia de futuro nō trāseūt in mr̄imoniū ꝑ p̄cedentē copulā, sed ꝑ sequētē. ꝓbās ergo spōsalia & copulā simplr̄, nō cōcludit matrimoniū, cū copula potuerit p̄cedere, ut hic,& ꝓbatio dēt
a cōcludere necessariò,[a] ut ī c.ī pñtia, de ꝓba.†No.2.ꝙ ꝑ ista
3 uerba, ꝓmitto te ducere in uxorē, nō ꝯhiī mr̄imoniū de pñti, sed solū spōsalia de futuro, secus, si diceret ꝓmitto te te-
4 nere in uxorē, ut in c.ex pte,& quod ibi dixi, s̄.e. †Not. ibi, *desponsare*, ꝙ uerbū, despōso, pōt cōstituere mr̄imonium de pñti,& pōt tunc dici desponsatio, i. ꝓmissio respectu traductionis ad domū & copulæ futuræ, nō aūt respectu ꝯ̄ctus essentię mr̄imonii, qa ꝓprie spōsus idē est, qđ futurus mari-
5 tus. †No.ibi, *constantem*, & tene mēti, ꝙ metus, q nō cadit in
b cōstātē,[b] nō hēt īpedire actū ēt summā libertatē reqrētē; nō ergo excludiī libertas ꝑ metū, q nō posset cadere in con
6 stantē. † Itē no. ꝙ mr̄imoniū p̄sumptū hēt tantā uim, q̄tam mr̄imoniū ueru. nā uides hic, ꝙ si cōcurrit p̄sumptū cum ue
c ro, p̄fertur prius tꝑe. Ex hoc iferī, ꝙ dispositū[c] in casu uero hēt locū ī casu p̄sumpto, facit qđ legiī & no.ī l.si possessor,
7 C.de re.& snmp.fu.& ī l.certè, ff.de p̄ca. †Itē pōt hic notari tex.aptus, ꝙ mr̄imoniū metu ꝯ̄ctū est ipso iure nullū. nam (ut hic uides) nulla petita fuit rescissio ꝑ actionē. qđ me.cā,
8 sed simplr̄ papa rn̄det, qd iuris est. †In gl.fi.in fi.hoc ꝯr̄ium
d soluiī tribus modis. primo, ut sentit Hosti.ꝙ pr̄i licitū est[d] occidere turpiter inuētū cū filia, qñ eos cōmiscentes reꝑit, sed hic reꝑit eos ī eodē lecto, nō aūt in eadē carne, sed hæc solutio nō est bona, quia tex.in l.qđ ait lex.ff.de adul. p̄stat hanc facultatē pr̄i ēt si reꝑit eos in actib⁹ uenereis, i.actib⁹ p̄paratoriis, ut sunt colloqa, oscula & similia, ut ibi not.in gl.& iō si reperit istos in lecto, uel solos in camera, iustè poterat cōminari mortē; & iō talis metus ut à iure approbat⁹ hēt excusare, ut ī l.si mulier, alle.in gl. Scđo soluiī ꝑ Abb.& Goff.ꝙ spāle est ī mr̄imonio ī p̄rogatiuā ipsius mr̄imonii; & hæc sol.multū mihi placet ꝑꝑ ea,& q̄ dixi.p̄.ca.ꝓxi.nam metus repugnat oībus trib⁹ bonis matrimonii. iō ab omni coactione dēt esse liberū. Tertiā so.ponit idē Goff. ꝙ licet đ iure ciuili pr̄i ꝑmittaī illa uindicta, nō tñ fit sine pctō, ex quo nō cōcurrit auctoritas iuris diuini, uł canonici; ad hoc tex.cū gl.no.33.q.2.c.iter hęc. ubi diciī, ꝙ nō licet sine peccato filiā occidere, seu adulterū; iustè ergo potuit iste iuuenis timere mortē;& hæc solutio posset tolerari, p̄cedens[e] tamen melior,& quotidie casus huius.c.euenit.

SVMMARIVM.

1 *Iurans contrahere cū aliqua, si vult religionem ingredi, debet prius contrahere,& postmodum religionem poterit ingredi.*
2 *Propositum non consummandi matrimonium non impedit vires matrimonij, dummodo in pactum non deducatur.*
3 *Matrimoniū verum fuit inter Mariam,& Ioseph, licet beata uirgo in copulam non consenserit.*
4 *Matrimonium contractū cū concubina in mortis articulo causa prolis legitimanda an uerum sit?*

CAP. XVI.

1 COmmissum. †Qui iurauit cū aliqua ꝯhere, si uult religionē ingredi, dēt primò ꝯhere, ut iuramentū seruet,& añ copulā monasterium ingredi poterit. Cōis diuisio. Secūda. ibi, *Fraternitatis*. Casus literalis. Quidā dedit fidē cuidā mulieri, ꝙ eam duceret in uxorē,& ꝙ cū ea ꝑ uerba de pñti ꝯheret ītra bieniū interposito iuramento, postea uerò priuata lege ductus uolebat religionē intrare dubitabatur, an posset ꝑꝑ iurm̄? Rn̄det papa, ꝙ tutius est illi religionem iuramenti seruare, ut prius ꝯhat,& postmodū poterit religionē intrare, dummō carnalis copula inter eos non interuene
2 rit. Ber.†No. ꝙ ꝓpositum non consummandi matrimonium non impedit uires matrimonii, dummō hoc ꝓpositum non deducatur in pactum expressum; & sic intellige.c.fi.ꝫ.de cōdi.ap. Et ex hoc innuiī, ꝙ inter beatā uirginē Ma. & Ioseph fuit uerū matrimonium, licet oīno beata uirgo in copulam nō consenserit. In hoc tñ sunt multæ opin. de qbus uide per tex. & doc.27.q.2.c.oīs.§. cū ergo,& c.beata.&
3 ibi doc.†Facit ēt ad qōnē quotidianam. nā multi hñtes filios ex concubinis amore ꝓlis legitimādę inducuntur ī art.mor
f tis,[f] cum oīno desperant de salute,& de morte sunt securi, ad ꝯhendum cum illis matrimonium. nunquid inter istos sit ue
g rū matrimoniū,[g] cū non uideatur cōsensus in copulā? & certè ꝑ p̄dicta uidetur dicendū, ꝙ sic; de quo uide qđ no.in c.tātauis, qui fi.sint legi.& in regula, sine culpa,
4 de re.iur.li.6.per Io.An.in Merc. † In gl. fin.in fi.ex hac glo. pñt colligi duæ lec.ad tex.una, ut sit necesse prius ꝯhere, ex quo utrunq; bonū simul explicari pōt. Scđa; ꝙ ꝯhere est positū in consilio,& nō in necessitate;& cōsilium fit, ne noteī periurio quo ad uulgi opinionē; vñ sine pctō potuisset intrare religionē,& non ꝯhere,& hæc solutio mihi placet,& ꝓbo alia rōe. in iuramento de ꝯhendo matrimonium intelligitur cōditio, si res in eo. statu ꝑmanserit, ut in c. quēadmodū, de iureiu. sed hic non permansit in eo. statu. nam si post ꝯ̄ctum matrimo.per uerba de pñti licet intrare religionē, spōsa inuita, ut in c. 2.& in c.ex publico, de conuer.cōiug. fortius hoc fieri pōt post spōsalia de futuro, quia turpius eiiciī, q̄ nō admittiī hospes. d.c.quēadmodū. Tertiā sol.ponit hic Inn. ṡm aliquos, ꝙ iste nolebat de pñti ītrare religio.sed prius disponere de factis suis, uel in domo ꝓpria experiri austeritatem relig. uñ cū instaret tꝑs contrahendi matrimonium, papa cōsuluit, ut contrahat, secus autē, si de pñti uoluisset religionē intrare, qa tunc dixisset papa, ut statim intraret,& nō contraheret, cū talis cōtract. hoc casu uideaī deceptorius; ꝓ quo facit. l.qui sic soluit, ff.de sol.& utraq; solutio sustineri pōt, ꝑ p̄cedēti tñ multnm facit. c.scripturæ, de uo.& ca. ꝑuenit, de iureiu.

a Necessariò. l. nō hoc, C. unde legi. ubi latè de materia per legistas.
ZACHAR.
b Metus q non cadit in constātem. Adde, qd sit met⁹ cadens in constantem uirū, Alex. cō si.47.col.2.& consi. 47. per totum, uol. 4.& quando & quomodo p̄sumatur durare metus, consi.1.col.3. uer.fortifico, uol. 3.& p̄alleg.consi. 47.col.2.& 3.uol. 4.
SEB. SAPIA.
c Dispositum. Vide gl.ī cle.1.ī uerbo, contrahere, de consangui.& affini.q̄ sentit, ꝙ pœna imposita cōtrahēti matrimoniū tali die habet locum in cōtrahente spōsalia secuta copula illa die ꝓhibita, ꝯtrariū tñ uoluit Car. Alex.ī c.is qui fidē.ꝫ.eo. uide ibi ꝑ eum.
d Occidere, facit gl. ī l.ut uim, ff.de iusti.& iure. quòd peccat, q inter fecit aliquem, qñ ēt nō poterat euitare mortē. nā in oībus casibus, in quibus de iure ciuili uel canonico permittitur homicidium, ille quoad deū peccat; uide ꝑ Bal. in nouel.in l. si cui.§.si hęres.ff. de leg.1.
SEB. SAPIA.
e Præcedens. Vide Ias. referentē hæc uerba in l.Ticia, ī prin.colū.3.uersi. sextò adde, ff. de uer.obl.
SEB. SAPIA.
f Articulo mortis. Vide latè de hoc articulo ꝑ do.Ias. in l. sed est quesitū, col.2.ff.de lib.& posthu.
g Matrimoniū. ꝑ Alexā.in l.si quis posthumos, ff.de lib.& post.ubi, ꝙ attēdi debet potius natura, q̄ accidēs. firmat Cy. qđ talis possit matrimoniū ꝯtrahere ī l.nup, C.de nat.li. Bal.ī c.naturales, si de feu.fuerit cōtro.iter.d.& agna. Bal.ī rub.C.de pri.

Bald. in rub. C. de priuil. do. i. 1. col. Ang. in authen. q. mod. nat. effi. legi. Imo. in l. Gall⁹, in prin. ff. de li. & posthu. Bald. autē tenuit cōtrariū in l. eam quam, in 9. & 10. colū. C. de fideic. de quo per Alex. in d. l. si quis posthumos.

ZACHA.

a Debet esse liberū. Adde gl. & doc. i l. fi. & ibi Cy. C. e. & in l. Titia, & ibi Bar. de uer. oblig. Bal. in l. 1. & 2. C. de inst. & sub. & i l. 2. C. quādo li. ab emp. disc. & Spe. i tit. de spō. §. 1. uer. sed quæ est ratio, & §. 2.

b Maius malum. Facit quod tradit in c. priuilegia. 3. disti. ubi fuit permissum dare libellū repudii, ne grauiora fierēt. nam imperator permisit usuras, ut per Bart. in rub. C. de usu.

SEBA. SAPI.

c Speciale in matrimonio. Quod sit speciale in matrimonio, ēt tenet Fel. in c. 1. co. 1. uer. fi. super. gl. quinta, ut lite nō contest.

d Quòd mēdaciū. nā alias dicimus, q dolus in spūalibus nō uitiat, ca. dudum, s. de conuer. in fide.

e Non cassato. licet eps possit confirmare bñficium p alterū possessū, tñ, qñ est litigiosum, non pōt. c. licet eps, de pben. li. 6. excepto papa sm Ioan. And. & Arch. in c. 2. ut li. penden. in 6. facit cle. 1. eo. ti. hoc uerū, qñ litigat sup beneficio pricipaliter; secus, si accessorie. c. dudum, de ele. in 6. sm Lap. & Domi. in d. c. 2. quos sequitur ibi Phi. Franchus.

SVMMARIVM.

1 *Iurans cum aliqua contrahere moneri potius debet, quàm compelli.*
2 *Liberū debet esse matrimonium, ex quo infertur quod qui sponsalia contraxit de futuro, si compellatur ad matrimonium contrahendum de præsenti, quòd tale matrimonium non teneat.*
3 *Cogi ad pœnitentiam quis non semper debet, & hoc, ut maius malum euitetur futurum.*
Minus malum tolerandū est, ut maius euitetur.
4 *Cogēdi & quando sponsi debeant ad matrimonium. 6.*
Inuitæ nuptiæ multa procurant mala.
5 *Plura sponsalia contrahens secundū aliquos infamis efficitur.*
6 *Renuntiare sponsalijs an & quando liceat.*

CAP. XVII.

1 Requisiuit. † Qui iurauit cū aliqua ɔ̄here, moneri potius dēt, q̄ cōpelli, ut ɔ̄hat. h. d. inherēdo lræ, sed intellige, ut j. dicet; & scda ps, ibi, *Ad quod.* Casus lralis. Mulier qdā iuro iterposito promisit cuidā uiro, q cū eo mrimoniū ɔ̄heret. posteà uerò uoluntate mutata nolebat cū eo contrahere. qrit, qua censura sit ad hoc cōpellēda? Rñdet Pa. q matrimonia libera debēt ee & nō coacta; & ideo monēda potius, q̄ cogenda, qa coactiōes hmōi frequēter solēt hre difficiles exit⁹: uel prius est admonenda, & nisi acqeuerit,
2 cōpellēda. Ber. †No. primò, q mrimo-
a niū dēt eē liberū [a] nō solū i pricipio contractus spōsaliorū; sed ex postfacto in cōtractu mrimonii. Per hoc ifero, q si is, q spōte cōtrahit spōsalia d futuro, cōpellat metu ad contrahēdū mrimoniū p uerba de pñti, q tale mrimonium non teneat.
3 †Scdō no. casum, i quo eccl'ia nō cōpellit quē ad pñiam, sed patit aliquem stare in pctō, ut euitet maius malū [b] futurū, & vr notāter pbare hæc lra, q tolerādū ē minus malū de pñti, de quo eccl'ia certa est, ut euitet maius malū uerisilr futurum, li-
4 cet illud posset non contingere. †In gl. fi. Hosti. dicit, q rlr spōsa est cōpellēda, sed omittit cōpulsio qñq; pp aliquā rōabilē cām. sed q̄ dicat rōabilis, relinqt arbitrio iudicis. qd. n. si spōsus pseqt spōsā odio capitali, uel e ɔuerso; ita, q timet ex inuitis nuptiis futurū homicidiū, uel adulteriū, uel guerrā iter pentes utriusq; ɔhis. n. & similib⁹ casib⁹ dēt eccl'ia desistere à cōpulsione; & hanc solutionē sentit gl. in c. ex lris, el 2. s. eo. & i c. si qs. §. sed cōcedat.
5 27. q. 2. †Sed cōtra hoc opp. de le. 1. C. e. ubi tex. dicit, q uni despōsata alteri nubere nō phibet. Aduerte. nā de illa l. fit contrariū ad l. 1. ff. ex q cau. irro. ifa. in fi. ubi tex. no. dicit q ɔtrahēs binas nupt. i. bina spōsalia efficit ifamis. Cy. i d. l. 1. C. e. cōcordādo dicit, q aut spōsa nō renuntiat spōsaliis, sed alteri nubit; & incurrit infamiā, & ita loqtur. d. l. 1. aut prius renūtiat spōsaliis, postea ɔ̄hit cū alio; & pcedit illa. l. 1. C. eo. quasi tūc nō uideat ɔxisse bina spōsalia, cū p renūtiationē recesserit
6 à prioribus, qd no. †Sed reuoco i dubiū, nūqd saltē de iure canonico licitū sit spōso seu spōsę renūtiare spōsaliis? gl. i d. l. 1. C. e. vr sentire, q sic, dum allegat i ɔriū. c. despōsatas. 27. q. 2. & rñdet, q loqtur i spōsa de pñti; & sic vr sentire, q ēt de iure canonico licitū ē renūtiare spōsaliis d futuro. Idē sentit ibi Cy. dicēs, q si iurm iteruenit, tūc de iure canonico cōpellit spōsus seu spōsa ad ɔhēdū; sic vr itelligere ista capl'a, q̄ pmittūt cōpulsionē, d quo satis ē dubitandū, nec tāgit hic p doct. Sed gl. i c. despōsatas, palle. sentit, q illa l. 1. C. de spō. sit abrogata, & sic vr uelle, q aliud sit de iure canonico. Sed Gra. dubiè tñ loquēdo vr sentire primū i §. fi. ea. cā & qōe, & multū p illa opi. facit iste text. nā si ubi iurm iteruenit tex. dicit hic spōsam nō cōpellendā, fortius, ubi iurm nō affuit, & c. ex lris, el 2. s. e. fundat ēt se sup iuro. In ɔriū tñ facit, qd ibi dixi, qa eccl'ia cōpellit ad pactum nudū seruādū, sed si uelles tenere primā opi. posses dicere hoc
c spāle i matrimonio [c] pp rōem literæ, ut matrimoniū sit oī no liberū. Itē illa l. pcedit idistinctè fortè ɔsiderando facultatē matrimonii uiolēti, illud tñ est idubitāter uerū, q ubi iurm non interuenit, nō dēt eccl'ia ita de facili pcedere ad compulsionem, ut hic, & in d. c. ex literis, & in c. sicut j. eo.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia super matrimonio non impedit secundum matrimonium contrahi, si primum erat nullum.*
2 *Mendacium inductum ad matrimonium contrahendum non impedit essentiam matrimonij.*
3 *Secundum matrimonium lite pendente super primo contractum tenet, si primum erat nullum; & an idem sit in spirituali matrimonio?*
4 *Electio secundo loco facta pendente lite super prima an valeat?*
5 *Impedimentum publicæ honestatis an ex nullo matrimonio oriatur?*
Bigamia oritur ex matrimonio nullo.
6 *Credens impedimentum, quod tamen nō est in matrimonio contrahendo, quò ad deum non contrahit, licet uerba proferat apta ad contrahendum.*
Credens uxorem viuere, quæ mortua est si cum alia contrahit, quò ad deum non tenet matrimonium.

CAP. XVIII.

1 Cum in apostolica. † Litis pendētia sup matrimonio non ipedit sm matrimoniū ɔhi, si primū erat nullū. primò cōsultatio. Scdō rñsio, ibi, *Consultationi.* Casus literalis. Quedā cā matrimonialis uertebat iter quēdā uirū A. noīe, & uxorē eius corā ordinario. añ publicationē testiū ille reuersus domū cœpit publicè dicere, q inter ipm & uxorē suam sñia diuortii fuerat pmulgata, & sic falsitate suggesta quādā aliā isciā huius facti i uxorē cepit. postmodū uero p quosdā delegatos, quibus cā fuit cōmissa, sñia diuortii fuit lata. dubitauit diœcesanus, utrū matrimoniū illud teneat, cū lit. pen. iter uirū illū & priorē uxorē cū illa ɔxerit. qsiuit à Pa. qd iuris eēt? ipse rñdet, q bñ potuerunt simul remanere, iposita illi uiro pnīa cōpetenti, & intra tps
2 pnię carnali copula iterdicta. Ber. †No. primò, q mēdaciū [d]
d mulieris iductū ad matrimoniū ɔhendū nō ipedit essentiā
3 matrimonii. †Scdō no. q ualet sm matrimoniū pēdēte liti-
4 gio sup primo, ex quo primū i ueritate erat nullū. †Sed contra hoc, & cōtra tex. op. q nō ualet sm matrimoniū, spūalr primo nō cassato, [e] ut patet in c. cōsiderauimus, & c. auditis, de elect. ubi sm uerā lect. cōcludit, q licet prima electio sit nulla, ex quo tñ erat colorata, nō tenet scda, prima non cassata. ergo idē uidet dicēdū i matrimonio carnali, ar. in c. 2. d trāsla. pla. Sol. dicit. Host. cōtrariū, pcedere i uinculo instituto p eccl'iā, cōtra qd potuit eccl'ia statuere ad libitum, sed hic loqt de matrimonio carnali, qd fuit istitutū à deo, circa qd eccl'ia nō statuit difficultādo ɔsensum & ipediēdo ualiditatem ipsius sine magna cā. vñ, ex quo in ueritate primū matrimoniū erat nullū, nō debuit sm annullari ex sola
5 litis pēdentia. †In gl. fi. ibi, *ar. contra, s. eo. audientiam.* gl. non soluit, sed dic, q ibi fuit orta publica honestas ex sponsalibus, quę tenebant iure nāli, sed i casu nostro non erat ortū illud ipedimentū, cum secunda mulier non esset consanguinea prior is, nec etiam apparet in tex. q cum prima tenuerit matrimoniū de iure naturali, sed simplr dicit, q primū erat nullū. Ad. cap. nu p, de biga. dic, q ex matrimonio nullo cōtrahitur bigamia, qa solùm in hoc ponderat effectus

cum opere

SEB. SAPIA.

a Contrahendi. Vid Alb. de Ro. in dictionario suo in uerbo matrimonium. ubi uult, q ille, qui cōtraxit matrimōniū decipiendo, quia credebat non esse matrimoniū, si uerā uult facere pęnitentiam, necesse habet sine aliqua fictione illā ducere in uxorē, uel si hoc fieri nō pōt, debet ei dare uirū conuenientem, & istud etiam uoluit Host, in ti. de matrimoniis sub ru. huius ti. §. qualiter contrahatur, co. pe. & Ioan. de Pla. in. §. Item lex Iuli. insti. de publ. iudi. uid Mar. So. in con. 28. inci. circa primū inprima parte.

b Nō contrahit. sic attenditur, qd est in opinione, & ñ qd est in ueritate. l. is q putat, ff. de acqu. hære. rō est, quia sumus in his quæ depēdent merè ab animò nostro, ut per glo. & Bart. in d. l. is qui putat. hanc opi. tenet hic Io. And. & sequitur Phi. Frā. & ideo coget iste iterū cōsentire c. 1. de eo, qui dux. i matrim. quā pol. per adul.

c In præsentia. Adde uidendum Ancha. consi. 402.

ZACHA.

d Mors naturalis. Adde Bar. in. l. si quis sit. ff. sol. matri. & in. l. rerum, ff. d re. amo. Gem. in. c. dixit. 22. q. 1. Ale. in. l. si cum dotem. §. si maritus in fin. ff. sol. matr. & Guil. de Cun. in. l. consensu, in prin. & ibi remisi in apost. Cel. C. de repud. & Hosti. in c. 2. s. de translat. epi.

d Sola fama. Adde an mors pbet per famam, Oldr. consil. 101. Ale. consi. 36. 2. lib.

An ex fama inducatur probō mortis uel alterius rei uide quæ habent per Bar. in. l. de minore, in. §. tormen

cū opere subsecuto, sed hic agitur de ualiditate secundi matrimonii, quam non
6 hēt impedire nullitas prima. † Quid aūt si iste credidisset primū matrimoniū tenere? dicit Vin. q in foro aīę non teneret matrimoniū cum secunda, qa nō habe-
a bat cōsensum ɔhendi [a], quod no. Ex quo habes elicere regulam, q credens īpedimentū, quod tñ nō subest, matrimonium
b quo ad deū nō ɔhit [b], licet protulerit uerba apta ad ɔhēdū matrimoniū, & sic credens uxorē uiuere, quæ est mortua, & cū alia ɔhit, non tenet quo ad deū secundū, matrimonium, licet aliud senserit Ioan. 33. q. 1. in sum. sed tu tene primū, p quo j. eo. c. tua nos. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Morte uiri uxor non certificata non potest contrahere quamuis ignoret quid sit de marito, qui longe tempore abfuit. 3.*
2 *Captiuus apud hostes licet seruus efficiatur, & omnia bona perdat, non tamen uxorem perdit, nec matrimonium dissoluitur.*
Mors sola naturalis matrimonium soluit.
3 *Matrimonium de præsenti non dissoluitur per absentiam quantuncunque mariti, etiam si de uita, uel de morte ignoratur secus in sponsalibus.*
4 *Mortuus quis non præsumitur, licet habita diligenti inquisitione ignoretur, ubi sit.*
Viuere quis posse præsumitur etiam per centum annos.
Certificari quomodo debeat uxor de morte mariti, & quæ solennitas sit seruanda.
Verisimilis præsumptio de morte mariti excusat uxorem si contrahat. 5.
6 *Mors tribus modis probatur, & quæ probatio excuset uxorem, si ad secunda uota transeat.*
Ecclesia non dat licentiam transeundi ad secunda uota nisi certa sit de morte uiri.

CAP. XIX.

c In præsentia. [c] † Uxor
1 nō certificata de morte uiri ɔhere non pōt, quāuis ignoret; qd sit de marito, q longo tpe absuit. primo cōsultatio. Scdō rñsio, ibi. *consultationi.* Casus lit. Quidā uiri erāt in captiuitate, uel al's absentes cā peregrinationis, uxores eorū expectauerūt illos p septenniū, & ultra, nec poterāt certificari, d vita, ul morte, q̄uis sup hoc diligētiā adhibuissent, iuuenes, erāt, & iō ñ poterāt cōtinere petebāt aliis copulari, qritur qd iuris? Rñdet pp, q q̄to cunq; tpe ita remanserint, uiuētib. uiris suis ad alia mrimonia nō poterāt cōuolare, nisi prio certū nuntiū receperint de morte uirorū B. Et istud c. hēt magnā practicā in illis locis, in qb⁹ exercet nauigiū, & bellū. *licet super hoc sollicitudinem adhibuerint.* No. hāc literā *quātocunque.* No. istā gñalē literā. *nec authoritate ecclesiæ.* No. & sic duo inhibētur hic.
2 *donec certum nuntium.* Not. certū nūtium. †Not. ibi. *causa captiuitatis.* q per captiuitatē nō pdit uxor, licet captiuus apud hostes oīa bona pdat, ff. de capti. p totū, cū efficiat seruus, nō tñ p hoc dissoluit matrimoniū, ut hic, & i c. dñs, j de secū. nup.
d sola. n. mors nālis [d] dissoluit matrimoniū
3 in c. 2. 32. q. 7. †No. 2. q mrimoniū ɔctum per uerba d pñti nō dissoluit p absentiā quātācūq; maritorū. ēt si ignoret de uita, uel morte eorū, ac ēt concurrēte iuuenili ætate cōiugū: secus i spōsalib. de fu-
4 turo, ut i c. de illis, s. c. †No. q qs nō psumit mortuus, licet habita diligēti inqsitiōe ignoret, ubi sit. nā psumit qs uiuere posse p cētū ann. ut i. l. fi. C. d sac. san. ec.
5 †In gl. 1. in fi. sed qrit, nūqd hodie de iure cano. sit suāda illa solēnitas illius aut. hodie ubi dr, q si maritus dicat mortuus in bello, dēt uxor p se uel aliū adire ducē belli, & facere recipi dicta aliorū sup hoc, & si deponūt de morte, dēt uxor expectare p annū. & postea ɔhere. alr. n. ɔhēs pt puniri d adulterio, ut ibi. Tā. Phi. Gof. dñt nō eē necesse, sed satis ē sm eos q de morte mariti cōstet uere uel uerisimilr, puta qa nauis, i qua maritus extiterat, passa ē naufragiū, & oēs dñr mortui.
6 †Idē sentit Vin. dicens, q nō solū p nuntiū, sed ēt p lras, ul al's pbōnes pt mulier certificari, ar. i c. prudētiā; de of. del. uide ēt gl. no. i. c. qm, in. §. si āt, s. ut li. ñ cōt. in uer. psumat, q ponit tres modos pbandi mortē ad hoc, q uxori, licitū sit transire ad alia uota, & inter cęteros ponit pbō-
d nē famæ. uñ sentit, q sola fama [d] sufficit, p quo ēt facit gl. iuris ciuilis in. l. si qdē, C. so. ma. q̄ uult mortē pbari posse p famā. facit qd no. gl. i. l. 2. §. si dubitet, ff. quēa. test. aper. q dicit sufficere unū testem, uel al's cōiecturas. sed Bart. ibi plenius māim examinās dicit reqrēdā pbōnē sm quātitatē piudicii. nam, ubi agit de maximo piudicio, puta qa accusat qs de homicidio, dēnt eē pbōnes plenę, ut q testes uiderūt eū mortuū, uel sepelliri, ad hoc. l. i de Neratius, ff. ad. l. Aql. si uerò ñ agit de tāto piudicio, tñ piudiciū est magnū, ut qa agit de fama, uel statu hoīs, & tūc dicit saltē habēdā pbōnē, de qua i d. aut. c n. satis graue, q uxor trāseat ad alia uota in uita mariti, & sic uult, q hodie dēat suari solemnitas illius aut. Sed Bar. i hoc ignorauit istū tex. cū apertè hic dicat, q sufficiat certus nūtius, & sic unus testis, qñ nō agitur de magno piudicio, & etiā doc. nostri cōiter sentiunt oppositū eius, qd dicit Bar. ut. s. dixi; dicit tñ ipse, q fama sufficit ad pbādū mortē, uel unic⁹ testis, qñ nō agit de magno piudicio, & sic intelligit glo. supius alle. sed quo ad materiā nostrā nūqd fama sufficiat, distiguit d. Aut. q aut est de lōginquo, & tūc vr sufficere, maximè cū lōgo tpe maritus fuerit absens. Aut dr mortuus in uicinis partibus, & fama sola non sufficit & q̄q hęc opi. multum uideat æqua, tñ iudicio meo multum resistit iste text. dum requirit certū nūtium, & pondera uerbū, certum. nā fama pcedit ex auctore incerto & plerūq; fallaci, ut no. in c. uestra, de cohab. cle. & mu. Ac ēt in psona nūtii dēret cōsiderari qualitas personæ, & utrū deponat p uerba uerisil'a nā agit nō de modico piudicio absentis, & in summa hanc materiā relinquerē arbitrio iudicantis, vt diligenter oib. pōderatis consideret, utrū de morte sit facta certificatio. In gl.

ta, ff. de qōni. & ui de p Lanfrā. plene in repet. l. admonēdi, ff. de iureiurā. ubi enumerat casus, in quibus fama plene probat, & in quibus semiplene, & in quib⁹ tm facit indiciū. de qua materia & uide per Ang. Are. & in apo. sti. ibi in tract. malef. in gl. in uer. fama publica præcedenre.

ZACHAR.

Adde qualiter probetur mors. ad de Lanfr. de Oria in c. qm contra, & ibi in apost. num. 107. s. de proba. istum in c. quoniā frequenter, §. porro, & ibi in apost. meis in uer. certitudinaliter, nu. 22 s. ut li. pen. Anto. Corse. sin. 183. in uers. mors Rebuff. post Bar. in. l. quoties. & ibi in apo. Celsi. C. de naufr. lib. 11. & in. l. 1. C. de muri leg. e. lib. Bart. & Ang. in. l. 2. §. si dubitetur, quead. testa. ape. Bal. in. l. 3. C. de p ba. & Io. An. in ad di. ad spe. in ti. de noto. cri. §. fama, uer. quid si ageretur.

SEB. SAPIA.

e Sola fama. Vide Bar. in tract. de teste, in uer. mortuū hominem, cum al legatis per Marsi. Bononien. in. l. de minor. §. plurimū co. 15. uersi. adde etiam q mors, ff. de quæstioni.

ZACHAR.

a Meretrix. Adde Bal.in.l.neq; natales,& ibi Ci.C.de prob.& in.l. data opera,C.qui accu. nō pos.in.l.si qua- illustris.C.ad Orfi.plenius p Bald. in.l.idē.§.quoties ff.de cōdi. ob tur. cau.Pau.de Castr. in.l.4. §.sed quod meretrici,eo.li.& istū in.c.cūdecorē de uita & hon.cle.

SEB. SAPIA.

a Meretrix. hoc no. qa effectus est maximus,si est meretrix. nā si est meretrix, data non possūt repeti, & de illis pōt testari ut per Bald.in.l.1. C.de cōd. ob. tur. cau.si uero non est meretrix,data auferunt per fiscū, ut per Ang.in.l.2. C.de cond.ob tur. cau.qđ multū no. cōtra mulieres habentes amasios, a quib.extorquātio calia in auro & argento, nam fiscus hæc pōt auferre, ut ibi per eū, & p Iaso.in.l.4.§. sed quod meretrici,ff. e.de condi. ob turpem causam.

b Cōualescit.Adde ad declarationem huius decr.uidendū Old.con.36.

c Cum contingat. Concor.l. ad pbatione,C. de prob. And.Barb.

2.ibi:*excusatur*.dicit hic.d.Ant.q ad hoc ut excuset mulier à pctō,sufficit, q uerisimilr credebat maritū mortuū, sed quo ad hoc,ut ecclesia det lnīam ɔhēdi,reqrit apertior pbō,ut hic, hoc dictū ur prima frōte ɔ fi.tex.ubi cōiungūtur illa duo ut uxor n possit ɔhere nec ēt ecc.dare licētiā,nisi certū nūtiū receperit rō. nā cū mulier hoc casu ɔhat lege resistēte,nō psumit esse in bona fide.l.quēadmodū, C. de agri.& cēsi.li.11.& in regu.quę ɔ ius, de reg.iur.li.6.hinc tex.in d. aut. hodie, dixit,q si alr uxor ɔxit, đ adulterio punitur,ita,q hodie cū habeamus tex.apertū non excusarē mulierē ab adulterio,quia licet adulteriū non cōmittat sine dolo.l. pe.ff. de adulte. tn dolus psumit, ex quo ɔxit lege phibēte,& sic ur,q uxor est separanda a secūdo uiro, licet alr senserit Inn.in.c.dñs,de secū.nup.ubi dicā. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Meretricem in uxorē ducere,quæ uult se corrigere,piū est,& ad remissionem proficit peccatorum.*
2 *Meretricium quansuncunque publicum non prohibet matrimonium.*
Matremonium contrahere potest omnis,qui expresse non prohibetur.
3 *Charitatis opera prosunt ad peccatorū remissionem.*
Peccatorum remissio duplex est,culpæ,s.& pœna, & quo peccata remittantur, & an sola contritione?
Remissio peccatorum sine indulgentia plenaria papæ quid operetur.
4 *Fornicatio est a iure diuino prohibita,& est peccatum mortale.*
5 *Meretrix dicitur illa publicum quæstum facere, quæ quæstus causa duos admittit.*

CAP. XX.

1 *Inter opera.* † Licitum & pium opus est cū meretrice ɔhere, intellige q̃ uult se corrigere. uel sic.Contractus matrimonii cū peccatrice uolēte se corrigere pficit ad remissionē pctōrū.duo facit.primo ponit casum statuti.Scđo statutū,ibi:*Statuimus*.Casus liter. Dr, q inter cætera opera charitatis magna charitas reputat peccātē adpnīam reuocare.vn Alexander papa uult,q quicunq; publicas mulieres de lupanari exxerint,& eas duxerint in uxores, in remissionē eis proficiat pctōrū.B.†No.primò,
2 q meretriciū q̃tūcūq; publicū nō priuat mulierē hoc sacro matrimonii . nā qsq; ɔhere pt,qui expresse non phibetur, ut i c.cum apud.j.e. †Scđ ò no.q opera chari
3 tatis pficiūt in remissionē pctōrū,& intelligo de pctis respū pœnę. nā duplex ē malū,s.culpæ,& pœnę. Culpa.n. remittit ex sola cōtritione pctōrū,sine qua n sufficiūt opera charitatis,de pę.di.1.in c.dixi & c.si pctm,cū si. sed pœna pcti ex sola cōtritione nō dimittit nisi ex pnīa exteriori,nisi maxima esset contritio.nā illa maxima pęna est,ut no.gl.de cōse.di.4. c.baptismi uicē.Vn intelligo tex. q illud matrimonium proficit ad remissionē pęnę. Sed est dubiū, nūqd oīa pctā dimittant? Pet.& Abb.dnt q non,nihil tn allegant. d.Card.dicit posse sustineri oppositū, cū litera loquit indefinitè,& sic ur,q ęquipolleat uniuersali iuxta no.in.c.ut circa,de elect.li.6.quia larga interpretatio ē fienda in hac mā fauorabili. Sed pro primo dicto facit tex. dū dicit,*proficiat*. Itē qa,qn pp indulget remissionem oīum pctōrū,adiicit plenā seu plenissimā, qđ uerbū hic non ponitur,ut no.gl.in cle.2.de pę.& remis.Io.An.in c.ad liberā
4 dū.j.de Iudę.†In gl.1.in fi.No.caudā gl.& dicit Hos.q ecclesia dissimulat,ut euitet maius malū,tn hoc pctm debem⁹ pseq ut mortale,sm eū alle.qđ hr in aut.de leno.sed tu uide meliorē tex.32.q.4.in c.meretrices, & c. nemo sibi. ubi legi.& not.q fornicatio cū meretrice,uel cōcubina est mortale pctm, & a iure diuino phibita, licet qdā uulgares, &
5 ignorantes credāt oppositū, quod est falsum. †In gl.2.ibi, *uidua* & uide ibi in glo,tn ex quo mulier cā quęstus admittit inhonestè duos, ur palam quæstum facere, & sic pt appellari meretrix,[a] ut in.l.palam,ff.de ritu. nup. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium metu contractum spontanea cohabitatione conualescit.sed dic, quod conualescit,ut ex nunc,non ut ex tunc.*
2 *Cohabitatio spontanea usque ad ætatem legitimam supplet defectum ætatis, & purgat uitium metus præcedentis, & nu.4.*
Probare quis non admittitur quod probatum non releuat.
3 *Compelli possunt coniuges ad redeundum,& se maritali affectione tractandū per ecclesiam propter periculum adulterij.*
Cohabitatio per quantum tempus sit necessaria ad hoc, ut metum excludat.

CAP. XXI.

1 *Ad id quod.* †Matrimonium p uim ɔctum cohabitatione spontanea cōualescit.[b] ad hoc quotidie allegat. In prima par
b te ponit ps facti. In secūda rnsio cum reliquo facto. ibi, *Taliter*. Tertiò decidit ipm factum,ibi:*mandamus*. Casus lit.Quedam mulier cōtraxit matrimoniū cū quodā uiro inuita & retinēs,ut dicebat i.11.an.Postmodū p annū & dimidiū cohabitauit eidē recessit ab illo,& tā mulier, q̃ uir ad illicitos cōcubitus trāsiuit. post hoc dicebat mulier, q inuita & renitēs cōtraxit cū illo, & hoc uolebat pbare, vn ab illo separari dēbat.qrebat qd iuris sit?rñdet pp, q̃us. 11.an.ab initio habēs & inuita & renitens illi uiro tradita fuisset, qa tn postmodū p annū & dimidiū cohabitauit eidē,cōsensisse,vr,& cogi dēt ad ipm redire,nec testes recipiēdi sunt,si quos illa mulier uellet inducere ad pbādū, q nō cōsensit in illū,qa mora tātī tpis pbōnē hmōi excludit, cū illa cohabitatio iā trāsiuerit in cōsensum.uñ mādat ordinario,ut p hoc non dimittat,quomin⁹ cōpellat utrūq; ad tractādū alterū maritali affectu, nisi ambo uellent ad religionē trāsire,iūcta eis pnīa p eo,q ad illicitos cōcubitus trāsiuerint.B.No.1.q licet mrimoniū metu ɔtractū sit ipso iure nullū,ut dixi.s.e.c.cū locū,tn pt cōualescere ex tacito cōsensu subsequēti:sed dic, q cōualescit,ut ex nūc, non ut ex tūc,ad hęc qđ no.i reg.nō firmat,de reg,iur.li.6.†No.scđo
2 qcohabitatio spōtanea usq; ad legitimā ętatē supplet defectū ætatis;& purgat uitiū metus pcedētis.Itē not. q nō dēt quis admitti ad pbādū,qđ pbatū nō releuat,cōcor.c.cū cōtingat,[c] de offic.dele. † Not.ibi: *utrunque cōpellas*.& tene
c menti q ecclesia ex officio suo potest compellere utrunq;
3 coniugem,qui sine legitima causa se separauerint,ad redeūdum in unum, & ad tractandum se maritali affectione, & hoc facit ecclesia propter periculum adulterii, quod timetur ex cohabitatione separata,pro hoc uide quod le.& no. in c.veniens,de reg.& ibi tetigi in c.tua,de iureiuran. †Sed
4 pro declaratione text. quæro, nunquid sit necessaria cohabitatio anni cum dimidio ad purgandum uitium metus, prout recitatur in litera. Hostien.dicit quòd non.hic em narrat facti contingentia. unde sufficit sm eū q perueniat ad ætatē legitimā,& capta oportunitate fugiendi non fugerit.n.n.reqrit copula carnalis,licet aliud senserit Inn.nā(vt dicit

dicit Host.& bene) iste tex.solum ponderat cohabitationē spontaneam. & q̃q̃ contra hoc faciat.c.2.s. de reg. ubi intranti religionem per metum datur annus,ibi tamen loquitur in minori.25.an. & ibi requiritur probatio religionis, sed i casu nro quo ad mrimoniū sufficit solus cōsensus. uñ, ex quo spōte cohabitauit cū uiro ut cū marito, vr approbas se matrimoniū,pro quo.c.unicum,de despon.impu.li.6.iudex tn habet considerare q̃titatē moræ,& opportunitatem fugiendi, & si interim intercessit copula, oīno psumitur p consensu,nisi probaretur per uim extorta,ut in c.consultationi,& quod ibi no.j.e.& in ti.proxi.c.ex literis. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro etiam iurata soluuntur per secunda sponsalia de præsenti, sed non per secunda de futuro.*
2 *Sponsalia de futuro purè contracta non soluuntur per lapsum temporis.*
3 *Iuramentum non impedit matrimoniū sequens, licet transgrediens sit periurus.*
4 *Iuramentū an & quando inualidet actū spūalem & temporalē subsequentem.*
5 *Sponsalia iurata ubi sunt,ab eis resilire licitum non est.*
6 *Matrimonialis causa summaria est. unde testes possint recipi ex officio etiam post publicationem & renuntiationem.*
7 *Sponsalia prima etiam non iurata non soluuntur per alia sponsalia iurata.*
8 *Iuramentum non ualet contra simplicem promissionem alteri factam.*
9 *Sponsalia,etiam si non sunt iurata,non est licitum ab eis recedere, licet alia iurata superueniant.*
10 *Sponsi an teneantur expectare ultra biennium,& quid agendum, ubi & quando terminus est præfixus? & nu.1.*
11 *Terminus ubi & quando est præfixus in aliquo contractu an teneatur quis expectare,& quid operetur lapsus huius termini?*

CAP. XXII.

1 COntinebatur † Si ĩpubes đ ſpõſponſata,& traducta petit licentiã pubes facta alteri nubendi, non auditur,ſi uir iurat ſe eam cognouiſſe,nec auditur,ſi nõdum pubes,ſed proxima pubertati probetur cognita hoc primò. Ex ſponſalibus ꝯctis cum impubere maiore ſeptennio oritur publica honeſtas. Primò conſultatio. Secundò reſponſio,ibi,*Conſultationi*.Caſus literalis,Quędam puella intra nubiles annos conſtituta tradit fuit in uxorem cuidã iuueni,& ab eo traducta. Poſtmodum cum peruenit ad nubiles annos,poſtulauit licentiã cum alio contrahendi,dicẽs,quòd in illum non conſenſit,Iuuenis ille in contrarium allegauit, quod & ſi fortè, cum deſponſauit eam nondum annum.12.attigiſſet;ita erat ætati proxima, ꝙ eam carnaliter cognouit.Quęſitum fuit à Papa, cui potius ſit credendum? reſpondet papa, ꝙ ĩ decretis expreſſum habet̃, ꝙ ſi uir dicat uxorem ſuam ſe cognouiſſe,& mulier negauit, ſtandum eſt uerbo uiri.unde in caſu pręmiſſo ſtandum eſt uiro dicenti & iuranti ſe illam cognouiſſe, ſi uero fuerit ætati proxima, ut in 11.anno. uel circa.12. & cum aſſenſu ſuo deſponſata & cognita ab eo,ſeparari nõ debet,pręcipuè cum parentes ipſius ipſam ætatis legitimę faterentur. In fi. dicit,ſi puella intra nubiles annos alicui fuerit deſponſata, non licet alicui de conſanguinitate illius, cui deſponſata fuerit, eam ducere in uxorem, nec ſponſus poterit aliam accipere de conſanguinitate ſponſæ. Ber-
2 nar.† No.primo quòd licet ante ætatem legitimam non ſit permittendum,ut aliqui matrimonialiter coniungantur, ut. ſupra.eo.c.2. tamen ſi coniunguntur, & puella apparet cognita, tenet matrimonium, quia ex quo fuit cognita, potentia coeundi ſupplet ætatem.ut s̃.eo.c. pube-
3 res, in fin.& j̃. eo.c.à nobis. † Item no. quòd poſſibile eſt, ꝙ puella in. 11. ann.

a Completus. an cœptus annus habeatur pro cõpleto,uide l.qua ætate,ff.de teſt. & ibi per doct. ex quo infertur, ꝙ malitia nõ ſupplet ętatẽ in ſponſalibus, de quo dixi ĩ c. iuuenis,s̃.tit.ꝑxi. ZACHARI.

b Per illicitũ coitum. Adde,an per ſodomiam ꝯhatur affinitas,Car.in c. 1.de ſponſa.lib.6. poſt Io.And. in arbore affi. plenius per eundem Car. ĩ cle.1.de conſang.& affi.& cõclude, ꝙ quò ad mr̃imonii impedimẽtum cõtrahitur affinitas ꝑ ſodomiam, nõ quò ad aliud, ut no.glo.Inno.& Io.de Fan. & doc. in c.nõ debet j̃.de cõſang.& affi.no. iſte in c.tertio loco,ubi plenè uide s̃.de præſumpti. ZACHA.

c Si tacitè præcedentia ſpõſalia approbauit.Adde d. de Ro. deci. 365. icip.dubitat Inn. ZACHARI.

d Septimus annus. Adde, quid ſi minor ſeptẽnio cum maiore de conſenſu ſui tutoris contraxit ſpõſalia,an detur ei reſti.ĩ integ. aduerſus, illa iam cõtracta. Spe. in ti.de reſti.in integr.§.3.uer.quid ſi quis,& in tit. de ſpon.§.1. in prin.

e Impedimentum. Vide glo.in c.unico,de ſpon. lib.6. poſitã ĩ uerbo, publicæ,& ibi Phil. de Fran.

a SEB. SAPIA. Ex statuto. Vide Aug. in l.qui uas, in prin.ff. de furtis,& in auten.de exhibend. reis, in prin.Bal.in l.contra negantem,C.ad legem Aquil.& in l.1.C.de rebus credi.

b Per testes.de quo latè per Inno.Ro.& Alex.in l.qui bona.§.dãni, ff.de dam.infect per Cyn.in l.si qñ, C.unde ui.Iac.But.in l. 1.C.de re iudi.ubi uult,ꝙ si statutũ disponit quòd debeat stari dicto officialis,intelligitur, nisi ꝓbetur cõtrarium. Spec.& Io. An.in ti.de citatiõe,uer. sequitur.Io.An.in c.quoniã cõtra,s̃. de proba. nã licet nuntio sit credendum aliquem citasse.c.cum parati s̃.de appe.l.magis puto.§.ne tñ,ff.de reb.eo.tñ põt probari contrarium. gloss. 4.q.3.in c.si testes.§. itẽ testes. Archi.in c. uenerabilibus,de sen.ex-cõ.lib.6.

c Probauerit. Qđ est notandũ ad. l. qui accusare,C.de eden.ibi,& si reus nihil præstiterit, quia uidemus, ꝙ actori nõ est deferendũ iuramentũ, quãdo plenè probauit.c.2. s̃. de ꝓba.doc.in l.admonendi,ff.de iureiuran.Abbas in c. attestationes, ĩ fi.j. eod.

SEB. SAPIA.

c Nihil probauerit.Vide Feli.ĩ c.1. col. 5.s̃.ut lite nõ conte.& in rubri. s̃.de spõs. ubi hoc ponit. inter priuilegia mr̃imonii.

ZACHARI.

d Benefacit. Adde bo.tex.ĩ l.1.et ibi gl.Bart.Alexan.& doct.col.2.uer. nemo adverbũ illud ff. de noua. Bald. in l. si quis in tantam,col.2.uersi. 3. querit.C.unde ui. bona gl.institu.de inuti.sti.§. pupillus,in uersic.proximus.Cardina.in cle.1.q. 5. de homi. ubi ẽt dicitur doli capax, & no. iste in rubr. de delic.puero.

SEB. SAPIA.

e Determinatum. Idẽ firmat Ioa.Faber.in §.pupillus, instit.de inuti.sti.

ZACHARI.

f Sed maior obligatur minori. Adde tamẽ,quòd do. de Ro. deci. 468.

possit maturè cognosci,& cõcipe . habes ẽt tex.in c.fi.de eo q̃ co.cõsang.uxo.suę, ubi dr̃ de decẽnio. † No.tertio,ꝙ ex spõsalib⁹ ɔ̃ctis ẽt cũ impubere oritur ĩpedimentũ publicæ honestatis ꝓhibens matrimonia cõtrahi inter sponsam & ɔ̃sanguineos spõsi;& extendit hæc ꝓhibitio usq; ad quartũ gradũ & nõ ultra, ut dixi ĩ c.sponsam,s̃.ti.ꝓxi. † Oppo.cõtra tex. vr̃.n.ꝙ uer.*consultationi*, ponat idẽ,qđ in uer.*si autem*.nam in utroq; dr̃, ꝙ ante annos lr̃ĩmos puella fuit cognita . So. Inn. intelligit primũ uer.qñ puella ꝑuenerat ad annos lr̃ĩmos tp̃e traductionis.uersi. *si autem*, intelligit, qñ erat adhuc ĩpubes respectu ętatis.Hostiẽ.dicit,ꝙ in primo uer.q̃rebat,an dẽret credi assertioni mariti,in uer. *si autem*,q̃rebatur,an esset matrimonium,ex quo puella erat in 11.uel circa 12. † Sed quæro , quid si puella tm̃ excessisset septimũ annũ , nunqd copula superueniẽs habeat cõsummare matrimonium?Guil.Naso sentit,ꝙ nõ.dicit.n.per istũ tex. req̃ri,ꝙ puella sit 11. annorũ ad minus. Sed Io.de Deo tenuit ɔ̃riũ,& uerius ꝑ d.c.fi.de eo,q̃ cog.cõsan.uxo.suæ. ubi patet,ꝙ in 10.anno fuit mr̃imonium cõsummatũ.Itẽ si masculus,q̃ tardius pubescit,qñq; pubescit ĩ 10.anno,ut no.gl. 20.q.1.ĩ sum.fortius idẽ dicẽdũ ĩ muliere,q̃ citi⁹ pubescit, ut dixi s̃.e.c.puberes . & iõ cõcludit Io.de Deo , ꝙ si maior septẽnio fuit cognita à spõso, cõsummatũ est mr̃imoniũ ; & circa hoc multũ instat hic Inn.uariãdo nõ parũ.Sed mihi satis placet cõclusio seq̃ns,ꝙ aut puella est minor septẽnio;& tũc q̃tuncunq; fuerit cognita,nõ dicatur mr̃imoniũ cõsistere,qa nõ vr̃ hr̃e cõsensũ aptũ ad discernẽdum,qd sit mr̃imoniũ,nisi multũ eẽt doli capax & discreta. † Si uerò est maior septẽnio ita,ꝙ nõ sit ꝓxima pubertati,nõ stat simplr̃ uerbo uiri dicẽtis se cognouisse illã puellã.nã possibile ẽ, ꝙ puella sit deflorata;nõ tñ seq̃r,ꝙ sit apta ad cõcipiendũ;tunc iõ dẽrẽt mulieres ex ꝑte assumi ad uidẽdũ,an puella sit uiri potẽs, si aũt puella eẽt ꝓxima pubertati,tũ eẽt stãdũ uerbo uiri ; & ex cognitione ẽt ꝑ̃sumpta dẽt ꝑ̃sumi,ꝙ sit uiri potẽs; & optimè ꝓbat hoc ĩ uer. *si autem*,& tene mẽti istum tex.ad hãc mãm. In gl.1.ibi. *standum est uerbo uiri*; intellige,qñ simul cohabitauerũt,& sic ꝓpriè loq̃t tex.ĩ c.si qs uxore. 33.q.1.& hic.nã põderat hic,ꝙ ista puella fuit ĩducta à marito ad domũ. Et ĩ fi. gl.no.bñ ex glo.& clarè ꝓbat ꝑ istũ tex. iũcto c.ꝓposuisti,đ ꝓba.ꝙ si ex statuto[a] dẽret stari iuro alicuius officialis super aliquo maleficio,dẽt ĩtelligi, nisi accusatus seu denũtiat⁹ ꝓbet ɔ̃riũ ꝑ testes,[b] licet aliq ɔ̃,ut no.ĩ l.1.C.si aduer.li.& l.1. ff.de re iu.sed primũ dictũ puto ueri⁹.nã uidemus,ꝙ stat testib⁹,& instr̃is,nisi melius & pinguius probet cõtrariũ,ut in c.cum Ioannes de fide instru. † In glo.in uer.*firmauit*,in fi.& hoc ultimũ tenet Tan.hic, dicens,ꝙ ubicunq; uertit periculũ aiæ,põt exigi iuramentum à reo,licet actor nihil probauerit.[c] & no.bene hoc dictũ , ꝙ satis mihi placet.nã satis ĩ hoc exuberat iudicis officiũ,facit.c.sicut,in fi.s̃.tit.ꝓxi. †In gl.in uer.*proxima,ibi per sex mẽses*.not.bene gl.q̃ facit ad statuta,ut dicat qs ꝓximus alicui ętati, cũ ab illa distat per sex mẽses,uel minus,& bene facit [d] tex. in l. nõ tantum,alle.in gl.quę ꝓbat,ꝙ distãs ꝑ sex mẽses dicit ꝓpe illã ætatẽ; qđ bene no.Idẽ qđ gl.hic sentit Inn.Host.aliter.sed dictũ suũ cõmuniter nõ tenet, sed in contrariũ ego allego gl.iuris ciuilis in §.furiosus,insti.de inuti.stipu.& in summa,insti.de ob.q̃ ex deli.nascũ.q̃ dicũt,ꝙ masculus dicitur ꝓximus pubertati,cum est in decimo anno cũ dimidio. fœmina uerò ĩ nono cũ dimidio,ar.§.fi.insti.ex q. cau. ma. nõ licet.& est ratio,quia post pueritiã,q̃ cõtingit ĩ septimo anno,restãt septẽ anni usq; ad pubertatẽ ĩ masculo.unde,ex quò excedit medietatẽ huius tẽpori , uidet magis ꝓximus pubertati,q̃ ĩfantiæ, & idẽ ĩ fœmina q̃ pubescit ĩ 12.ann.d. Ant.j.e.ĩ c.attestationes.dicit hoc relinq̃ndũ arbitrio iudicis,ex quo à iure nõ ẽ đterminatũ,[e] sed respectu mr̃imonii tene qđ.s̃.dix',ꝙ si fuit cognita,dũ ẽ ĩ decimo,uł ultra,satis ꝑ̃sumit uiri,potẽs,ut mr̃imoniũ dicat cõsummatũ,si aũt nõ fuit cognita nõ ẽ disputãdũ đ ista ꝓximitate, qa oportet , ꝙ masculus cõpleuerit.14.fœmina.12.annũ.s̃.e.c.puberes,& j.e c.attestationes,nisi ex aliis signis posit depħẽdi potẽtia coeundi,& uide qđ dicam in d.c.attestationes. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Maiores septennio si contrahunt sponsalia neuter ante pubertatem resilire põt 5.*
Pubes factus an teneatur expectare alium spõsum impuberem, donec ad ætatem peruenerit legitimam.
Pubes cum impubere contrahens resilire non potest, sed impubes factus pubes bene potest 3. 5.
2 *Ætas apta requiritur in matrimonio contrahendo, & non simpliciter coeundi potestas.*
3 *Maior si cum minore contrahit,contractus claudicat; quia maior obligatur,& minor non, saltem prius,quàm ad ætatem peruenerit legitimam.*
4 *Impubes maior septennio licet sponsalia contrahere posit, tamen non obligatur prius,quàm ad ætatem peruenerit legitimam.*
5 *Iuramentum ubi interuenit in sponsalibus , facit ꝙ maiores compelli possunt ad contrahendum matrimonium 6.*
7 *Cogi non debent sponsi ad contrahendum matrimonium, ubi iuramentum non interuenit.*
8 *Medicus semel approbatus reprobari potest.*
Doctor etiam cuiuscunque facultatis semel approbatus reprobari potest.

CAP. VII.

1 DE *illis.* † Si maiores septennio cõtrahunt spõsalia , neuter añ pubertatẽ resilire põt . hoc primò.Et ille,qui primò fit pubes,alterum expectabit.hoc scđò ẽm intellectũ glo.sed plus mihi placet,ꝙ nõ teneat expectare,ut j.dicam. Tertiò dicit,ꝙ si tp̃e ɔ̃ctus alter erat pubes,nõ ille,sed alter factus pubes resilire potest;& tria sunt dicta.Scđm,ibi,si *verò*. Tertium,ibi, *Mulier*. Casus literalis. Aliqui intra nubiles annos constituti maiores septẽnio ɔ̃hant sponsalia,siue uterque, siue alter ante,q̃ ad annos legitimos perueniant,si postulẽt separari, non sunt audiẽdi. Si uerò alteruter istorũ ꝑuenit ad lr̃ĩmos annos,altero ĩ minorib⁹ adhuc existẽte, maior, si petat, nõ est audiẽdus, nisi alter ad ætatẽ lr̃ĩmã ꝑuenerit , & petierit separi,tũc iudicio eccłiæ poterũt separi. Si uerò,qñ ɔ̃hunt spõsalia,alter eorũ maior fuerit,& alter minor.si maior postulet separi,nõ est audiẽdus,qa,ex quo ĩ eũ semel cõsensit, nõ põt amplius dissentire,nisi minor;cũ ad ætatem lr̃ĩmam
2 ꝑuenerit,petierit separi.Ber.†No.primò,ibi,*annos aptos matrimoniys*,ꝙ in mr̃imonio ɔ̃hendo considerat ætas,& sic non simplr̃ ptãs seu potẽtia coeundi, de quo uide qđ dixi.s̃.e.c.
3 puberes.†No.scđo,ꝙ si maior ɔ̃hit cũ minori,ɔ̃ctus claudi-
f cat,cũ minor nõ obliget minori saltẽ prius , q̃ ꝑuenerit ad
4 legitimam ætatem,sed maior obligatur minori. † Vltimo no.ꝙ licet maior septẽnio possit ɔ̃here spõsalia,tñ nõ obligatur priusq; ꝑuenerit ad lr̃ĩmã ætatẽ.uñ poterit petere separationẽ,licet nullã cãm alleget.& hoc cõcessit ius,qa añ
a ętatẽ aptã matrimonio[a] nõ ur̃, ꝙ qs habeat ꝑfectũ sensum
5 ad cõsentiẽdũ indissolubiliter in futurũ matrimoniũ . †In gl.1.in fi.aduerte,ut clare hẽamus intellectũ utriusq; dicti. nã ĩ primo & ultimo dicto oẽs cõueniunt in una sñia. Primũ.n.loq̃t,qñ tp̃e cõtractus spõsaliorũ ambo erãt impuberes,maiores tñ septẽnio,& ante ętatẽ lr̃ĩmã neuter dẽt audiri reclamãs : rõ qa sicut nõ hẽt cõsensum ad cõtrahendũ, ita nec ad dissẽtiẽdũ.Tertiũ dictũ loq̃t,qñ alter erat maior
b alter minor,[b]& đcidit,ꝙ maior ñ p̃t dissẽtire,sed minor factus maior sic.difficultas restat circa intellr̃m secũdi,uidelicet.§.*si uerò*.in quo uariæ sunt lec.Gl.tertia intelligit , cum ambo erant minores tp̃e cõtractus,& alter prius ꝑuenit ad
c ętatẽ legitimã,& deciditur, ꝙ non dẽt audiri reclamans,[c] donec alter ꝑuenerit ad lr̃ĩmã ętatẽ: postea uero quilibet p̃t ɔ̃dicere.Et ad tex.ĩ uer.*cum sponsalia*.gl. rñdet extorquendo literã . Alter intellectus est,ꝙ ille uer.loq̃t,qñ tp̃e contractus alter erat maior,alter minor, & iste intellectus magis est literę amicus per illa uerba:*cum sponsalia contrahuntur.&c*.Sed gl.nõ placet iste intellectus, qa nõ differt a tertio dicto.Sed certè iste intellr̃s saluari p̃t. & dic ꝙ differt, qa uer.iste loq̃tur,qñ minor contradicit factus maior . uer. *mulier*.loq̃t,qñ cõtradicit maior.nec placet iste intellr̃s glo. ꝙ si alter prius perueniat ad pubertatem, teneat expectare aliũ . qa frustra expectat euentus, cuius nullus est effectus, ut in c.cũ cõtingat,de offi.dele cũ ergo ẽm gl.4.prius factus maior poterat cõtradicere altero postea facto maior,ergo ẽt & nũc p̃t ɔ̃dicere.hoc ẽt probat principiũ.c.a ɔ̃rio sensu, & sentit ẽt Hos.hic aliũ ĩtellectũ,ꝙ uer.*si uero*. loquitur, cũ sponsalia fuerunt ɔ̃cta inter maiorẽ & minorẽ.uer.*mulier*, cum de facto fuit cõtractum matrimoniũ inter maiorẽ , & minorẽ,& utroq; casu decidit, ꝙ is q̃ erat maior tp̃e ɔ̃ctus nõ põt resilire , ex quo semel cõsenserit , & ille intellectus satis ẽt p̃t sustineri: sed p̃cedens plus placet,qa deciduntur plures casus .nã matrimoniũ cõtractũ inter maiorẽ, & minorẽ sunt sponsalia iuris interpretatione,ut in c.unico,eo.
6 ti.li.6.†In glo.in uerbo. *iudicio*,in fi.no. singulr̃ duo ex ista gl.primũ,ꝙ ubi iur̃m interuenit ĩ spõsalib. & ĩpuberes obligant,in tm̃ facit , ꝙ maiores cõpelli dẽant ad ɔ̃hẽdũ matrimoniũ,& intellige de maiorib.septẽnio.†Scđo ex fi.gl.no. ꝙ ubi iur̃m in sponsalib.non interuenit,nõ cõpellit spõsus uel sponsa inuita ɔ̃here matrimoniũ.Et aduerte,qa gl.loq̃tur indistinctè,nõ restringẽs se ad maiores. nã de minorib. non esset dubiũ,quia tex.est hic,& idẽ sentit Host. in sum. ti.de matrim.§.1.post prin.sed hic tenet oppositũ,dicens, ꝙ siue iur̃m interuenit,siue nõ,ex quo maior existens contraxit sponsalia,sp cõpellit ad ɔ̃hẽdũ,arg.in c.iur̃i.22.q.5. & in c.1.de pac.& per hæc iura idẽ dixi ĩ c.ex literis, el.2.s̃. de spõ.Sed nũc adduco istũ tex.q̃ iudicio meo clarè hoc ꝓbat in uer. *mulier*. nã hic nõ interuenit iur̃m ; sed papa fundat se super nudo cõsensu,& dicit,ꝙ ex quo maior semel cõsensit spõsalibus,nõ p̃t cõtrauenire , licet ɔ̃xerit cũ minore, fortius ego dicẽdũ cum ambo erãt maiores , & tene ad hoc menti istũ tex.qa sępe de hoc dubitaui,& uide qđ dixi.s̃.ti.
8 ꝓxi.c.requisiuit.†In gl.fi.ibi §.*reprobari*.ubi dr̃,ꝙ medicus se
d mel approbatus p̃t reprobari,[d]& idẽ hr̃ in.l.sed & reprobari,ff.de excu.tu. & dñt quidã spãle in medico ꝑꝑ hominũ sanitatem,ut si reperiatur mutilis & inexpertus , possit reprobari:sed idẽ dicli quolibet doctore cuiuscũq; ꝓfessionis ut no.Bar.ĩ d.l.sed & reprobari,& pro hoc all.tex.in.l.grãmaticos,C.de profes.& medi.li.10. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ante pubertatem separari non debent, sed post pubertatem possunt, si cõtradicũt,nisi carnalis copula ĩteruenial,uel tacitus cõsensus p⁹ pubertatẽ.*
2 *Matrimonium per uerba de præsenti per impuberes contractum iuris interpretatione sponsalia sunt de futuro,& ab eis ante pubertatem resilire non possunt.*
3 *Potentia coeundi anticipat tempus pubertatis.*
Carnalis copula etiam inter minores consummat matrimonium,sed non nisus ad copulam.

CAP. VIII.

1 A *Nobis*. †Impuberes sponsalia contrahentes añ pubertatẽ separari ñ dẽnt,[a] sed post pubertatẽ p̃nt,cõtradicunt sponsalib. nisi copula carnalis interuenerit , & in effectu idem dicit text. p̃cedẽs,nisi ꝙ addit de copula,& cõsensu tacito post aduẽtũ pubertatis . Primò ponit q̃õ.Scđò solo,ibi.*ad quod*.Casus liter. Quidã intra nubiles annos iungũt nomine matrimonii,si uterq; , uel alter[b] ante,q̃ ad annos lr̃ĩmos peruenerint, petant separari,q̃rit utrũ sint audiendi?Rñdet p̃p̃,ꝙ cũ añ annos lr̃ĩmos cõiugalẽ cõsensum nõ habeant , usq; ad ętatẽ lr̃ĩmã[c] expectare tenentur,& tũc aut cõfirmetur matrimoniũ, aut infirmet , nisi carnalis copula antea interuenerit, cũ illa tp̃s anticipare soleat pubertatis B.
2 †No.primo ꝙ quẽadmodũ impuberes ɔ̃hẽtes sponsalia nequeunt ab eis resilire ante aduentũ pubertatis,ut.s̃.ti ꝓx.ita & matrimoniũ ɔ̃here intendentes . nã tale matrimoniũ[d] ante ætatẽ ɔ̃ctũ iuris interpretatiõe sunt sponsalia de futuro,[e]ut no. hic glo.& est hodie expressum in c.1.e.tit.li.6.Ex quo infertur,ꝙ sicut ante aduentũ pubertatis nõ licet resilire a sponsalib.ueris,ita nec a p̃sumptis.
3 Scđo no.†ꝙ potentia coeũdi anticipat tp̃s pubertatis, & sic copula habita inter minores consummat matrimoniũ,quod intellige, si uere intercessit secus in nisu ad copulã,ut.j.co.c.attestationes,ubi de hoc plene. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligantur,nisi uiolentia intercedat .*
2 *Proximitas ætatis non sufficit ad contrahendum matrimonium,sed oportet, quod sit talis,quòd carnaliter coniungi possint. 4.*
3 *Malitia supplet defectum ætatis quo ad matrimoniũ contrahendum , sed non in alijs rebus agendis , & quid sit ista malitia,& eius diffinitio .*
4 *Proximitas ætatis & potentia coeundi an simul requirantur in matrimonio contrahendo, uel unum de per se sufficiat ?*
Carnalis copula etiam cum minore an facit sponsalia in matrimonium transire ?
Potentia coeundi quo modo cognoscitur ?

CAP. IX.

1 DE *illis*. † Minores apti ad matrimonium ex ɔ̃ctu matrimonii obligant , nisi uiolẽtia ĩtercedat . Primò decisa consultario . Secundò responsio , ibi : *Respondemus* . Casus literalis. Quidã in minori ętate spõsalia cõtra-

inci.Itẽ si pubes, ĩ no.alias est deci.455. inci.si pubes,tenet,ꝙ si pubes cõtrahat matrimoniũ ẽt ꝑ uerba de p̃senti,& interueniẽte iuramento cũ ĩpubère,ꝙ poterit ñ obstãte ꝓhibitione superioris à tali mr̃imonio pubes recedere,& aliud cõtrahere;ꝙ uidetur cõtra istũ, & quod hic dicit.

SEB. SAPIA.

a Obligat minori. Hoc tñ ñ ꝓcedit , qñ maior inuitus cõtrahit cum minore tũc enim nõ tenetur expectare minorem , vt not. Abb.per illũ tex. ĩ.c.ex literis.j.eo.

SEB. SAPIA.

a Aptã matrimonio. Amplia hunc text. vt ꝑ Abb.ĩ.c. attestatiões,ĩ quarto no.j.eo. videlicet vt ꝓcedat,etiã si nisus fuerit sępe mulierem corrumpere.

b Minor Adde videndũ de intellectu hui⁹ decre. do de ro.deci.suis hoc ti.c.1.decisio.

c Reclamãs.Si maior est effect⁹ , & ñ reclamauit,Hosti. tenet,ꝙ nõ põt,sed in cõtrariũ ẽ ueritas , vt tenet hic Phili.frã. & do.de ro. deci.460. Ant. de Bu. ĩ.c. ex ꝑtes, supra.de.re.spolia.

d Reprobari. Idẽ est ĩ medico animarum,ar.in.c. cũ infirmitas.j.de. pœni.& remis.l.sancimus , C.de sa.sanc. ecc.Old. consil.18.

ZACHARI.

Adde idẽ esse in alio quouis doctore ignorãte, q̃ etiã post suscepta insignia põt reprobari.gl.Bar.& doc.in l.pomponius , ver. approbatum , de neg.ges.Bar.ĩ.l.dispensatorẽ , de sol. Bar. & post eũ Ia. Rebuf in alleg. l. grãmaticos , & ibi in apost. Cel. C.de profes.& medi. li. 10.Feli.in.c.ex literis , colũ.4.uersi.& adde Bar.s̃. de consti.& dixi aliq̃d in apost.ad istũ.s̃. de renũ.in c. dilecto, nu.1.in apostil. in ver.reprobari.

SEB. SAPIA.

d Potest reprobari.Vide Oldrac.in cõsi.18.& Abb. in c.cum ẽm,co.4. s̃. de præbendis.

ZACHAR.

e Sponsalia de futuro.Adde Bar. in

hũt,& traducunt̃, poſt modũ diuortiũ pe
tũt minoré allegãtes ętaté, aut uim ſibi
latã.q̃rit̃, q̃d iuris ſit rñdet, ꝙ ſi ita fue-
rint ętati ꝓximi,ꝙ potuerunt carnaliter
coniungi, p̃textu minoris ętatis nõ ſunt
ſeparãdi,ſi unus in aliũ niſus ẽ cõſenſiſſe:
qa ĩ eis malitia ſupplet ætaté.Şed cui uſ-
cũq; ſint ætatis ſe pñt ꝑ illatã uiolétiam
excuſare, niſi poſt uiolentiã cõſenſus ac
2 cedat·B.†No.primò,ꝙ ꝓximitas ætatis
ſola ñ ſufficit ad ꝯhẽdũ matrimoniũ: ſed
oportet,ꝙ ſit talis, ꝙ carnaliter cõiungi
potuerint,& hoc no.ꝑ limitatione.c. ſe
3 quẽtis.†Sc̃dò no.ꝙ malitia[a] ſupplet defe
a ctũ ętatis quo ad ꝯhẽdũ matrimo.& ad
hoc quotidie allegat̃, & quo ad ꝓpoſitũ
exponit̃ malitia,i.uigor nãlis, ſeu poté-
tia coeũdi, ut colligit̃ ex uerbis p̃cedẽti
bus,ibi: *quòd potuerint coniungi* nõ.n.ſuffi
ceret malitia in reb.agẽdis,ut ĩ c. pube-
4 res,in.§.fi.s̃.e.†Sed q̃ro,qa tex. requirit
hic duo ad ualiditaté mr̃imonii, ꝙ ſint
ꝓximi ętati,& ꝙ potuerint carnal̃r cõ-
miſceri, nũqd ambo reqrant̃ de neceſſita
te? Sol.ſi icipis a primò,neceſſario reqrit̃
ſm,qa,ſicut dixit, ꝓximitas non ſufficit
ſine potẽtia coeũdi;ſed ſm bñ ſufficit ſi-
ne primo,dũmõ ſint doli capaces,ita, ꝙ
potuerũt diſcernere uires mr̃imonii. nã
matrimoniũ nõ ꝯhitur ex copula,ſed ex
ꝯſenſu. s̃.ti.ꝓx.c.cũ locũ.ſed diſceptatio
nõ modica eſt inter doc. qũo deprehẽdi
tur iſta potẽtia coeũdi,quæ habet ſupple
re defectũ ætatis.qdã.n.ut Tãc.requirũt
ꝙ uere inter eos copula interceſſerit,qd
ẽt ſeqtur Hoſ.exponẽdo tex.ꝙ potuerit
cõiũgi,i.ꝙ de facto ſe coniunxerint. ſed
Gof.Inn.Abb.& Io.An.tenẽt oppoſitũ,
dicẽtes ſatis eẽ, ꝙ potuerunt coniungi.
Quid.n. ſi iuuenis minor alias mulieres
cognouit,uł ſi fęmina minor ab aliis fue
rit cognita? certè nemo negabit matrim.
conſiſtere inter iſtos,ex quo apparet eos
potẽtes ad copulã,& ꝓ hac ſnĩa hẽs gl. ĩ
c.unico,e.ti.li. 6. ſed de hoc non ur̃ mihi
magnũ dubiũ, ex quo clarè cõſtat de po
tẽtia coeũdi, ſed dubiũ ẽ,qñ ñ cõſtat cla
rè,ſed tm̃ ꝑ ſigna,puta ex aſpectu corpo
ris, uł ex aliis ſignis itrinſecis mulier uł
maſcul⁹ ur̃ aptus ad copulã, & ſenſit Inn.
b hęc ſigna ſufficere,*b* qd mihi ſatis placet
ar.c.ſeq.ubi niſus ad copulã cũ ꝯſenſu ad
hibito ꝓpe ætaté ltĩmã ſufficit ad matri
moniũ,ꝑ quo facit litera,dum dicit,*quòd*
potuerint,& ſic ſolũ requirit potẽtiã, &
uidetur eã requirere ex ſignis, dũ dicit,
ſi fuerint ita proximi ætati,&c. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Contractus ante pubertatem facit matrimonium.*
Niſus ad copulam non facit matrimonium. 5.7.
2 *Niſus ad copulam, non declarat potentiam coeundi.*
3 *Maritus & uxor poſſunt ſe adinuicem uendicare, & quam poteſtatem habet alter in alterum.*
4 *Proximus uel prope finem alicuius ætatis quomodo eſſe quis dicatur?*
5 *Impubes maior ſeptẽnio adueniente ætate legitima põt ſine aliqua cã a ſponſalibus & matrimonio reſilire, licet mulierem ſæpe niſus fuerit corrumpere.*
6 *Impubes factus pubes, ſi uult a ſponſalibus reſilire, concedenda eſt licentia ambobus.*
7 *Annus quartuſdecimus in maſculo, & duodecimus in fœmina debet eſſe cõpletus,& ſi deficiant aliqui dies, an teneat matrimonium?*
Conſenſus præſtitus circa finem impubertatis,uel principium pubertatis an faciat matrimonium.
8 *Confeſſio coniugum per ſe & contra ſe an ſufficiat?*
Iudex,ſi dubitatur an mulier ſit cognita,uel ne, quid agere debet?
9 *Teſtes in matrimoniali cauſa recipi poſſunt poſt publicationem, imo poſt ſententiam.*
10 *Aetas quæ requiratur in ingreſſu religionis, & an perueniatur ex diſcretione?*
11 *Iuramentum à reo exigi poteſt in cauſa matrimoniali etiam ſi actor nihil probauerit.*

CAP. X.

1 *Atteſtationes.* † Cõtract⁹ añ pubertaté ẽt
cũ niſu carnalis copulę ñ
facit matri. Cõis diuiſio. ſecũda ibi: *conſultationi.*
Caſus lit. Quędã mulier ꝯxit matrimoniũ cum
quodã qui nõdũ hẽbat.12.annos: tñ eã tẽtauit corrũpere:
ſed ñ potuit poſtmodũ ab ea receſſit.uñ ipſa mulier petiit il
lũ in ſuũ maritũ corã ordinario,teſtes ꝓducti fuerũt in cã il
la,dubitauit iudex,qualiter in cã ꝓcederet.miſit atteſtatio
nes.atteſtatiõ ib.illis inſpectis cõſtitit dño papæ,ꝙ iuuenis
ille nõdũ attigerat.12.annũ,qñ p̃fatã G. in uxoré accepit,
& licet niſus fuiſſet eã corrũpere,ſm ꝙ uterq; cõfitebat̃,mu
lier tñ credidit ſe uirginẽ euaſiſſe.ſed ipſe ante,q̃ ꝑueniſſet
ad 14.annũ,ab ipſa receſſit;ad qd p̃uẽtus ab eadẽ petebat̃ in
uirũ.rñdet p̃p illi epõ dicẽs,ꝙ ſi illa ꝑ idoneos teſtes ꝓbat̃
nequerit,ꝙ poſt uel circa finẽ 14 anni p̃dictus iuuenis cõ-
ſenſiſſet in eã recepto iuſ̃o ab ipſo,ꝙ poſt, q̃ ad ętaté ltĩmã
ꝑuenit,ipſam hr̃e non cõſenſit in uxoré,dictũ iuuené a p̃di
cta.G.deat ſeparare,& dare utriq; lnĩam cum alia ꝯhendi.
2 B.†No.primò, ꝙ ſolus niſus ad copulã nõ declarat potẽtiã
3 coeũdi,uide.s̃.de ſpon.c.iuuenis,&.c.fi.eo.ti. †Sc̃do no. ibi:
c *uendicare*, & tene mẽti,ꝙ uxor p̃t uendicare[c] maritũ,itellige
cã adiecta de iure diuino & canonico, qd ẽt tenet hic Ho.
nã multa iura hẽt mulier ĩ marito,adeo, ꝙ maritus non dr̃
hr̃e ptãté ſui corporis,nec e ꝯ,ut ĩ c.nõ dẽt.j. de cõſang. &
affi.vñ rõne h⁹ iuris pñt adinuicẽ ſe uẽdicare, ar.l.1.§. per
hãc,ff.de rei uen.& tene ad hoc mẽti iſtũ tex.cũ dicto Hoſ.
licet ꝯtrariũ ſenſerit Io.An.in add. Spe.in ti.qui fil.ſint le-
gi.poſt prin.& ſ̃q ur̃ d.Ant.in c.nõ eſt,s̃.ti.prox.ſed primũ
4 dictũ uerius,ut latius dico in c.illud,de p̃ſum.†Not.ibi: *cir-*
d *ca finem 14 anni*,iuncta gl.ꝙ qs dr̃ eẽ ꝓpe finẽ[d] alicuius ęta-
tis,cũ diſtat ab ea ꝑ ſex mẽſes,qd no.ꝓ ſtatutis.q s ãt dicat̃
5 proximus alicui ętati,dic,ut dixi.s̃.eo.c,continebat̃.†Item
no.mirabilẽ deciſionẽ,ꝙ minor pubertate, maior tñ ſepté-
nio ꝯhens ſpõſalia, uel matrimoniũ põt adueniente ætate
ltĩma ſine alia cã reſilire a talib.ſpõſalib. ſiue matrimonio
licet mulierẽ ſępe niſus fuerit corrũpere,& hoc ampliat.c.
6 de illis,s̃.eo.†Vlt.no.ꝙſi minor factus maior uult recedere
a ſponſalibus,dẽt ẽt maiori dari lnĩa ad alia uota trãſeũdi.
7 †In gl.prima in fi.dic.ꝙ ille conatus nõ facit ſpõſalia tran
ſire in matrimoniũ,ut ĩ c.fi.s̃.ti.ꝓxi. ſed aliũ effectũ hic in-
duxit.nã induxit p̃ſumptionẽ,ꝙcirca finẽ.14.anni iſte erat
potens ad generãdũ,ex quo añ illã ętaté fuit niſus ad copu
lã.iõ p̃p mãdat hic inquiri, utrũ ille iuuenis cõſenſerit cir-
ca finẽ.14.anni.nã ceſſante p̃ſum. cãta ex niſu copulę nõ ſuf
feciſſet cõſenſus p̃ſtitus circa finẽ.14.anni, qa, ubi ñ cõſtat
de potẽtia coeũdi,expectat̃ pubertas ex annorũ numero, ĩ
qua reqrit̃,ꝙ annus.14.ſit cõpletus in maſculo,ut in.l.fi.C.
qñ tu uel cu.facit tex.in c.j.ꝓxi.licet Hoſ.hic dubitet, utrũ
in ult.die.14.anni uel.12,anni in muliere ualeat matrimo
niũ ꝯctũ.nã ur̃ ꝙ ſic,ſicut dicimus ĩ teſtõ,ut ĩ.l. qua ætate,ff.
de teſta.tãdẽ ur̃ hoc relinquere arbitrio iudicãtis, cõſidera
ta habitudine ꝑſonę, & ſatis mihi placet primũ dictũm fa
uore matrimonii;& ideo non decipiat te iſte tex.cũ uidetur
uelle ſufficere conſenſum præſtitum circa finem. 14. anni.
8 nam hic præceſſit niſus ad copulam,ut prædixi. † In gloſſ.
c 2.ibi: *contra ſe cõfitebatur*.not. glo.ſingulariter, ꝙ confeſſio[c]
coniugis

l.quæſitum, & ibi bo.tex.ff.de ſpon. & ibi latius Alex. & doc.ubi tenent ꝙ ſi matrimoniũ contrahatur ꝑ inhabiles ad contrahendũ matrimoniũ, ſed ſponſalia ſic, ualet in ſ̃uim ſponſaliorũ, etiã ſi contrahatur ꝑ uerba de præſenti de quo plenè per Gemi.in alle.c.1. & ibi in apo. Cel. e.ti.li.6.& Pau.de Ca.conſi.40.

a Malitia. Tamen nõ ſupplet q̃tum ad ingreſſum religionis, ut hic per Inn.per gl. & do. in c.poſtulaſti, de regularibus.Idem q̃tũ ad teſtm̃.l.qua ætate, ff. de teſta. cũ ibi notatis, & per Abb. in c.atteſtationes in fi.j.e.

b Sufficere.Facit.l.1.§.ſi intelligatur, ff.de ædil.edic.ibi plerũq; ſignis.quẽ tex.alle.hic.dom. Philip.

c Vẽdicare. Imo.in d.c.illud,tenet, ꝙ tutius eſt ſeruare opi.Io.An.tamen ſuſtinetur libellus in quo ſimpliciter maritus uendicat ꝙ debet concludere per mediũ poteſtatis.& non per medium ratione dominii,Ang. i.l.1.§.per hanc,ff.de rei uen.ꝑ Cy. in.l. ſi inita,C. de nup. quod ẽt procedit ſi nũq̃ fuerit habita poſſeſſio uxoris,per Ange.in d. §.per hanc.

d Prope finem. Alex.conſi.120.in 2.uol.uer.nec.ob. ſi diſcretis.

ZACHA.

Adde, qd poſui in apoſt. ad iſtum in c. continebat̃. nu.9.in uer. benefacit,s̃. eo. ti.

SEB. SAPIA.

e Confeſſio. nũqd ãt confeſſio facta ſacerdoti ꝓbet ĩ cã mr̃imonii,uid gl. tenẽtẽ, ꝙ ſic in.c. tua nos,ĩ gl. pe.s̃. de ſpõſali.quã dicit ſing.Ro.in.l.ſi nõ ſpãli,C.de teſta. refert Iaſo.in.l.1. §.huius ſtudii, ff. de iuſti.& iure.

cõiugis ꝯ mr̃imoniũ ualet, qñ emanauit ab eo, qui ſtat pro
matrimonio. non.n.eſt p̃ſumptio,ꝙ falſum cõfiteat̃ contra
ſe,dicit tñ Hoſti. hoc reliquendũ arbitrio iudicãtis.nã poſ-
ſet fieri colluſio inter coniuges uolentes ſepari mr̃imoniũ.
nã fingerẽt lites,ꝙ in ꝓgreſſu cauſæ is,qui firmabat ſe ſtare
pro matrimonio,ꝯfiteret̃ ꝯ matrimoniũ,& ſi iudex hoc ſu-
ſpicaret̃,nõ dr̃et eſſe ꝯtẽtus tali ꝯfeſſione,ſed facere mulie-
rẽ inſpici,an ſit uirgo,uel alias ꝓbationes exigere ꝯ matri-
monium,niſi aliud ĩpedimentũ allegaret̃. ubi aũt ceſſat p̃-
ſumptio fraudis, ſtabit̃ cõfeſſioni cõiugis cõtra mr̃imoniũ,
ex quo ꝯfitẽs ſtat ꝑ mr̃imonio qd multũ notabis,quia mul
9 tũ limitat.c.ſup eo,de eo qui cogno.cõſan.uxo.ſuæ. †In gl.
in uer.*per teſtes*,in fi.uel dic melius ſm Hoſti.ꝙ hoc oꝑatur
fauor mr̃imonii.nã ſi nõ obſtat ſnĩa,quo minus ꝓbationes
de nouo accipiant̃,in c.lator,& c.ꝯſanguinei, de re iudi.for
tius nõ dẽt obſtare atteſtationũ publicatio,de quo tñ uide,
10 qd plenè dixi ĩ c.iurauit,de ꝓba.†In gl.pen.ibi,*illud*,dic ꝙ
ille tex. procedit quo ad ĩgreſſum religionis, ubi ætas non
ꝑuenitur ex diſcretione, ſed requiritur p̃ciſẽ, numerus an-
norũ,ut in c.1.de reg.li.6.& no. in c.poſtulaſti,& in c.ad no
11 ſtrã,eo.tit.†In gl.fi.Hoſt.& cõiter doct.dicũt,ꝙ ubi agit̃ de
ſacr̃o matrimonii,dẽt ſemper iurm̃ exigi à reo, licet actor
nihil probet,ut ueritas tãti ſacr̃i melius eluceſcat,qd no.&
idẽ dic,ubi uertit̃ ꝑiculũ aĩæ,ut no.doc.s̃.e.c.ꝯtinebat̃.Abb.

SVMMARIVM.

1 *Inuita ſi aliqua maior ſponſalia contraxit cum minore, non tenetur illum expectare,donec ad ætatem legitimam peruenerit 2.*
2 *Metus ita ſponſalia, ſicut matrimonium,impedit.*
3 *Verba de præſenti cũ ĩpubere non matrimoniũ, ſed ſponſalia de futuro faciunt.*
4 *Parentum minæ iuſtum metum inducunt, & maximè in muliere.*
Maior cum minore contrahens tenetur expectare minorem, donec ad ætatem peruenerit legitimam.

CAP. XI.

1 *Ex literis.* † Si maior inuita ꝯxit ſpõſalia cũ
minore,non tenet̃ ipm expecta
re,donec ueniat ad ætatem adultã, Cõis diuiſio.
Secunda,ibi,*cum autem*.Caſus lr̃alis.Quędã puel
la 12.annorũ deſpõſata fuit cuidã puero.9. uel 10. annorũ,
& poſtmodũ de uolũtate parentũ, & nõ de ſua (ut dicebat)
ad domũ pr̃is illius pueri ducta fuit inuita & nolens,& mi-
nis parentũ cõpulſa fecit ibi morã ꝑ annũ, & tandem ad do
mũ ꝓpriã eſt reuerſa,dicens, ꝙ nunq̃ in eum conſenſit nec
uult conſentire,imò petebat licentiam cũ alio cõtrahendi,
q̃rebat̃ qd iuris? Rñdet Papa, cũ dictus puer nondũ ad 14.
annũ ꝑuenerit,nec ad eam carnal̃r acceſſum habuerit,man
dat,ꝙ ſi puella cõmonita ipm noluerit expectare, quouſq;
ad ętaté legitimã ꝑuenerit,& ſi eſt ita,ut propoſitũ eſt,tri-
2 buat liberã licentiã cũ alio cõtrahẽdi.Ber.†Nota unum bo
nũ dictũ ex tex.ꝙ ſicut metus ĩpedit matrimoniũ ipſo facto,
ut in c.cùm locũ,s̃.ti.proxi.ita & ſpõſalia de futuro,ut hic.
nã licet iſti intenderent cõtrahere matrimoniũ, tñ ꝑꝑ defe
ctum ętatis alterius fuerũt ſpõſalia de futuro,ut in c.unico,
eo.ti.li.6.& tñ ipſo iure non ualuerũt ꝑꝑ metũ interceden
3 a tem.†Secundò no.ibi.*minis*[a] *parentum*, ꝙ minę parentum[b]
b inducunt iuſtum metum maximè in muliere, quod ego ad-
mitterem conſiderata qualitate parentum, & minarum.
4 † Vltimò not. ampliationem ad c.de illis, el 1.s̃.eodem, ꝙ
maior contrahens cum minore tenetur expectare minoré,
donec perueniat ad ętatem legitimã,ut in d.c de illis. hoc
uerum,niſi maior inuitus cõtraxit cum minore. tunc enim
non tenetur expectare minorem,ut eſt caſus hic. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia contracta cum minore ſeptennio per cohabitationem mutuam poſt ſeptennium conualeſcunt, & inducunt pu.ho.iuſtitiam, ſoluuntur tamen per matrimonium de præſenti.*
2 *Aetas ſuperueniens cum aliis adminiculis ualidat ſponſalia.*
Sponſalia nulla ex defectu conſenſus conualeſcunt, tacito ſubſequente conſenſu, ex communi habitatione.
Impedimentum publicæ ho. oritur etiam ex ſponſalibus cum minore ſeptennio contractis, quæ poſt modum ſuperueniente ætate conualeſcunt.
3 *Impedimentum publicæ hone. ortum ex ſponſalibus durat etiam illis diſſolutis.*
4 *Impedimentum publicæ hone. nedum impedit matrimoniũ,ſed ẽt dirimit,licet carnali copula ſit cõſummatũ.*
5 *Conſanguineam prioris ſponſæ etiam poſt ſponſalia rupta cognoſcens peccat, & priuatur ſaltem ad tempus poteſtate contrahendi matrimonium.*
6 *Viro & uxori quõ & quando credatur quo ad copulam.*
7 *Inceſtuoſus matrimonium contrahere non poteſt.*
Inceſtus an inhibeat perpetuò, uel ad tempus matrimonium contrahere?

CAP. XII.

1 *Duo pueri.* †Sponſalia cõ-
tracta cum mi
nori ſeptẽnio per cohabitatio
nem mutuam poſt ſeptennium
conualeſcunt, & inducunt publicę hone-
ſtatis iuſtitiã, ſoluunt̃ tamen ꝑ matrimo
niũ de p̃ſenti.Primò narrat factũ.Secũdò
reſpon.ibi,*quia igitur*.Caſus literalis.Duo
pueri.G,6.annos habens,& Guilielma.7.
matrimonialiter ſunt cõiũcti,qui ſimul ꝑ
tres annos mãſerũt. & ſic ſponſalia[a] tenue
runt,quę ab initio non ualebant.poſtmo
dum pater puellæ ipſam copulauit cuidã
alio M.noĩe,cũ quo pacificè per ſepté an-
nos permanſit. tandẽ dimiſit eandẽ,quia
credebat ipſam aliũ uirũ, habere, cũ quo
primò fuerat deſponſata.Dictus.G.ad an
nos diſcretionis perueniẽs cũ alia cõtra-
hẽdi licentiam poſtulauit. qua obtẽta cõ
traxit cum quandam.S.nomine conſobri
na dictę.G.& cum ea per aliquod tempus
cohabitans,(ut dicebat non cognouit eã-
dem,ipſa tñ ſe ab eo cognitam aſſerebat.
poſtea uerò pater Guilielmæ, cùm uidiſ-
ſet eam à ſecundo uiro dimiſſam,compu
lit dictum. G.ut. S. neptem ſuam dimit-
teret,& ad.G.rediret, q̃ poſtmodum per
bienium cohabitauit eidem. quęſitũ fuit
à papa,quid ſuper his eſſet agendũ, & ipſe
reſpon.ꝙ inter Guilielmum & Guilielmã
non fuit matrimonium puerili ętate im-
pediente,& licet poſt,q̃ nupſit alii potue-
rit aliam ducere uxorem,Guilielmę con- b
ſobrinam habere non potuit propter pu-
blicam honeſtatem.ſiue eam cognouerit,
ſiue non.nec ad Guilielmam poterit redi
re,quia fuit alteri legitimè copulata.cum
ergo Guilielmus dicat ſe non cognouiſ-
ſe.S.conſobrinam.G.aliam ſi uoluerit po
terit ducere in uxorem, & S. alteri uiro
poterit copulari,& cum fuerint ſeparati,
pœnitentia debet utrique iniungi ad tẽ
pus pro uitando ſcandalo. ſi uerò conſta-
ret Guilielmum.S.congnouiſſe,neutri al
tero uiuente dabitur licentia contrahen
di,& Guil.remanebit cum matthęo, im-
poſita ipſi. M.ad tempus pœnitentia com
petenti,quia pro ſua uoluntate ſine iudi-
2 cio eccleſię dimiſit eandem.Ber.† No.pri
mò,ꝙ ſponſalia nulla ex defectu conſen-
ſus conualeſcunt ex tacito conſenſu in-
teruenientе ex communi coh.bitatione,
& ex iſtis oritur publicę honeſtatis iu-
ſtitia, ſicut ex ſponſalibus contractis
tempore maioris ętatis, & hoc clarius
probatur.s̃.eo.literis, & c.acceſsit.† Se-
cundò no. impedimentum publicę hone

a Minis. Idem noluit glo. in c.accedens,s̃.de conuer.coniuga. & c.fi.j. qui cle.uel uouen. Inno.in c. cauſam matrimonii, s̃.de officio deleg.licet cõtrariũ uoluerit gl.in l.1.§.quę honerãdæ,ff. qua.re.actio nõ datur, & malè ſecũdũ Phi.hic.nã ſi metus reuerentialis in matrimonio non inducit iuſtum metũ,ut hic, fortius nõ debet inducere in aliis contractibus cùm in matrimoniis requirat̃ liberalis cõſenſus c. Gemma, s̃. de ſpon quod eſt cõtra doctrinã. Ange.in c. cùm uirũ, s̃. de reg. latè ꝑ Bar.Alex. & alios in l.quę dotis, ff. ſol.matri.

ZACHARI.

Adde qd notaui ĩ apo. ad iſtũ in 6. cũ ſuper, nu.4.in apo.in uer.minę, s̃. de off. dele. & Pau.de Caſt.conſil.312.

SEB. SAPIA.

b Minæ parentum, Hoc dictũ refert & ſequitur dominus Iaſo.ĩ l.Titia, in prin.col.4.uer. octano adde,ff.de uer.obli.

a Interlocutoria. Mirũ est, ꝙ non allegauerit Bar. in l. Titia, ff. de accu. ubi concludit, ꝙ sñia lata ab obseruatione iudicii est interlocutoria, qñ absoluitur propter libellũ malè conceptum. sed si fert ꝙ de cætero nõ possit agi, dicitur diffinitiua, ut p̃ istũ in c. examinata, s. de iudi. p̃ Archi. 20. dis. c. 1. Pe. de Ancha. in cle. si. de app. decidit s̃m no. per Bar. in d. l. Titia. Bal. in l. fin. C. si tutor uel cur. & ĩ auth. q̃ semel. C. quomodo & qñ iudex, in 4. col.

SEB. SAPIA.

a Interlocutoria. Quomodo cognoscatur sñia iterlocutoria, q̃ habet uim diffinitiuę, late tradit Felin. in rub. s. de re iudi. & ibi col. pe. tradit ꝙ sentẽtia absoluẽs ab obseruatione iudicii est sententia interlocutoria habens uĩ diffinitiuæ.

b Vim diffinitiuæ. Adde latè ut per Ang. consi. 114.

c Reseruauit. per Bar. ĩ l. ille à quo, §. si de testamẽto, ff. ad Trebel. & ibi p̃ Imol. & p̃ Abb. ĩ c. cũ contingat. s. de offi. dele. Bal. ĩ l. eam q̃, C. de fidei cõ. uer. quæro q̃d operet̃ illa reseruatio. Bar. in l. fi. ff. pro suo. Bald. in l. si ea, C. q̃ accu. non possunt. Bart. tñ in sua disputatione incipiẽte, accusat⁹ de ni turbatiua, tenet, ꝙ talis reseruatio nõ põt fieri nisi de cõsensu partiũ. Põt cõsiderari. aut pars offert se incõtinẽti uelle probare; & iudex nõ põt facere reseruationem; aut nõ offert se in cõtinenti; & tunc poterit. q̃d si statutũ diceret, ꝙ iudex p̃cedat reseruatis exceptionibus, de quibus intelligatur, gl. est ĩ cle. 1. de seq. pos. & fru. per Bal. in l. exceptionem, C. de proba. in ulti. col. plenè per Alex. in d. §. si de testamento, qui allegat hũc textum.

ZACHARI.

d Quorum aliqui sunt inepti. Adde Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falsam, uer. in iudicio autem, & ibi in apost. Cel. supra. de proba.

statis ortũ ex spõsalibus durat ẽt spõsalibus ltiè dissolutis; & idẽ vr̃ p̃bari s. c. c.
4 acceſſit. †Tertiò no. ꝙ ĩpedimentũ publicæ honestatis nedũ ĩpedit mr̃imoniũ, sed ẽt dirimit, q̃tuncunq; copula in mr̃imonio intercesserit; & hoc no. nam iste ꝯxit matrimoniũ cũ cõsobrina prioris spõsæ, & eã cognouit, & nihilominus dr̃, ꝙ nõ est mr̃imoniũ, & mandat̃ eos hic separi; facit. c. unicũ, e. tit. li. 6. & c. 1. de spõ. eo. li.
5 †Itẽ no. ꝙ cognoscẽs cõsanguineam prioris spõsæ ẽt post spõsalia rupta grauiter peccat; adeò, ut priuet̃ saltẽ ad t̃ps p̃tãte
6 ꝯhẽdi mr̃imoniũ. †Vlt. no. ꝙ nedũ credit̃ marito, qñ dicit se cognouisse uxorem uxore negãte, ut ĩ c. continebat̃, s. eo. sed ẽt credit̃, si negaret copulã muliere asserẽte oppositũ, tñ dicit Host. ꝙ si p̃ copulã cõfirmaret̃ mr̃imoniũ, staret̃ potius assertioni mulieris asserentis copulã, q̃ dictis uiri negãtis copulã, & hoc in fauorẽ mr̃imonii; q̃d no. Et ad istũ tex. rñdeo, ꝙ hęc copula non faciebat ad ꝯfirmationẽ matrimonii, sed potius ueniebat ad delictũ p̃bãdũ; q̃a mr̃imoniũ nõ poterat eẽ cũ cõsobrina prioris spõsæ; & ex sola ꝯfes-
7 sione mulieris nõ debebat uir puniri. †In gl. in uer. *dabitur*, ibi, *propter delictum utriusque*. & sentiunt hic doc. ꝙ ille cõmisit incestũ ducẽdo & cognoscendo cõsobrinã prioris spõsæ. Sed tũc opponit̃ ad literã, q̃ mãdat utrunq; istorũ stare sine matrimonio altero uiuẽte. nã delictũ incestus priuat p̃petuò facultate ꝯhẽdi matrimoniũ, ut ĩ c. 1. & c. discretionẽ. j. de eo q̃ cog. consan. uxo. suæ. Sol. metu ꝯrii doc. supplent ad tex. maximè, sed hęc suppletio ĩpropriat l̃ram, cũ non sine mysterio dicit, altero uiuẽte. Ideo dicerem; ꝙ quo ad hoc p̃priè nõ fuisset cõmissus incest⁹, q̃a ex spõsalib⁹ nõ est orta affinitas inter spõsam, & cõsanguineos spõsæ, sed publica honestas dũtaxat; iõ nõ dẽt iste tm̃ puniri, sicut si cognouisset affinẽ. ideo papa hic tẽperauit sñiam, & ad t̃ps ĩterdixit facultatẽ ꝯhẽdi, & fortè dixit, altero uiuẽte, q̃a uulgariter isti putabant̃ maritus, & uxor. uñ, ne uideant̃ trãsire ad secũda mr̃imonia, & ut delictũ nõ eẽt p̃rsus impunitũ, papa p̃cessit; ut hic dr̃; & sic dico, ꝙ hic est casus spãlis prouidens contra ꝯhentẽ matrimonium obstante publica honestate, & ductã cognoscentẽ. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Accusari non potest matrimonium, quod non est; ut si cum minori septennio sit contractum; denuntiari tamen potest ĩpedimentũ, ne in posterũ contrahatur* 3.
2 *Sñia super libelli ineptitudine lata interlocutoria est, hẽt tamẽ uim diffinitiuæ, q̃a prima diffinit instãtiã.*
Appellari an possit statim uiua uoce ab interlocutoria?
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Pronuntiatio iudicis, saluis exceptionibus, q̃d operetur.*
Exceptiones dilatoriæ possunt discuti post litem contestatam, si iudex eas reseruauit.
5 *Pronuntiatio super non petito fatua est.*
Pronuntiari potest super una parte, quando plura sunt petita, & reliqua per iudicem recipiuntur.
6 *Libellus plura potest continere, & pars inepta non potest uitiare modum aptum.*
Rescriptum plures gratias continens, surreptio in una non uitiat reliquas.
7 *Denuntiatio impedimenti matrimonij quomodo fiat.*
8 *Acta contra legem uiuam, uel mortuam an sint nulla?*
9 *Matrimonium contractũ cõtra interdictũ papæ etiã cum clausula decreti irritantis tenet alio non obstante impedimento; in hoc tamen uaria est opinio.*
Papa habet amplam facultatem super matrimonio non consummato.
10 *Inferior à papa non potest impedire uirtutem matrimonij ex aliquo temporali impedimento. nam & in ipso papa dubium est.*

CAP. XIII.

1 AD *dissoluendum*. † Accusari non potest matrimoniũ, q̃d nõ est; ut si cũ minori septẽnio sit ꝯctũ, denuntiari tñ põt ĩpedimẽtum, ne ꝯhat̃ in posterũ. Et tria facit. Primò narrat factũ. Scd̃ò interloq̃tur, ibi, *Interloquendo*. Tertiò p̃hibet, & decernit. ibi, *Ne uerò*. Casus literalis. Quidam noĩe Io. ꝯxit matrimonium cum quadã puella. S. noĩe intra septẽnium cõstituta tandem ex p̃te puellæ accusabat̃ matrimonium p̃p cõsanguinitatẽ; & dum testes p̃ducerentur ad p̃bãdã cõsanguinitatẽ, p̃dictus Io. multas exceptiones proposuit, p̃ quas intendebat accusatores ab accusatione repellere. cũ sup̃ exceptionib⁹ ipsis fuisset multipl̃r disputatum, papa auditis, q̃cunq; p̃tes p̃ponere uoluerũt, interloquẽdo p̃nuntiauit inter p̃dictũ iuuenẽ & puellã nec matrimoniũ, nec spõsalia fuisse ꝯtracta, quia puella nõdum ad 7. annum p̃uenerat. uñ accusatio locũ hr̃e nõ poterat, cũ nõ esset qui legitimè posset accusari, sed denuntiari poterat consanguinitas, ut interdiceret̃ matrimonium cõtrahendũ. uñ dñs papa statuit terminũ ad denũtiationẽ p̃bãdã, saluis exceptionib⁹ p̃positis, ac ẽt p̃ponendis. ne uerò in puellã aliq̃d interim attẽtet̃, dicit papa, ne in negotio ulterius p̃cedat̃ de nouo, donec cesset̃ à denuntiatione, uel ea p̃bata ordine iudiciario p̃cedat̃. q̃d si cõtra hoc mãdatũ in p̃iudicium puellæ aliq̃d fuerit attentatũ, illud decernit papa irritum & inane.
2 Ber. † Not. primò ibi, *Interloquendo pronuntiamus*, ꝙ sñia lata
a sup̃ ineptitudine libelli est interlocutoria,[a] hẽt tñ uim diffinitiuæ, q̃a diffinit primã instantiam, & p̃ hoc cõsuluit Io. Cal. ꝙ ab hac sñia põt appellari uiua uoce incontinẽti, sicut appellat̃ à diffinitiua, in l. 2. ff. de appella. & 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. Cõtrariũ tñ hic tenet. Gaf. p̃ istũ tex. in uer. *interloquendo*, & p̃ c. suã, de appel. Sed certè licet sit interlocuto-
b ria, & sic loquant̃ ista iura, tñ, ex quo hẽt uim diffinitiuæ,[b] & cessat rõ. c. ut debitus, de appel. vr̃, ꝙ ab ea possit appellari ut à diffinitiua, de quo remitto me ad ea, quę plenius dixi ĩ
3 c. p̃uenit, de appel. †Scd̃ò no. ꝙ matrimoniũ nullum ex defectu ꝯsensus accusari nõ põt, & quotidie allegat̃, ꝙ priuatio p̃supponit habitũ, de quo in l. decẽ, ff. de uer. oblig. & 32. q̃õ. 2. in c. q̃d uerò nõ formatũ, & ibi est gl. cõsimilis gl. nr̃æ in
4 uer. *denuntiari*. †No. tertiò ibi, *saluis exceptionibus, &c.* ar. ualde singulare, ꝙ si iudex p̃cedit ad litẽ cõte. uel ea, q̃ solent fieri post ꝯtestationẽ in cã, in qua nõ requirit̃ cõtestatio, cũ p̃testatione, ꝙ exceptiones dilatoriæ sunt saluæ, nõ p̃ hoc irritat̃ p̃cessus iudicis, sed tenet mero iure, saltẽ p̃te nõ appellãte, & sic est casus no. in quo exceptiones dilatoriæ p̃nt
c discuti post litẽ ꝯtesta. si iudex eas reseruauit[c] à principio; q̃d latius tãgo in c. exhibita, s. de iudi. Cõtra tex. opp. vr̃. n.
5 ꝙ † ineptè papa statuerit terminũ ad denũtiationẽ p̃bãdã. ex quo. n. p̃s accusauerat, & nõ denũtiauerat, fatuũ est p̃nũtiare sup̃ nõ petito. l. fi. C. de fideic. li. & ĩ l. licet Heli, de simo. Sol. Hosti. ꝙ fortè libellus continebat accusationem, & denuntiationẽ, ut quia dicebatur, accuso & denuntio. unde repulsa prima parte tanq̃ inepta papa p̃fixit terminũ super
6 scd̃a parte libelli. †No. singulariter hoc dictũ, ꝙ licet libellus sit unicus, tñ si põt cõprehendere multos modos agẽdi,
d quorum aliqui sunt inepti,[d] pars inepta non habet uitiare modum aptum. Idem est in rescripto apostolico cõtinente

plures gratias,

plures grãs, ut surreptio in una nõ uitiet reliquã, ut est pulcher tex. in c. si eo. t̃pe, de rescr. lib. 6. & solue s̃m Host. ꝙ p̃p ex offõ p̃fixit terminũ ad p̃bandã denũtiationẽ, sed prima
7 solo melior, q̃a ñ p̃t dici denũciatio, si p̃s nõ denuntiat. †In gl. in uer. *denuntiare*, ibi; *sine aliqua admonitione*. no. bñ glo. ꝙ cũ denũtiat̃ ĩpedimẽtũ mr̃imonii, nõ est necesse prius admonere p̃tẽ, sicut, s̃uat̃ ĩ denũtiatione euãgelica, de qua tñ re-
8 mitto ad plenè notata in c. nouit, de iud. †In gl. fi. ibi. *secus esset, si clausula*. vr̃ hęc gl. uelle, ꝙ gesta ꝯ mãdatum papæ teneãt, si in mãdato nõ fuit apposita cl̃a decreti: sed ꝯriũ notabiliter dicit Inno. in c. fi. de accus. ubi dicit, ꝙ sicut gestũ ꝯ legẽ mortuã est nullũ, ut in l. nõ dubiũ, C. de legi. ita & ꝯ legẽ uiuã. nã p̃p est lex uiua in terris. 9 q. 3. in c. ipsi. Et ad c. dilectus, alle. in glo. dic ut ibi plene dixi, uide ad mãm glo.
9 sing. in cle. 1. de iure pa. †Et in fi. gl. no. singul̃r istã gl. ꝙ ma-
a trimoniũ[a] ꝯctum ꝯ interdictũ papæ ẽt cũ cl̃a decreti irritã-
b tis tenet mero iure[b] alio ĩpedimento non supposito, & idẽ vr̃ tenere Inn. sentiens aliud esse in sponsalib. tenet Host. ꝯ q̃a interdictũ papę est fortius, q̃ matrimoniũ nõ cõsummatũ, cũ sup̃ illo possit statuere s̃m libitũ, ut in c. ex publico, de conuer. cõiu. Alii distinguũt inter cl̃am gñalẽ, & cl̃am spãlẽ, ut primo casu nõ irritet̃ matrimoniũ, scd̃o sic, ex quo cõstat de intentione papæ. sed ego distinguerẽ, ꝙ aut interdictũ papę habet p̃petuã cãm prohibĩõnis, & tũc matrimoniũ est nullũ. Aut t̃palẽ, & tũc matrimoniũ tenet, decretum dẽt referri ad cãm, ut sic durãte cã dẽat matrimoniũ separari, & pro hac distinctiõe uide gl. no. in c. tua, de spon. duo. facit gl. in l. nõ dubiũ, p̃al. In casu uerò nostro interdictũ ñ hẽbat perpetuã cã p̃hibitionis, q̃a p̃p litis pendentiã fuit appo-
10 sitũ decretũ irritãs &c. † Notabis tñ, ꝙ ĩferior a papa nõ p̃t ĩpedire uirtutẽ matrimonii ex aliquo impedimẽto t̃pali.
c nã in ipso papa[c] est dubium, ut patet ex prædictis. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum per uerba de præsenti cum impubere, in qua malitia non supplet ætatem, non matrimonium, sed sponsalia sunt, etiam si subarrhatio intercesserit.*
2 *Puella circa. 12. annum constituta non est habilis ad matrimonium contrahendum, nisi aliter sit potens ad concipiendum.*
3 *Circa, plus, & ultra, quid & quantum importent.*
4 *Anuli immissio non inducit matrimonium, ubi ætas deficit.*
5 *Aetatis defectus per paucos dies an matrimonium uitiet, & an illud per superuenientiam ætatis legitimæ ualidetur?*
6 *Annus. 12. in fœmina, & 14 in masculo quo ad matrimonium an debeat esse completus, uel sufficiat, quòd sit inceptus, uel prope finẽ. sic quo ad testamẽtũ?*
Perseuerantia tridui post ætatem an conualidet gesta ante ætatem?
7 *Subarrhatio est despõsatio facta mutuo cõsensu interueniẽte p̃ missionẽ anuli.*
Anuli immissio matrimonium non facit, nisi uerba apta ad contrahendũ matrimonium præcedant.
Anulus debet poni in quarto digito, ubi ẽ quædam uena sanguinis protendens usque ad cor.
Anuli immissio præcedentibus uerbis de futuro sponsalia facit.
Anuli immissio & arrharum traditio regulanter contractum secũdũ p̃cedentia.
Consuetudo si est quod in matrimonio contrahendo tradatur anulus cum certa solennitate, si probatur anuli traditio cum illa solennitate, probatur & matrimonium esse contractum.
Matrimonialis causa fauorabilis e[st], & ĩ dubio pro matrimonio iudicatur.
Anulus si datur in manu, præsumitur donatio.

CAP. XIIII.

1 TVæ *nobis*. †Si quis per uerba de p̃nti cõtrahit cũ ĩpubere, in qua ætatẽ malitia nõ supplet, intelligit̃ nõ matrimoniũ, sed spõsalia ꝯxisse, ẽt si subarrhacio intercesserit. Primò q̃õ. Scd̃ò distinguẽs rñsio, ibi: *quia uerò*. Casus lit. Quidã filiã suã circiter. 12. annum habentẽ desponsauit cuidã nobili, q̃ subarrhauit eãdẽ per anuli immissionẽ consensu mutuo accedẽte postmodũ puella ipsa fuit alteri copulata dubitatũ fuit, utrũ ista puella dẽret remanere cũ scd̃o, an dẽret redire ad illũ, cui primo fuerat desponsata? Consul. Pa. rñdet, quia ñ cõstitit ei, cui⁹ ętatis esset puella, cũ primo e
uiro extitit despõsata, cũ dicat̃, q̃a circiter. 12. annos hẽbat uel utrũ malitia suppleret ętatẽ, dicit, ꝙ si puella nobilis ñ erat ętatis, cũ primo uiro, extitit desponsata, & ætatem in ea prudentia nõ supplebat, proculdubio inter eos ñ matrimoniũ, sed spõsalia ꝯcta fuerunt, q̃uis ab ipso uiro eadẽ puella fuerit subarrhata, & ita remanere dẽt cũ scd̃o, cũ quo postea contrahit in ętate l̃tima. B. †Not. primò, ꝙ puella circa. 12. annũ cõstituta nõ est habilis ad ꝯhendum matrimoniũ, nisi al̃r esset potẽs ad concipiẽdũ. †Scd̃o no. p̃ ista uerba, talis
d est circa[d]. 12. annũ, uel talis possedit circa. 12. annos, ual q̃d sise, non p̃bat certũ & determinatũ t̃ps, & facit ꝯ testes deponẽtes, de quo uide, q̃d no. in c. licet, de p̃ba. à iure. n. nõ est determinatũ q̃tũ t̃ps cõprehẽdat hęc dictio, circa, sicut dictio plus, & ultra. l. hæc adictio, ff. d̃ uerb. sig.
4 No. ꝙ immissio anuli nõ inducit matri-
5 moniũ, ubi ętas deficit in ꝯhẽtibus. †Sed hic q̃rit̃ pone ꝙ puella distet a. 12. anno ꝯpleto p̃ triduũ dũtaxat, nũq̃d sit habilis ad ꝯhẽdũ mr̃imoniũ? Host. tenet ꝙ sic, si p̃seuerat ĩ eodẽ p̃posito p̃ triduũ p⁹ ętatẽ p̃fectã, tenet matrimoniũ ꝯctũ añ t̃ps alle. c. ad nostrã, de reg. Aduerte. nã per hoc sentit Host. nõ tenere mr̃imoniũ ꝯctũ añ. 12. annũ cõpletũ. Itẽ, ꝙ nõ conualidet̃ ex supueniẽtia ętatis, nisi det̃ p̃seuerãtia tridui. Vin. dicit quosdã tenere,
Viso de pluribus impedimentis matrimonii, submittit deimpedimento cognationis tam spiritualis,quam legalis,& carnalis.& quia cognatio spiritualis inter alias est dignior,ideo tractaturus auctor de triplici cognatione, præmisit de spirituali. & scias ꝙ ipsa cognatio sp̃ualis propriè oritur quò ad impediendum & dirimendum matrimonium post contractũ ex duobus sacramentis tantum, i:ex sacramento baptismatis,& confirmationis,ut est tex.in c.fi.ĵ.eo.ti- 2 tu.lib.6.Ex catechismo autem qui fit ante baptismum, oritur impedimentum,sed non dirimit, ut in c.per catechismum.ĵ.eo.titu.lib. 6.Et propriè catechismus est illa exhortatio seu instructio, quæ fit ante baptismum. Nam olim instruebantur uenientes ad fidem ante baptismum.Hodie uerò propriè appellatur catechismus ille actus, a qui fit ante portam per sacerdotem antè, quam puer admittatur ad ecclesiam ad suscipiendum baptismum. Vnde multi errant credentes se ueros esse compatres ex detentione infantis ante ostium ecclesiæ.Nam illa detentiò non sufficit saltem ad dirimendum matrimo b nium post contractum,sed oportet, ꝙ quis leuet puerum de baptismo. Vnde illa cognatio spiritualis propriè est quoddam uinculum 3 proueniens ex eo, ꝙ quis aliquem baptizauerit uel confirmauerit, seu baptizatum leuauerit, seu tenuerit in baptismo,uel in confirmatione, seu crismatione. Et ideo oritur hæc cognatio ex his duobus sacramentis tantum,& non ex aliis, quia hæc cognatio spiritualis imitatur naturalem seu carnalem cognationem,quãtum potest.Vnde sicut cognatio naturalis oritur per natiuitatem, quæ cõsistit in 4 carne,ita & spiritualis per natiuitatem,quæ consistit in spũ.Nam in sacramento baptismatis quis dicit renasci,id est iterum nasci, quia primò fuit natus carnaliter,nunc autem spiritualiter.unde in euangelio.Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto.& ibidem. Oportet uos nasci denuo &c.Chrismatio uerò,uel cognationẽ cõfirmat sacr̃m baptismatis,de conse.di.5.in c.1.& 2. hoc autẽ non contingit in aliis sacramentis.Item scias, ꝙ ista cognatio spiritualis quandoque appellatur paternitas, quandoque compaternitas,& quandoque fraternitas secundum diuersitatem personarum. nam respectu leuati seu baptizati,& leuantis,seu baptizantis dicitur cõpaterniras,à con,quod est simul,quia isti sunt simul parentes baptizati,unius carnaliter,& alius spiritualiter.Respectu leuati seu baptizati, filiorum leuantis seu baptizantis appellatur fraternitas, quia inter se sunt fratres spiritualiter;nec exẽditur ista cognatio ad ne c potes,quia hoc non reperitur iure cautum;& 20.personas,quæ ꝓhibentur ad matrimonium per hanc cognationem spiritualem, uide per Io.And.in sua summa super 4.li.& in gl.c.i.eo.tit. li.6. ubi aliquos casus uide. An autem hæc cognatio contrahatur per Iudæũ, paganum,uel hæreticum baptizantem, uel leuantem remitto ad Io. And.in regula,ex eo,de reg.iur.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Filij duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem,licitè contrahunt, nisi consuetudo repugnet.*

Filius compatris, per quem ad compaternitatem deuentum fuit, non potest contrahere cum filiis alterius compatris. nu.4.

2 *Consuetudo an & quando tollat ius commune,uel ab eo tollatur?*

3 *Consuetudo potest inhabilitare personas habiles ad contrahendum matrimoniũ.*

4 *Persona, per quam deuentum est ad compaternitatem non potest contrahere matrimonium cum filijs baptizantis, seu leuantis,siue sint antè siue postea geniti.*

Baptizatus & filij baptizantis, seu leuantis sunt adinuicem fratres spirituales.

Baptizans seu leuãs põt contrahere matrimoniũ cũ sorore leuati,seu baptizati.

Pater potest contrahere cum filia spirituali filij sui.

Cognatio spiritualis descendit de patre in filium, sed non ascendit de filio in patrem. ideo filius non potest ducere in uxorem filiam spiritualem patris, sed pater potest ducere filiam spiritualem filij.

CAP. I.

1 VTrum autem. †Filii duorum cõpatrum, ꝑ quorum neutrum deuentum est ad cõpaternitatẽ, licitè contrahunt, nisi cõsuetudo repugnet.Separantur autem,si per eorum alterum,uel utrunq; cõpaternitas est contracta.hoc dicit cum c.super eo.ĵ.eo.Primo dubitatio. Secundo duorum canonum cõtrariorum inductio,ibi,*& licet*. Tertiò posterioris approbatio,ibi,*unde*.Quarto exceptio,ibi,*nisi*.Casus literalis.Aliqui cõtraxerunt adinuicẽ cõpaternitatem, 1 quærebatur, utrum filii istorum nati ante cõpaternitatem, uel post pñt adinuicẽ copulari? cõsultus pa. rñ. ꝙ canones s̃m diuersorum locorum consuetudines cõtrarii reperiunt̃. primus canõ sup hoc editus ꝓhibet natos post cõpaternitatem adinuicem copulari, alter canon post editus primum vr̃ corrigere,in quo dr̃,ꝙ siue ante,siue post cõpaternitatẽ nati sunt, simul cõiungi pñt, illa persona excepta, qua mediante cõpaternitas contracta fuit;unde s̃m posteriorem canonem debet obseruari, nisi cõsuetudo ecclesiæ, quia scandalum generaret,al̃r se habeat.Ber.†No.primò arg. opti. ꝙ ubi consuetudo concurrit cum iure cõi,si ius cõe tollitur per contrariam cõstitutionem,tollitur etiam per consequentiã consuetudo,ᵃ nisi sit talis consuetudo, quæ ex omissione generet scandalum,ut hic no. probatur, & singulariter multum cautè sentit gl.in c.super eo.ĵ.eo.& hoc facit ad qõnem ᵇ diu agitatam in c.1.de constit. lib.6. † Secundò not.ex hoc,& ex tex.ꝙ consuetudo potest inhabilitare personas habiles ad contrahendum matrimonium, quando est talis,ꝙ ex eius præteritione generatur scandalum; de quo plenius dicetur in d.c. sup eo. † Vltimo not.ꝙ illa persona,per quam deuentum est ad compaternitatem, nõ potest contrahere matrimonium cum aliquo de filiis baptizantis, seu leuantis, siue sint geniti post compaternitatem, siue ante; & est ratio,quia ad inuicem efficiuntur isti fratres spirituales. Et quod dixi de persona,ꝑ quam deuentum est ad compaternitatem, intellige de baptizata, seu leuata, secus in baptizante,seu leuante.Nam baptizans seu leuans bene potest contrahere cum sorore leuati,seu baptizati.Item potest contrahere pater cum filia spirituali filii sui.ᶜ & hoc ideo, quia cognatio spiritualis descẽdit de patre in filium, sed non ascendit de filio in patrem. Vnde (ut uides) filius non potest ducere filiam spiritualem patris, ut hic, sed pater bene potest ducere filiam spiritualem filii,ut no.in c.fi.30.q.3. & per gl.in c.1.eo. tit.li.6. In gl.fi.in fi.& dic de hac materia, ut plenius dicetur in c.super eo,& ĩ c. super his,de consan. & affinitate.

SEB. SAPIA.

a Consuetudo. Vide Feli. i c.ius generale.1.di. Alex. in consi.127.inci. uiso testamẽto,in primo uolu.Iaso. in l. præscriptione,C.si contra ius uel utili.pub.And. Siculum in consi. 66. inci. illud in medium referam eo.4.3.uolu.

b Ad quæstionem. latè per Imo.Bar. & Alexã.in l.1.in prin.ff.ad l.Fal.ꝑ Bart. Bal. in l.ista stipulatio, ff. de uerb.obli.

ZACHARI.

c Filii sui. Adde q.d ex diuerso. an filius posit contrahere cum filia spirituali patris sui, uide Bart. & Bal.in l.siquis a.ũnam,C.de nupt.& arch.in c.super q̃bus.30.q.3.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas scienter, uel ignoranter inter coniuges superueniens matrimonium non dissoluit.*

2. *Parentes carnales non debent filios proprios de sacro fonte,uel confirmatione leuare.*

Pater alius debet esse carnalis, alius spiritualis.

Parentes in casu necessitatis possunt filios baptizare.

3 *Varij quando sunt doctores, sequenda est opinio æquior & rationabilior, si uerò utraque est rationabilis, sequendũ est plurim orum iudicium, quod non sequitur in matrimonio separando.*

4 *Compaternitas non contrahitur,nisi animo & certa scientia præcedentibus.*

Leuans in baptismate filium unius, quem credit alterius, an contrahat compaternitatem?

5 *Maritus, & uxor si efficiuntur compatres spirituales, per talem compaternitatem non dissoluitur matrimonium, & tenentur debitum reddere, & exigere, sed distinguitur, & est uaria opinio doct.*

Fraus,& dolus non debent alicui patrocinari.

CAP. II.

SI uir uel mulier. † Compaternitas scienter uel ignoranter inter coniuges superueniens coniugium non dissoluit. Cõis

EEE

diuiſio. Secunda,ibi, *conſultationi*. Et ibi primò recitat canonnm antiquorum cõtrarietatẽ. Secundò alteram partem approbat,& rõnem addit,ibi,*ideo*. Caſus literalis. Aliquis uel aliqua filium ſuum ſcienter uel ignoranter de ſacro fonte ſuſcepit,quæritur, an pp hoc debeant ſeparari? Rñ. Papa.ꝙ in quibuſdã canonibus gñal'r ſtatutum eſt, ut debeant ſeparari. alii al'r, & melius ſtatuerunt. unde dicit Alexã.ſiue ex ignorantia,ſiue ex malitia hoc fecerũt,nõ ſunt ſeparãdi, qa ignorantia eos nõ excuſat, & ex malitia cõmodũ
2 hr̃e nõ debẽt.Ber.No.primò,†ꝙ parẽtes carnales nõ debent filios proprios de ſacro fonte,uel cõfirmatione leuare. Alius enim debet eſſe pr̃ carnalis,& alius ſpũalis,inſtante tñ neceſſitate licitè parentes baptizãt filios,ut in c.ad limina 30.q.1. nec ex hoc oritur aliquod impedimentũ inter eos, q inſtante neceſſitate fecerũt.
3 †Secundò no.ibi,*humanius*,ꝙ ubi doc. in aliquo articulo ſunt uarii, ſequenda eſt opi.humanior,i.rõnabilior & æquior.Si uero utraq; opi.eſt rõnabilis,ſequendum
a eſt plurimorum [a] iudicium ſcḋm Hoſti. & bene; ad hoc allegat bo.tex.in ſimili.19. diſt.c.i canonicis.Et circa hoc dat Hoſt. notabilẽ regulã,dicens,ꝙ ubi doct.& magiſtri p ſuas gl. mr̃imonium ſeparãt, nec aſſignãt caſum in iure expreſſum,ſi reperitur un⁹ doctor, uel magiſter mr̃imoniũ
b ſuſtinens,tunc illius opi.eſt ſequẽda.[b] Ex hoc vr̃ ſingul'r uelle Hoſt. ꝙ ubi agitur ð mr̃imonio ſuſtinẽdo,ſing.opi.eſt pferen-
c da cõi; [c] qð bene notabis, niſi (ut dixi)
4 cõis opi.hr̃et quaſi tex.,p ſe. †No tertiò, ibi,*ignorantia*,arg.opti.ꝙ ad cõpaternitatẽ cõtrahendã requirit animus, & certa ſcia. ex quo põt inferri,ꝙ ſi quis credens tenere filium unius, tenuit filiũ alterius, nõ efficit ille pr̃ ſpũalis baptizati, ſaltem ad dirimẽdum mr̃imonium poſt contractũ; circa qð tñ ſatis põt dubitari,& dicã
5 in ſimili qõne in c.ueniẽs.ĩ.eo. † Vltimò habes ex tex.caſum,i quo marit⁹ & uxor fuerunt cõpatres ſpũales,nec p talẽ cõpr̃nitatẽ diſſoluit mr̃imoniũ. Rõ reddit in lr̃a,qa ſi ignoranter fecerunt, puta qa inſtãte multitudine paruulorum credẽs ſuſcipere filium alterius,& ſuſcepit ,ppriũ; ignorãtia hẽt eos excuſare,ſi fecit ſciẽter & doloſe,ut ſeparet mr̃imoniũ,dolus nõ dẽt eis pcinari.In gl.in uer.*debitum*,in fi.vr̃ gl.recedere à pcedenti dicto, & tenere,ꝙ ſiue ignorãter,ſiue ſciẽter cõpaternitas inter cõiuges ſit cõtracta,põt quilibet debitum exigere. Gof. & Vin.diſtingunt,ꝙ aut alter ſolus fuerit ſciẽs; & ille priuatur facultate exigẽdi,aut uterq; ; & tunc fit cõpẽſatio.unde qlibet habebit facultatẽ exigendi; facit c.penul.& ult.ĩ.de adul.& l.ſi ambo,ff.ð cõpẽ.hæc opi.mihi nõ placet,qa cõpẽſatio fit, ubi agit de utilitate & cõmõ deliquẽtiũ; & ſic loquunt iura ſupius alleg.ſed i caſu nr̃o priuatio eligẽdi debitũ nõ fit ad utilitatẽ alteri⁹, ſed ob reuerẽtiã cognatiõis ſpũalis;& ſic

a Plurimorum.l.1. uer.& ſanè,ibi crebrior apud ueteres opi.eſt.ff.de offi.qſt.& ibi Bal.in c. nouimus, ibi à pluribus approbata.ĩ.de uer. ſig.& ibi Ant.p mod.in l.ſi idẽ,ff.de iuriſ. om.iud. & in l.3. ff.de iureiur.
SEB. SAPIA.

b Eſt ſequẽda.Hoc dictũ ſequit Feli. in c.canonũ ſtatuta,col.pe.uer. tertiò limita, ſ. de cõſti.& in c.1.co. 2.ſ.ut lite nõ conteſta.

c Præferenda cõi. ſequitur hoc Ioã. An.Car. flo. & limitãt,qñ illa opi. põt ,pbari aliqua ,pbabili rõne, bene facit text i l.1. §. ſed neq; ex multitudine, C.de ueteri iure enu.
ZACHARIA.
Adde, qð not.in apoſt.ad iſtũ in c. prudẽtiã, nu.4.& in apoſt. in uer.in q plures, ſ.de off. dele. ubi amplio, qð hic dicitur.
ZACHARIA.

d Põt ꝯſiſtere matrimonium.Adde hoc eẽ uerũ,ſi modo per illorũ alterũ ad compaternitatem deuentũ eſt, ut not. Bar. in l.ſi quis alumnã,C.de nup.& doc.in c.1. ſ.e. imò etiã matrimonium jam ꝯtractum dirimit, ut not.Io. And.in c. conſanguinei, ſ. de re iudi.

unius delictũ aliũ nõ excuſat. Hoſt.final'r tenet,ꝙ data ſcĩa utriuſq;, neuter poterit exigere,nec ſubtrahere,quaſi dicat, nõ dẽt qs exigere,ſi tñ exigit, tenet alter reddere debitum. Tu de hoc uide gl.ſatis latam in c.noſſe 30.q.1.q ꝯcludit,ꝙ ſciẽter hoc attẽtãs eſt priuatus facultate exigẽdi debitũ; & mihi ſatis placet iſta opi.primò p tex.in c.de eo,30.q.1.ubi dr̃,ꝙ talis mortua ꝯiuge dẽt remanere ſine ſpe ꝯiugii. ecce ergo,ꝙ qtũ in ſe eſt,priuat exercitio mr̃imoniali. Itẽ adduco rõnẽ hui⁹ tex.nã ſuſtinet hoc ꝯiugiũ,ne fra⁹ doloſo pcinet,ſed quò ad priuãdũ iſtũ iure ſuo fra⁹ iſti nõ pcinat, ſed potius obeſt. uñ lr̃a in hac rõne habuit ſolũ reſpectũ,ut ꝯiugiũ nõ ſeparet ex toto. fateor,ꝙ lr̃a pcedẽs innuit cõtrariũ,dũ dicit,*nec alter alteri debet debitum ſubtrahere*,ſed intelligo,ꝙ ſciẽs nõ dẽt ignorãti debitũ ſubtrahere,uel intelligit idiſtinctè reſpectu ignorãtiũ.nec ob.ſi dicat Xpm excepiſſe ſolã cãm fornicationis,ut in c.2.ſ.de ꝯiu.lepro.quia (ut dicit gl.notãter in d.c.noſſe) illud eſt uerũ quò ad repellendũ uxorẽ à domo ,ppria, & à cura ſua,ſed quò ad debitum ſubtrahendum multi caſus inueniuntur citra fornicationem.

SVMMARIVM.

1 *Filij duorum compatrum,per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem,adinuicem matrimonium contrahere poſſint,conſuetudo tamen contraria ſeruanda eſt.*
2 *Compaternitas poteſt dupliciter eſſe inter aliquos, ut ſi ego tenui filium tuum in baptiſmo,tu licitè potes tenere filium meum; & per utrunque iſtorum compaternitas contrahitur.*
3 *Filij leuantis & baptizantis nulla rõne poſſunt inter ſe matrimoniũ contrahere.*
4 *Conſuetudo loci quò ad compaternitatem,& matrimonium quando ſit ſeruãda.*
5 *Conſuetudo an ualeat habilitandi uel inhabilitandi aliquos ad matrimonium?*
6 *Conſuetudo an poſſit tollere impedimentum publicæ honeſtatis?*

CAP. III.

1 *Super eo.* † Sũmatũ eſt.ſ.c.1. ſed ſpãlius attingẽdo mẽtẽ.c.hoc ĩtẽdit.Filii duorũ ꝯpatrũ,p quorũ neutrũ deuẽtũ eſt ad ꝯpaternitatẽ,licitè inuicẽ ꝯtrahũt mr̃imoniũ,ſi tñ ſubeſt ꝯſuetudo ĩpediẽs & dirimẽs talia mr̃imonia,ſeruãda eſt loci cõſuetudo.h.d.ſcḋm ĩtellectũ magis cõem. primò ponitur qſti.ſcḋo,ibi,*reſpondemus*,diſtĩguẽs rñſio.& ſcḋm mẽbrũ, ibi, *cæterum*. Caſus lr̃alis.Aliq ſunt cõpr̃es,qrit,utrũ filii iſtorũ pñt adĩuicẽ ꝯtrahere mr̃imoniũ.Rñ.ꝙ ſi tales ſunt, per quorũ alterũ,uel utrũq; parẽtes ad cõpaternitatẽ peruenerũt, cõiũgi nõ pñt,& ſi cõiuncti ſunt,dẽnt ſepari.ſi uerò p neutrũ filiorũ illorum cõpaternitas cõtracta fuit,de his cõſuetudo metropolitanę ecclię ſeruari dẽt,& aliarũ ecclarũ circunpoſitarũ; & ita vcꝫ, ꝙ ſi cõſuetudo metropolitanę ecclię hẽt inter eos mr̃imoniũ non fieri,nec factũ firmitatẽ hr̃e;& iſte eps in ſua ecclia idẽ obſeruet.uerũtñ ſi de cõſuetudine habeat,ut talia mr̃imonia permittant,ex quo ꝯcta ſunt,ipſe eps illud in ſua ecclia diſſimulare poterit;ita,ꝙ nec ꝯtradicere,nec cõſentire uideat,qa ſicut graue eſt ſup his ꝯtẽnere ꝯſuetudinẽ circũpoſitarũ ecclarũ,ita graui⁹ vr̃ ſi pp talem ꝯſuetudinẽ hmõi ꝯiugiis pſtet aſſenſum,cũ poſſet ab aliis in
2 exẽplũ aſſumi.Bern.†No.primò,ibi,*alterũ,uel utrunq;*. ꝙ cõpaternitas põt dupl'r eſſe ĩter aliquos;ut puta qa qlibet ſuſcepit filiũ alterius de ſacro fonte.Ex quo no.ꝙ ſi ego tenui filiũ tuũ i baptiſmo,tu licitè potes tenere filiũ meũ; & tũc p utrũq; iſtorũ filiorũ cõpr̃nitas eſt ĩter eos ꝯtracta.pridie ð facto ſup hoc fui ĩterrogat⁹,& nõnulli parũ ĩtelligẽtes rñ-
3 derunt oppoſitũ.†Scḋò no.ibi,*nulla rõne ſuſtineas*,ꝙ inter fi-
d lios leuãtis,& baptizãtis nulla rõne pt ꝯſiſtere mr̃imoniũ.[d] Ex quo infert ſcḋm Hoſt.& bñ,ꝙ ẽt ꝯſuetudo nõ ualet in ꝯtra-
4 riũ;,p hoc facit tex.i c.ꝙ ſup his.ĩ.ð cõſan.& affi.†No.tertiò,ꝙ circa facultatẽ ꝯhẽdi mr̃imoniũ multũ attendẽda eſt loci conſuetudo.Oppo.ꝯ tex.vr̃.n.iplicare ꝯdictionẽ,& abſurditatẽ i multis. Nã primò pſupponit,ꝙ pp cõſuetudinẽ poſſit ſepari mr̃imoniũ ĩter habiles ꝯctũ; qð eſt cõtra.c.fi, ð cõſue.ubi patet,ꝙ cõſuetudo nõ pudicat legi diuinę, qua cauet,ꝙ cõiuncti mr̃imonial'r p hominẽ ſepari nõ pñt.33.q.2.c.quos Deus cõiunxit,&c.Itẽ ĩter filios duorũ cõpatrũ, per

p quorũ neutrũ deuẽtũ eſt ad ꝯpaternitatẽ, licitè matrimonia cõtrahunt,ut,ſ.e.c.1.& tñ tex.hic in uer.*uerum*.dicit,ꝙ eps nõ dẽt approbare talia matrimonia,ẽt ſi cõſuetudo habeat,ut pmittant.nã ſi citra cõſuetudinẽ põt inter eos matrimoniũ cõſiſtere,ergo fortius cõſuetudine cõcurrẽte.So. metu h⁹ cõtrarii,ex his,q ſcribunt hic p gl. & doc.pñt elici quatuor intellectus ad tex.Primus intell's,ut principiũ tex. loquat in filiis duorũ cõpatrũ,p quorũ alterũ uel utrũq; cõtracta eſt cõpaternitas,& ĩter iſtos nõ pt eſſe matrimoniũ, ẽt ſi cõſuetudo hoc hẽat,ut.ſ. dixi, & iſte caſus eſt planus. uer.*cæterum*.intelligat,qñ p iſtos filios nõ eſt deuẽtũ ad cõpaternitatẽ,& tũc dẽt attẽdi loci cõſuetudo. Nõ tñ hæc cõſuetudo eſt tãtæ efficacię,ut dirimat matrimoniũ poſt cõtractũ,licet poſſit,illud impedire, ſicut in ſili dicimus in uoto ſimplici,qð ĩpedit,ſed nõ dirimit,ut in c.rurſus, q cle. ul' uo.uer.*itaque*,nõ cõtinuat ad uer.ĩmediate pcedentẽ,ſed ad principiũ.c.ut ſic loquat de filiis,p quorũ alterũ deuẽtũ eſt ad cõpaternitatẽ,& diſponit, ꝙ dẽnt ſeparari, ſi hoc hẽat ꝯſuetudo.uerſi.*uerum*,loqt de eiſdẽ,& diſponit, ꝙ ſi cõſuetudo hẽt,ꝙ poſſint cõiũgi,dẽt eps diſſimulare, nõ ãt pbere aſſenſum,ne det aliis mã ſic ꝯhẽdi, & hũc intell'm quorũdã recitat gl.mag.Sed certe iſte intellectus nõ cõgruit lr̃æ,nec iuri,qa uer. *itaque*,uenit aduerſatiue ad uer.*cæterum*,& ſic debet intelligi de filiis,p quorũ neutrũ deuẽtũ ẽ ad cõpaternitatẽ.Itẽ ſcḋm iſtũ intellectũ ſequeret,ꝙ ualeret cõſuetudo, ut fratres ſpũales inter ſe ꝯherent matrimoniniũ principiũ.c. ubi dr̃,*nulla rõne ſuſtineas*.Secũdus intellectus ẽ,ut principiũ, & uer.*uerum*,intelligant mõ pdicto.ſed uer.*itaque*,intelligit de ſeparatione quo ad tps, nõ ãt in perpetuũ, quaſi ualeat cõſuetudo ĩpediẽs mr̃imoniũ & dirimẽs ad tps; nõ ãt in perpetuũ,ex quo p neutrũ iſtorũ fuit deuẽtũ ad cõpaternitatẽ, & ſic ceſſaret ar.ſ.formatũ,& hũc intell'm ſenſerũt Inn.& qdã alii.Tertiũ ĩtell'm ponit Hoſt.ut principiũ,& uer.*uerum*, intelligant,ut.ſ.uer.uero, *itaque*.referat ad.§.*cæterum*. & ſic loqt de filiis, p quorũ neutrũ deuẽtũ eſt ad cõpaternitatẽ, ut ſi cõſuetudo hẽt inter eos nõ poſſe cõſiſtere matrimoniũ ꝙ dẽt tũc ſeruari cõſuetudo. nã talis cõſuetudo approbata hic p papã pt inducere nouũ ĩpedimẽtũ. Nã ſicut ipſe papa hoc potuiſſet p ſuã cõſtõnẽ, ita & cõſuetudo dẽt hoc poſſe, ex quo hẽt cõſenſum papę.Et ſic mirat de his, q uolũt fateri hãc cõſuetudinẽ poſſe dirimere matrimoniũ uer. *uerũ* ĩtelligit ſcḋm eũ,qñ cõſuetudo uicinarũ eccleſiarũ hẽt,ut cõiugia pmittant inter iſtos,p quorũ neutrũ deuẽtũ eſt ad cõpaternitatẽ:ſed cõſuetudo ,ppria loci hẽt ꝯriũ.tũc. n.eps ñ dẽt expreſſe reprobare illa matrimonia, ne ſcãdalizet uicinas,nec expſſe approbare,ne ueniat ꝯ cõſuetudinẽ propriã, & iõ dicit tex.ꝙ dẽt diſſimulare,& tollit ꝯriũ.c.1.nã ,pcedit ubi nulla ſubeſt cõſuetudo i ꝯriũ.Hęc lec.eſt ſatis bona quo ad uer.*itaque*,ſed ad uer.uerũ,diuinat,qa in eo nõ dr̃, ꝙ loc⁹ ,pprius habeat ꝯriã cõſuetudinẽ. Iõ retento intell'u Hoſt. ad uer.*itaque*,dic & quartò ad uer.*uerum*, ꝙ loqt,qñ cõſuetudo hẽt,ut inter iſtos filios duorũ cõpatrũ, per quorũ neutrũ ꝯcta eſt cõpaternitas,impediat matrimoniũ,ſed nõ ꝙ dirimat,& pro hoc tex. ibi: *coniugia permittantur*. in quo caſu, ex quo cõſuetudo ĩpedit, licet nõ dirimat, nõ dẽt eps ẽt ex poſt facto approbare tale matrimoniũ,ne det aliis mãm ꝯhẽdi ꝯ cõſuetudinẽ,ſed dẽt diſſimulare,puta utendo uerbis diſpẽſatiuis,uel trãſeũdo conniuẽtib.oculis,& hũc intellectũ ſentit gl.mag.in fi.& tacite do.Ant.& mihi ſatis placet, qa minus p hũc intellectũ uiolat lr̃a,q p alios. Cõclude ergo,ꝙ inter filios duorũ cõpatrũ, p quorũ alterũ, uel utrũq; ꝯcta eſt cõpaternitas, ñ pt matrimoniũ cõſiſtere, & ſi de facto fuerit ꝯctũ, dẽt ſeparari nulla cõſuetudine ꝯria opitulãte,& ſic intellige pri.c.uſq; ad.§.*cæterum*.Si uerò p neutrũ iſtorũ deuentũ eſt ad cõpaternitatẽ, ſi nulla ſubeſt conſuetudo circa hoc,pñt libere matrimonia ad inuicẽ ꝯhere, ut in,§.*cæterum*,& clarius in.c.1.ſ. e. Si uero cõſuetudo diſponit,ut pmittant matrimonia, tũc fortius pñt ꝯhere,cũ conſuetudo concurrat cũ iure cõi.S uero cõſuetudo diſponit oppoſitum & tunc aduerte:aut hẽt cõſuetudo,ut matrimoniũ penit⁹ ĩter iſtos ñ ꝯhat, & ꝙ ð facto pſũptũ ſeparet & tunc ſerua cõſuetudinẽ, ſi eſt talis, ꝙ ex ei⁹ pteritiõe gñet ſcãdalũ, qa ſic loqt.c.1.i fi.ſ.e. & ita ĩtellige, uer. *itaque*.Nec ob.ꝯriũ.ſ.formatũ,qa, ubi ſub eſt talis cõſuetudo ĩhabilitãs maxĩe approbata p papã, ut hic,ñ pt dici,ꝙ iſti ꝯueniẽtes ſint a Deo cõiũcti,& ſic ceſſat illud ar.quos de⁹ ꝯiũxit.Aut hẽt ꝯſuetudo ut ĩter iſtos, p quorũ neutrũ &c. ĩpediat matrim.ſed ñ dirimat;& tũc ſcḋa uer. *ue-
5 rum*. † Et ex his potes decidere aliã qſtio-
a nẽ,[a] nũqd ualeat cõſuetudo circa facultatẽ ĩhabilitãdi aliquos ãd mr̃im.& dic clari⁹, ꝙ aut cõſuetudo habilitat al's inhabiles p ius canonicũ,puta ut ĩ tertio gradu poſſit mr̃im.ꝯhi: uel ut frater poſſit ꝯher cũ ſorore ſpũali,& ñ ualet cõſuetudo, vt ur̃ hic ĩ tex.ĩducẽdo,ut,ſ. iũcto.c. qð ſup his,de ꝯſan. & affi.& utrobiq; hoc tenet Hoſt.quaſi cõſuetudo nõ ſit rõnabilis,cũ
6 ſit ꝯ oẽm honeſtatẽ.†Ex quo ĩfero cõſuetudinẽ a pp nõ approbatã ñ poſſe tollere ĩpedimẽtũ publicæ honeſtatis, qa nõ ualet cõſuetudo ꝯ honeſtatẽ ecclię, ut ĩ c. cũ decorẽ,de ui.& hon.cler. Aut cõſuetudo ĩhabilitat al's habiles.ut ĩ filiis duorũ cõpatrũ, p quorũ neutrũ &c.&tũc aut hẽt ſolũ cõſuetudo,ut ĩpediat,& ñ ut dirimat & ualet,arg.hic ĩ uer.*itaq;*,& uer.*cæterum*, facit.c.cũ oli,de cle.cõiu. Aut hẽt,ut diſſoluat cõiugiũ, & ſic ad tps ualet, ut uoluit hic Inn.nã peccauerunt contrahẽndo ꝯ cõſuetudinẽ prię.30.q 5.c.al'r.Aut hẽt,ut diſſoluat ĩ ppetuũ, & ſi ẽ approbata p papã ſaltẽ tacite, ualet, ut ,pbat hic ſcḋm lec.Ho. Aut ñ apparet de approbõne papę,& ur̃ uelle Ho.cõſuetudinẽ nõ ualere.dicit.n.caſum h⁹ c.nõ extẽdẽdum, ſed ego putarẽ oppoſitũ, ubi cũ cõſuetudine cõcurrit ſcãdalũ,qa ſicut pp pt ius diuinũ interptari,& augere,ac diminuere,ut no.Inn.ĩ c.q ĩ eccleſiarũ. ð cõſti.ita & cõſuetudo,ut no.idẽ Inn.ĩ.c.fi.de cõſue.Itẽ uideo,ꝙ cõſuetudo,q gñat ſcãdalũ, inhabilitat quẽ ad mr̃imoniũ ſpũale, ut no.ĩ d.c.cũ oli,ð cl.cõi.ergo pari rõe dẽt poſſe inhabilitare ad matrim.carnale,& p hoc hẽs declaratã ẽt gl.h⁹.c. & notabis ſing. gl.mag.ĩ medio, qa neſcio alibi unũ dictũ,qð ſentit.dicit.n. ꝙ ſi in aliquo loco eẽt hodie ,cõſuetudo. ut ĩ qnto gradu ñ poſſit ꝯhi mr̃im.& ex ꝯctu gñaret ſcãdalũ,ꝙ nõ ualeret matrimo.licet.c.nõ dẽt, de cõſan.& affi hoc pmittat. & pt eẽ duplex rõ,quia hæc cõſuetudo concurrit cũ iure antiquo,nec cẽſet ſublata p ius nouũ,ex quo nõ reprobat p illud i⁹,& concurrit ſecũ ſcandalum;& hãc rõnẽ ſentit gl.Secũda rõ collgit ex his,q pdixi,qa cõſuetudo cõtinẽs i ſe ſcãdalũ ex pteritiõe pt ĩhabilitare alias habiles,ſed ubi a principio nullũ fuiſſet ĩpedimẽtũ,ſolũ ſcãdalũ ſupueniẽs ñ poſſet diſſoluere mr̃imoniũ,ut dicit iſta gl.quã notabis,qa pro-

SEBA. SAPI.
a Aliam qõnem. Vide ad hęc, quæ ſcribit Petrus Rauẽnas in cõcluſionib⁹ cõſuetudinis col.11. quẽ refert do. meus do. Rochus Curtius in repe.c.fi.colum.6. uer.infertur etiã, ſupra de cõſuetu.

SEB. SAP.

a Connubiũ. Connubium uocat, qñ matrimonium est contractũ sine spe prolis, ut per Fel. in c. cũ sit gñare, col. 9. uer. demum scio, ī. de fo. cõp. 1

b In concubina. sequitur hic Io. An. 2 qđ intellige ꝓcedere, qñ cõcubina uel concubinaria leuaret, secus, si cõ 4 paternitas contrahatur. ex eo, quia filius alicuius cõ 5 cubinę sit leuatus 6 de sacro fonte, qa tunc compaternitas extenderetur tam ad concubinã 7 quam ad concubi 8 narium. c. si uir, de cognatione spi. & ibi gl. sanctꝰ Tho. 4. distinct. art. 22. tenet, ꝙ contrahat 9 cõpaternitas. Sequitur Bar. in sua pisanella in uerbo, I pedimentum. cõis opinio est in c ntrariũ nec obst. ꝙ affinitas cõtrahatur per fornicationẽ, qa affinitas cũ sit uinculũ corporale, põt acquiri ꝑ illicita opa. non sic cõpaternitas, quæ est uinculum spirituale.

c ZACHAR.

Adde Arch. in c. quod autem, & ibi late. Gemi. & Celsum in apostil. ad ipsum. 20. q. 4. 2

SEB. SAP.

c Essẽ compatres. Vide pulchre per dom. Christopho rum Porcum in §. fin. insti. de gradi bus. 3

d Dictione, uix. Vide gloss. in leg. si hæres institutus ff. ad. l. fal. & in. l. 4 si iure, & ibi per Bart. & Din. ff. de leg. 3. per gloss. in prooem. clem. Corneus consil. 191. 5 in litera. A. in antiquis in 4. uolu. 6

ZACHAR.

Adde Bal. in l. fi. in 15. opp. uer. fin. idem debet affere re, C. de ed. di. Adri. toll. & in l. impuberem, de fal. Gem. in c. 1. de cognat. spiritu li. 6. & Car. in cle. 1. §. 1. de usu.

pter scãdalũ nõ est recedẽdũ à ueritate iuris diuini, ut in c. 2. de ope. no. nunti. & in regula, q scandalizauerit. ī. de reg. iur. 7 b

SVMMARIVM.

Inter patrem baptizati. & uxorem leuantis prius ab eo cognitam contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium d irimendum. 8

Verbum suscepit, tenet leuauit aliquem de sacro fonte idem operantur.

Compaternitas an possit per procuratorem contrahi?

Compaternitas, sine actus spiritualis communicatur per coniugem coniugi. nu. 6.

Compaternitas contracta per uirum extenditur ad eius uxorem iam cognitam. 6.

Connubiũ ẽt dicitur matrimonium consummatum.

Vxor non cognita non efficitur commater leuantis uel baptizantis.

Cognatio spiritualis an extendatur ad filios illegitimos? c

Cõcubina an efficiatur cõmater parẽtibus baptizati? 8

Compatres an efficiantur illi duo, uel plures, qui simul aliquem tenent in baptismo? dic quod non, & tales possunt contrahere.

Maritus & uxor an possint simul aliquem de sacro fonte leuare?

Persona, cum quibus oritur spiritualis cognatio, sunt uiginti.

CAP. IIII.

Martinus. †Inter patrẽ baptizati, & uxorẽ leuãtis prius ab eo cognitã contrahit cõpaternitas efficax ad mrimoniũ dirimẽdũ, & duo facit. priò ponit qõnẽ. scdò eius soloñẽ, ibi: nos. Casus lit. M. cõtraxit matrim. cũ Berta, & Lotharius filium Martini & Bertę de sacro fonte leuauit tãdem Lotharius & Berta mortui sunt, &. M. ꝺxit cũ Theberga, qrit, utrũ tale mri. teneat? rñ, ꝙ cũ uir & uxor ꝑ cõnubiũ una caro efficiãt, patet ꝙ Theberga ñ ꝑt esse uxor Martini, q fuit ꝓpater Lotharii, cũ quo Theberga una caro nosciẽ extitisse. B. †No. 1. ibi: *suscepit.* ꝙ patrinus dr baptizatum suscepisse de sacro fonte, alibi dicit, ꝙ eũ tenet. ut. ī. c. se. alibi dr eũ leuare de sacro fonte, ut. ī. e. c. ueniẽs qñq; dr cũ sustinere, uel ꝑpriis manib. tenere. 30. q. 1. c. đ his, & c. ad limina. †Et faciũt ad qõnẽ, nũquid per procuratorẽ possit cõtrahi ista cognatio spũalis cũ hęc uerba denotẽt actũ ꝑpriũ & ꝓnalẽ ipsius patrini? de quo dicã latius. ī. eo. c. ueniẽs. †Secũdò not. ꝙ cõiũx cõicat cõiugi actꝰ spũales. nã (ut hic uides) si maritus ꝯhit cõpaternitatẽ, extendit hęc cognatio ad uxorẽ, q effecta est una caro cũ marito t ꝓe ꝓpaternitatis. †No. ibi: *connubiũ.* ª ꝙ applone cõnubii qñq; cõprehẽdit matrimoniũ carnali copula cõsummatũ. †In glo. fi. ī fi. no. hãc gl. q in effectu uult, ꝙ cognatio spũalis contracta per maritũ extẽdat ad uxorẽ prius cognitã, secus, si fi erat cognita, & hoc iõ, qa (ut ꝑdixi) maritus cõicat uxori actiones spũales, nõ aũt passiones. uñ, si filius mariti ex alia mulie re baptizat, uxor ipsius ẽt cognita nõ efficit cõmater leuãtis, uel baptizãtis, ut no. 30. q. 4. c. si quis ex uno cõiugio, & ꝑ glo. inc. 1. ī. e. lib. 6. An aũt ipsa cognatio extẽ daţ ad filiũ illegitimũ illiꝰ leuãtis, seu baptizãtis, doc. ꝙ sic & uſ tex. in c. fi. ī. e. & 30. q. 3. in sum. †Sed qrit, nũquid dispositio hꝰ tex. hẽat locũ in cõcubina b? pone exẽplũ. hẽns cõcubinã leuauit puerũ de sacro fonte, nũqd cõcubina efficiatur cõmater parentib. baptizati, sicut hic dicimus in uxore? gl. hoc examinat ī d. c. si qs ex uno, & nihil cõcludit, sed ibi Arch. & Io. An ī. e. in c. 1. li. 6. tenet ꝙ nõ, & hoc hẽt cõis opi. ne ipa cognatio spũalis extẽdaţ ad illicitũ & fornicariũ coitũ, qđ no. †Vlterius quęro post Inn. de qõne quotidiana. pone, ꝙ duo, uel plures tenent aliquẽ in baptismo, nũqd isti inter se efficiant cõpatres? Inn. & bñ dicit, ꝙ nõ. uñ pñt adinuicẽ contrahere matri. nã quẽadmodum cõpatres carnales tit cõcubinarius, & cõcubina nõ ꝓhibenţ ad contrahendum matrimonium, ut in c. tanta uis, qui fil. sint legi. ita & isti, q sunt cõpatres spũales resũ baptizati, non dẽnt ꝓhiberi ad contrahẽdũ matrimoniũ, & pro hoc facit tex. & ibi gl. in c. fi. 30. q. 4. ubi dr, ꝙ maritus & uxor nõ dẽnt aliquẽ sibi de sacro fonte leuare, ne infameţ de facto matrimoniũ. nã uulga res existimant illos eẽ cõpatres. c Et ut hẽas màm hꝰ cognationis spũalis, †scias, q. 20. pſonæ ꝓhiberi pñt ex hac cognatione spũali, quinq; ex pſona leuãtis in baptismo, & qnq; ex persona baptizãtis, quinq; ex pſona confirmãtis, & alię quinq; ex persona leuantis, & cõfirmãtis, & si cognoueris quinq; ex ꝑdictis, habebis aliquos casus notos, qa sunt oino sires. primò. enim contrahitur hic cognatio inter leuãtem, & baptizantem. secundo inter leuantẽ, & parentes baptizati. tertiò inter baptizatũ, & filios leuantis. quartò inter baptizatum, & uxorem leuantis prius cognitã. quintò inter parentes baptizati, & uxorẽ leuantis prius cognitã, ut hic. Eosdem casus repetas respectu confirmãtis, & respectu baptizantis, & respectu tenentis in confirmatione. hoc probatur in c. 1. co. titu. li. 6. & per totum istum titu.

SVMMARIVM.

Compaternitas per cathechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum. 5. 1

Consanguinei coniugum possunt impedire matrimonium ratione ꝑdimẽti. 2

Vix, quid significat. 3

Pœnitentia imponitur propter solam affectionem delinquendi, licet affectio non habuerit effectum. 4

Plures debẽt interuenire compatres in catechismo, baptismo, & confirmatione & omnes debent puerum tenere. sed si fiat contrarium, non uitiat actus, & cognatio spiritualis cum omnibus contrahitur. 5

CAP. V.

Contracto. † Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendũ, sed cõtractum nõ dirimit. Duo facit. Primò ponit casum. Scdò, ibi: *uerum*: diffiniendũ cõmittit, & in cõmissione prius exprimit diffinitionis cãm usq; ibi: *ideoq;*. Casus lit. Quidam. P. nomine contraxit matrimoniũ cũ. A. muliere. tandẽ consanguinei eiusdẽ. A. contra ma. obiecerũt, ꝙ illa nõ poterat esse uxor ipsius eò, ꝙ eadẽ tenuit filiũ cõcubinę ipsius. P. in primo pabulo sacrati salis. Iudex dubitauit, qd iuris esset. Cõsultus Pa. rñ. ꝙ si cõstaret uera esse prędicta, matrimoniũ ꝯctum non dissoluet, quæ res uix ꝓberet impedimentum ma. ꝯhendo; uñ mandat, quatenus præfato. P. iudex iniungat, ut dicta. A. sicut uxorem pertractet, siue hoc factum fuerit ante contractum matri. siue post: sed si fraudulenter hoc fecit cã matrimonii seꝑrãdi, pniam inde accipiat, matrimonio in sua firmitate durante. B. †No. 1. ꝙ etiã consanguinei coniugum possunt impedire matrimonium ratione impedimenti; ad hoc c. uidetur, qui ma. accu. pos. † Not. de dictione, uix d nam quod uix fit, tñ fit. Illud enim dicitur uix fieri, quod fieri potest, licet cum difficultate, ut clarius probatur in c. per cathechismũ. ī. eo. ti. lib. 6. †Vltimo no. ꝙ pnia imponitur propter solam affectionem delinquendi, licet affectio non habuerit effectum, pro hoc c. si cui, &. c si propter ea, de pœni. di. 1. †In glo. fi. in fi. hodie cessat dispositio hꝰ gl. per c. 2. eo. tit. li. 6. ubi dicitur, ꝙ cõpaternitas contracta in ca-

in catechismo ꝑdit mrimoniũ, sed non dirimit. ideo tex. hic dicit, ꝙ uix ꝯhendo mrimonio impedimentũ affert. Et scias, ꝙ cessante necessitate honestũ est, ut in catechismo & ꝯfirmatione interueniãt singuli patrini, nõ aũt dẽt unus, & idẽ in oĩbus his puerũ tenere, tñ si de facto fieret ꝯriũ, actꝰ tenet; de quo uide bo. tex. in c. in catechismo, de conse. di. 4. & de iure unus dẽt tenere unũ baptizandũ, seu chrismandũ, a si plures ª tñ intercesserint, cum oĩbus ꝯhitur hæc cognatio spiritualis, ut probatur in c. non plures, de conse. di. 4. & melius in c. fi. ī. eo. lib. 6. d

SVMMARIVM.

1 *Inter patrem baptizati & leuantem seu tenentem baptizatum oritur cognatio spiritualis impediens & dirimens matrimonium.*

2 *Inter compatrẽ & cõmatrẽ oritur cognatio impediens & dirimens matrimoniũ.*

3 *Mulier effici potest mater spiritualis, sed non legalis.*
Mulier adoptare non potest, nec arrogare.

4 *Cognatio spiritualis an possit per procuratorem contrahi?*
Cognatio legalis an possit per procuratorem contrahi?
Procurator, qui pro alio in baptismo interuenit, an pro se cognationem spiritualem acquirat?

5 *Vniuersitas an possit compaternitatem contrahere?*

CAP. VI.

1 *Veniens.* † Inter pręm baptizati, & leuãtẽ seu tenentem baptizatũ ꝯhitur cognatio spũalis ualida ad ipediendũ & dirimendũ matrimoniũ post ꝯctum. Casus literalis. Quidã Anglus. E. noĩe ꝛ̃it mrimonium cum. H. muliere, dicebatur, ꝙ dicta mulier susceperat filium prędicti. E. uiri sui de sacro fonte; quærebatur, an ꝓp hoc debeat seꝑari ab ipso? mandat pa. quatenus, si constiterit dictã. H. filiũ uiri sui ante ꝯctum mrimoniũ de sacro fonte leuasse, seꝑarent oĩno, secus, a si esset post mrimoniũ. Ber. †Not. ꝙ mrimoniũ nõ põt consistere inter cõpatrẽ & cõmatrẽ; & si de facto fuerit ꝯctum, dẽt seꝑari; hæc ergo cognatio spũalis nõ solũ impedit, sed 3 ẽt dirimit mrimoniũ post ꝯctum, seu ꝯhendum. † Secundò not. mulierem posse effici mrem spũalem; & ex hoc habes unã differentiã inter cognationẽ spũalẽ & legalẽ. nam mulier nõ põt adoptare, ut in §. fœminæ, instit. de adop. tñ põt in baptismo puerũ tenere. & acquirere filiationẽ spũalem. Et rõ diuersitatis põt esse, qa ꝑ istã cognationẽ spũalem filius nõ trãsit in ptãtem prĩs spũalis, sed ꝑ arrogationem filius trãsit in ptãtem arrogatoris, sed qa fœmina nõ põt hre filiũ i ptãte; iõ arrogare nõ põt. ꝙ rõ cessat in ꝑcedẽti casu. 4 †Et hæc faciũt ad qõnem quotidianã & satis utilẽ, nunquid b ꝑ ꝓcuratorẽ b possit ꝯhi ista cognatio spũalis? & vr, ꝙ non. nã quẽadmodũ nõ põt cõtrahi legalis, uel carnalis ꝑ ꝓcuratorẽ. l. neq;, & l. post mortẽ. §. fi. ff. de adop. ita nec ista spũalis. Tres. n. sunt cognationes, una carnalis, alia legalis, alia spũalis; & istæ duę ultimæ imitanţ carnalẽ, inq̃tùm pñt, ut in d. §. fi. sicut ergo duæ primę nõ pñt cõtrahi ꝑ ꝓcuratorẽ, c ita nec ista ultima. Cõtrariã opi. c diſputãdo tenuit. Marsi. doc. Io. An. quia rr quisq; actus põt explicari ꝑ ꝓcuratorẽ, nisi expsse sit ꝓhibitus à iure, in l. 1. §. rursus, ff. de ꝓcu. & in regula, põt qs ꝑ aliũ, de reg. iur. li. 6. sed nullibi spãliter hoc ꝓhibet; ergo &c. Io. An. plenè hanc qõnem disputauit in d. regula, põt qs, ubi recitatis opi. cõcludit oppositũ. Et funda 3 mentũ suũ principale est super c. de his, & c. ad limina. 30. q. 4 1. ubi vr requirit actus corporalis. Idẽ tenet Archi. in c 1. eo. tit. li. 6. per. c. 1. & c. oẽs 30. q. 1. & uide per Federi. consi. 15. Præceptor meus do. Card i. sequitur opi. do. Marsi. & ad iura alleg. per Io. An. & Archi. rñdet, ꝙ loquuntur, qñ quis ꝑ se uult cõtrahere istã cognationẽ spũalem; quo casu nõ suf 1 ficit sola pñtia, nisi puerum per se sustentet, seu eum tangat t ꝓe sacri. do. Ant. hic nihil eligit. unde ante factũ seruanda esse opi. Io. An. ut nõ admittatur quis per procuratorẽ, sed post factũ placet mihi opi. contraria. nam iura solum requirunt leuantem, ut rñdeat pro puero, & obliget se apud deũ; unde constituitur fideiussor pro eo apud Deũ; de quo uide bo. tex. in c. uos ante omnia, de conse. dist. 4. hæc autem obligatio debet posse contrahi per procuratorem, cum non eligatur industria persoa næ, nec agitur de magno facto hic. Item qa multa fieri per procuratorẽ ꝓhibenţ; facta tñ tenent, ut sentit gl. no. in l. uniuersis, C. de ꝑci. impe. offe. in c. 1. de iudi. lib. 6. facit qđ no. Bar. in d. l. post mortem, in §. fi licet ipse uideat sequi opi. Io. An. in l. Gallus, in §. forsitã. ff. de lib. & posthu. Secundò est ẽt alia qõ d non minus difficilis, ꝑsupposito, ꝙ ꝑ procuratorẽ non posſit contrahi, nunquid ſaltem de facto contrahatur per procuratorem, qui de facto tenuit baptizatũ? Io. An. in d. regula, potest, tenet ꝙ sic, qa re ipsa ꝓcurator iteruenit; & licet non intenderet obligari; tñ sępe exĩ id, quod agitur, nascitur obligatio, ut ī l. 1. s qui, in fi. ff. cõmo. Contrariã opi. tenuit Fede. in d. consi. 15. & illã credo uerioré, quia, ubi non est consensus alterius, non nascitur obligatio, ut in l. in oĩbus, & in l. consensu ff. de act. & oblig. †Alia qõ quotidiana est, nunquid uniuersitas e posſit contrahere istã cõpaterni tarem? nã sæpe ciuitates constituunt syndicos ad hunc actum. Fede. in d. consi. 15. consuluit ꝙ non, qa qui non fuit baptizatus, nõ põt aliũ tenere in baptismate, ut ī c. baptismate, de conse. di. 4. sed uniuersitas non hẽt aĩam, ergo non est capax huius cognationis spiritualis, pro hoc c. Romana. §. in uniuersitatẽ, & c. si sñia, de sententia excõ. li. 6. Sed credo posse attentari, ut isti constituentes syndicum efficiantur compatres, quia dispositio concepta in uniuersitatẽ resoluitur, ut concernat singulares personas de uniuersitate, si actus nõ cadit in uniuersitatẽ, ut res nõ careat effectu. Iste est tex. no. qui facit ad multa in c. si sñia, prędalle. facit quod no. gl. in d. §. in uniuersitatẽ; facit l. si stipulatio ista. §. sed si serui, ff. de uerb. obli. & c. nouerit, c & c. graue, de sen. ex c. ubi excõicantur singuli statuentes contra libertatem eccłiasticam, licet statuant nomine uniuersitatis, Federi. tñ tenuit oppositũ. Et no. has qõnes, quas puto quotidianas & disputabiles. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Filij duorum compatrum, per quorum alterum ad compaternitatem deuentum est, si matrimonium contrahunt, seꝑarantur.* d

2 *Inter baptizatum & filios leuantis etiam ante genitos oritur spiritualis cognatio impediens & dirimens matrimonium.*

3 *Denũtiare impedimẽtũ tenetur unusquisque sciẽs illud.*

4 *Denuntiator admittitur in impedimento matrimonij etiam post terminum prafixum.*

Denuntiator in impedimento matrimonij quilibet esse potest non criminosus.

CAP. VII.

Vanos. † Si filii duorũ cõpatrũ, ꝙ quorũ alterũ deuẽtum est ad compaternitatẽ, matrimonium contrahant, seꝑarantur, & tẽpore contractus scientes impedimentum illud denuntiare tenentur. h. d. Et sunt duę partes. In prima trimembris cõsultatio. In scda cuique rñsio, ibi,

SEB. SAPIA.

a Si plures. Et qđ ualeat consuetudo, ꝙ plures sint compatres in baptismo, tenet Felin. aliqua adducẽs. in c. nam cum cupiscentiã. colũ. 3. ī. de constitu.

b Procuratorem. Bar. Imo. Alex. & cõiter legisse i l. Gallus. §. forsitã, ff. de lib. & posth. tenẽt, ꝙ nõ possit ꝯhi. aliq tenẽt ꝯriũ, iter quos est Bal. in l. unica, §. ne aũt, C. de catol. cõsuetudo tñ approbat, ꝙ possit cõtrahi. in magnis dñis. Are. i d. §. forsitã, ꝑ Phi. & Frã. i. c. unico, eo. tit. lib 6.

ZACHAR.

Adde, an ꝑ nunciũ plenisſ. ꝑ Alex. post Ang. & Imo. l. Gallus. §. forsitan, col. pen. uer. ī compaternitate cũ multis concor. ibid. ꝑ eum signaris, ff. & li. & posthu. Ang. Ar. in §. illud, inst. de nup. & ī §. multis, inst. de leg. hære. & an ꝑ uniuersitatẽ, uide Fed. & Sen. cõs. 15. ꝑ istum hic al leg. qđ in c. qõ. talis est, syndicus cuiusdam uniuersitatis.

SEB. SAPIA.

c Contrariã opin. Hanc opin. tenet Bal. in l. unica. §. ne autẽ, in ultima col. C. de caducis tollẽ. uide Ange. Are. in §. illud, in stit. de nupti. & Bal. ponderãtem ad hoc illum tex. in l. si quis alienã, C. de nuptiis.

d Alia qõ. opi. Io. An. tenet. Imo. in d. §. forsitã. contrariã opi. Fed. & Abbas tenent. Pau. & Ale. i d. §. forsitã, ꝑ regulã, quod potui, nolui, qđ uolui adimplere nequiui. l. multũ interest, C. si quis alteri, uel sibi, bonꝰ est tex. & qđ not. ibi Bal. in l. si absentis, C. si cer. pe. Vniuersitas. opi. Fed. est cõis ẽm Are. in d. §. forsitã, in fin. ꝑ Imo. in c. accedens, ī. de ꝓb.

ſuper quo. Caſus lr̄alis. aliquis, puta Martinus, habebat filium, quo nato ſuſcepit filiam Petri de ſacro fonte, querebat, an filius iſte natus ante cōpaternitatē ꝯctam inter Martinū & Petrū poſſit accipere in uxorē filiam Petri, per quam compaternitas illa ꝯcta fuit, & ſi iam ꝯxerint, debeant ſeparari? & an alii, qui conſcii ſint talis mr̄imonii, debeant illud accuſare? rñ. ꝙ hmōi pſonę mr̄imonium non pn̄t ꝯhere; & ſi ꝯxerint, debent ſeparari, & q ꝯctū ſciuerint, debēt illud eccl̄iæ nuntia-
2 re. Ber. †No. primò, ꝙ inter baptizatum, & filios leuantis ēt ante genitos ꝯhitur cognatio ſpūalis, quę non ſolū impedit matrimonium inter eos, ſed ēt dirimit.
3 No. ſcd̄ò quemlibet de populo teneri ad propalandū & denuntiandū impedimentum exiſtens inter ꝯhere uolentes. nam quilibet tenet̄, q̄tum pōt obuiare pc̄tō futuro, ne cōmittatur 2. q. 1. ſi peccauerit, & 33. qō. 2. p totū, & in c. dilecto, de ſent.
4 exc. li. 6. † In gl. fi. ibi, *non repelluntur à denuntiatione*. Not. bene hanc gl. ꝙ excluſus ab accuſatione, quia non comparuit tp̄e debito, puta tp̄e edicti, admittit̄ p uiam denuntiationis; & eſt hic magna limitatio ad c. fi. ĩ. qui ma. accu. poſ. ſed gl. ibi tenet ꝯrium. Hoſt. hic, ꝙ p denuntiationē, p q̄ principalr̄ agitur ad pniam, eſt iſte admittēdus, qa ad talē denuntiationem admittit̄ quilibet, qui nō eſt criminoſus, iuxta plenè not. in c. nouit, de iudi. non tñ poterit ille pœnitere, niſi relicta iſta ꝯiuge; & ſic indirectè ſeqtur ſeparō mr̄imonii, tñ huic intellectui multū ob tex. in d. c. fi. nā pſumptio eſt ꝯ denuntiantē, ex quo tacuit tp̄e, quo edicta emanarūt; ſed ſi edicta non emanaſſent, ſatis poſſet procedere dictū huius gl. ad hoc, qd̄ no. ĩ c. fi. de clan. deſpon. & ſic poſſent reduci ad concordiā iſtę duę gl. ꝯrię; & iſte tex. non ob. non. n. dicit, ꝙ conſcii tp̄e ꝯctus & edicti debeāt nunc admitti poſt tēpus contractus. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Inter baptizatum & filios baptizantis oritur cognatio ſpiritualis impediens & dirimens matrimonium 6.*
2 *Sacerdos baptizans, licet hoc ex debito officij faciat; nihilominus efficitur pater ſpiritualis, & ppea oritur cognatio ſpiritualis in omnibus & per omnia, prout ex perſona leuantis 6.*
Monacus ēt baptizans efficitur pater ſpiritualis.
3 *Cognatio ſpiritualis etiam oritur & extenditur ad filios illegitimos.*
4 *Matrimonialis cā agitari poteſt coram uicario epiſcopi.*
5 *Exceptio peremptoria probari poteſt etiam poſt publicationē atteſtationum.*
6 *Cognatio ſpiritualis ſolum oritur ex ſacramento baptiſmatis, & confirmationis.*
7 *Pœnitentia non cauſat cognationem ſpiritualem, licet ille dicatur filius ſpiritualis ſacerdotis.*
8 *Laicus baptizans etiam efficitur pater ſpiritualis, & per hunc actum oritur cognatio ſpiritualis, prout in alijs dictum eſt.*

CAP. VIII.

1 EX *literis*. †Inter baptizatum, & filium baptizātis orit̄ cognatio ſpūalis impediens & dirimens mr̄imonium inter eos ꝯhendum. Diuiditur in duas partes. In prima iudicum conſultatio. In ſecunda mandatum, ibi, *Mandamus*. Caſus literalis. Quędam mulier. M. nomine coram officiali Cantuarien. archiep̄i petiit quendā. A noīe in maritū, dicens ſe affidatā ab ipſo & carnalr̄ cognitam. ad hoc pbandū induxit teſtes, publicatis atteſtationibus, per quas mulieris intentio probata erat, dictus. A. excipiendo propoſuit, ꝙ eam hr̄e nō poterat in uxorem eo, ꝙ pr̄ eiuſdem mulieris, qui ſacerdos fuerat, ipm̄ baptizauit, ſed non obſtante hmōi exceptione tulit diffinitiuā ſnīam pro matrimonio ꝯ ipm̄. A. qui ad ſe. apo. appellauit. mādat Pa. ꝙ ſi eſt ita, eundem. A. iudex ab impetitione mulieris abſoluat, eidē ſuper
2 hoc ſilentiū imponendo. †No. 1. ꝙ ſacerdos baptizans licet hoc faciat ex debito officii; nihilominus efficit̄ pater ſpūalis baptizati; & idem in monacho baptizante, ut no. gl. in c. peruenit 18. q. 2. & in c. oēs 30. q. 1. & per hunc actum baptizandi oritur hæc cognatio ſpūalis in oībus & per oīa, ſicut oritur ex pſona leuātis, ſeu tenētis in baptiſmo, ut in c. 1. ĩ.
3 eo. li. 6. † No. ex hoc tex. ar. opti. & quaſi expſſum, ꝙ cognatio ſpūalis extendit̄ ēt ad illegitimos filios. nā hic iſta mulier erat filia ſacerdotis, qui baptizauerat iuuenē; & nihilo minus inter iuuenē & eam fuit orta cognatio ſpūalis, quę poterat appellari fraternitas & ſororitas. erat. n. ſoror & frater ſpūalr̄; de quo uide, qd̄ no. per gl. 30. q. 3. in ſum. Et no. ꝙ hoc ēt extenditur ad ſpurios filios, ut hic patet in filia ſacerdotis, licet tex. poſſit ēt intelligi de filia lḡima, ut nata ante clericatū. Sed primū dictū cōiter tenet̄, ut no. gl. ĩ ſum. p̄dicta, & ĩ. tit. pxi. c. 1. & doc. ſ̄. eo. c. Martinus, & tacitè ſen-
4 tiunt hic. †No. ꝙ corā uicario ep̄i pōt agitari cā mr̄imonialis; qd̄ no. p limitatione c. accedētib⁹, de exceſ. p̄la. & corū,
5 q̄ no. ĩ. de conſan. & affi. c. 1. †Vltimò. no. ꝙ exceptio peremptoria pōt opponi & probari poſt publicationē atteſtatio-
a num; [a] cōcor. c. finē litibus, & c. prout, de do. & cōtu. qd̄ in-
6 tellige, ut plenè dixi in c. 1. de ordi. cogni. † In gl. 1. ibi, *ſed hoc non inueniebatur prohibitum*. hodie uerò eſt tex ſatis clarus. in c. 1. eo. tit. li. 6. & fortè (ut dicunt doc.) dubitauit iſte uicarius, quia ſacerdos ex debito officii baptizauit, ſed non aīo ꝯhendi iſtā cōpaternitatē, ſeu cognationē ſpūalē. Sed iſto non ob. ꝯriū hic decidit̄. nā ex quò eum efficit Xp̄ianū, effectus eſt pater illius ſpūalis; uelit ergo, nolit, pater eſt, ſicut dicimus in pr̄e carnali, ubi cōſiderat̄ factū, & non uolun-
7 tas ſeu ppoſitū; facit. c. oēs. 30. q. 1. †Et in fi. gl. hodie pbat̄ cōcluſio gl. in c. fi. ĩ. e. li. 6. ubi dr̄, ꝙ hæc cognatio ſpūalis ſolum ꝯhitur in ſacro baptiſmatis, & confirmationis. unde p pnīam bene efficitur filius ſpūalis ſacerdotis, ſed nō oritur
8 cognatio impediens & dirimens matrimonium. † Et quæ prædicta ſunt de baptiſmate, procedunt etiam in laico, qui baptizaret in neceſſitate, quia iura loquuntur indiſtinctè in baptiſmate. Nam, ſi laicus leuans ſeu tenens in baptiſmate contrahit iſtam cognationem ſpiritualem, fortius idem dicendum in laico baptizante; & idem dicit, ſi mulier baptizaret tempore neceſſitatis, quia non eſt differentia inter maſculum & fœminam quò ad iſtam cognationem ſpiritualem, ut in c. fi. ĩ. eo. tit. lib. 6. & in c. ueniens, ſ̄. eo.

De cognatio legali, Rubrica.

Viſo de cognatione ſpūali, meritò ſubiicitur de cognatione legali. & uide ad mām huius. ti. tex. cum gl. 30. q. 3. c. 1. & in c. p adoptionem. Et dic, ꝙ adoptio legalis eſt quædam proprinquitas à lege inducta, per q̄ efficitur quis fili⁹ uel nepos, uel deinceps, ſeu frater uel affinis, qui non eſt, naturam imitans. l. adoptiones, ff. adop. Et qualr̄ ꝯhitur iſta adoptio, dic ut in gl. c. ſeq. Et no. ex rubro iuncto nigro, ꝙ lex ciuilis q̄nque inducit impedimentum habile ad impediendū & dirimendum mr̄imonium, ſed puto hoc procedere non ex diſpoſitione iuris ciuilis, ſed ex ſpāli approbatione eccl̄iæ. vñ ius ciuile phibet mr̄imonium inter pupillam & tutorem, & inter ſenatorē & ſubditam, ſeu rectorē prouinciæ ſeu prouincialem, nihilominus de
b iure canonico tenet inter iſtos mr̄imonium, b quia ius canonicū ſpecifice illas leges non approbauit; & de hoc uide bo. gl. 30. q. 3. in c. 1. per Hoſt. in c. pe. & ultimo, de ſecundis nup.

SVM-

ZACHARI.

a Poſt publicationem atteſtationū. Adde, an hoc ſit indiſtinctè uerū, per Lanfran. de Ori. in c. qm̄ cōtra falſam, nu. 2. uer. q̄dam ſunt peremptoriæ, ſ̄. de prob.

SEB. SAPIA.

a Atteſtationum. Vide Feli. in c. paſtoralis, col. 4. uer. reſpectu uerò fallentiarum, ſ̄. de exceptio.

b Matrimonium. Ange. conſi. 92. in fin. Gof. & Ioan. And. ut refert Cy. in l. fi. C. de interdi. ma. Ang. in inſtit. de adopt. §. illud. Vincen. hercu. in diſputatione ſua inci. Peruſin⁹ quidam, ubi latè.

SVMMARIVM.

1 *Inter adoptatum & filiam adoptantis adoptione durante non poteſt matrimonium ſubſiſtere. 56.*
1 *Cognatio ſeu propinquitas oritur per adoptionem nedum inter adoptātē & adoptatum, ſed etiam inter adoptatum & filios adoptantis.*
Cognatio legalis non durat niſi durante adoptione.
Cautela pro uolente matrimonium contrahere adoptione non obſtante.
3 *Adoptio non iuridicè facta non cauſat legalem cognationem.*
Forma, quando dat eſſe rei, illa non ſeruata inualidat actum.
4 *Clericus, caſtrati, & ſpadones an adoptari poſſint?*
Aetas. 18. an hoc eſt plena pubertas, requiritur in adoptante.
Senibus indulgenda eſt poteſtas adoptande, ut in ſolatium uitæ poſſint filios acquirere.
5 *Adoptata ſi non tranſit in ptātem adoptantis, an poſſit in uxorem duci per filium naturalem adoptantis?*
6 *Adoptio ſiue legalis cognatio an impediat & dirimat matrimonium?*
7 *Illegitimus non poteſt matrimonium cōtrahere cum filia ſpirituali patris ſui. Illegitimus non poteſt contrahere cum filia adoptata patris ſui.*

CAP. I.

1 SI *qua*. †Inter adoptatū & filiā adoptantis nō p̄t durāte adoptiōe cōſiſtere matrimoniū, & nō diuidit̄. Caſus lit. Pater meus adoptauit ſibi aliquā in filiā, q̄rebat̄, an ego poſſum illā recipere in uxorē? Dicit Nic. ꝙ q̄diu durat adoptio iter me & illā, matrimoniū cōſiſtere nō p̄t. B. †Not. 1. ꝙ p adoptio-
2 nē lḡimè factā orit̄ ppinquitas, ſeu cognatio nedū inter patrē adoptātē, & adoptatum, ſed ēt iter adoptatum & filiam adoptantis, hæc tamen cognatio reſpectu filiorum nō durat, niſi durante adoptione. ſi qs ergo uult filiū ſuū nālē tradere in uerū filiū adoptiuū, remediū eſt, ut emācipet filiam adoptiuā, ita dicit tex. in. c. p adoptionē. 30. q. 4. † Sed hic q̄ro de duobus. primò pone, ꝙ circa ſolēnitatē legalē aliqs
3 corā uicinis ſeu honeſtis uiris recipiat aliquē in filiū, nunqd ex iſta adoptione īpediat̄ matrimoniū, put hic dicit̄. & nunquid iſte filius acqrat iura filii lḡimi adoptati? Hoſt. tenet hic, ꝙ ñ, qd̄ bñ notabis, qm̄ nō ſeruata forma corruit ex toto iſte actus. Forma. n. dat eſſe rei, & cōſeruat eā in eē, ut ĩ c. tua, ſ̄. de ſpō. & c. qa pp, de ele. & p hoc tex. ĩ. l. nō nudis, &
r ĩ. l. nō epiſtolis, C. de pba. dēt. n. adoptio [a] fieri corā magi-
4 ſtratu, put hr̄ in gl. 1. & dic, ut in ea. †Scd̄o q̄ro, nūqd pſbyter poſſit lḡimè adoptare? Hoſt ſentit ſup rub. ꝙ ſic. nec ob. inſtitu. de adopt. §. illud qa loqt̄ in caſtratis, & ſpadonib. q nālr̄ gn̄are nō pn̄t. uñ, ſicut nō pn̄t hr̄e filios nāles, ita nec adoptiuos, qa iſta cognatio legalis ē īducta ad inſtar nālis vñ imitat̄ naturā, inquātū p̄t. hinc eſt, ꝙ niſi qs p̄cedat adoptatū. 18. annis, & ſic in plena pubertate, non ualet adoptio,
SVMMARIVM.

1 *Illegitimi filij legitimantur per subsequens matrimonium inter parentes. spurij uero non.* 2.
2 *Matrimonij tanta est uirtus, quod filios illegitimos legitimat, licet contrahatur sine dotibus, instrumentisque dotalibus, & hoc est uerum de iure canonico, sed legistæ tenet contrarium.*
3 *Matrimonium si aliud contrahatur intermedium, an filij illegitimentur per aliud matrimonium.*
4 *Legitimati per subsequens matrimoniū, an sint uere legitimi, uel habeātur tanquam legitimi; an ueniant in dispositione statuti loquentis de legitimis?* 5.
6 *Legitimati per sequens matrimonium nō excluduntur ab hæreditate paterna.*
7 *Legitimati per sequens matrimonium, an succedant patri in feudo, & quid de legitimatis per rescriptum principis?*
Legitimatus per sequens matrimonium potest esse episcopus.
8 *Illegitimus de adulterio natus, non legitimatur per sequens matrimonium.*
Filij nati ex illo, qui ignoranter ɔxit matrimoniū cū coniugata sunt legitimi.
9 *Legitimi filij tm̄ dicuntur adoptiui, & si sunt emancipati, nō succedūt patri.*
10 *Legitimi & naturales dicuntur filij nati ex uero matrimonio, uel putatiuo, et isti exclusis alijs succedūt parētib. & sunt quasi domini illis uiuentibus.*
Comitum filij, etiam in uita parentum, dicuntur comites.
11 *Legitimi & spirituales filij dicuntur suscepti in baptismate, uel confirmatione & isti in nihilo parentibus succedunt.*
Filij spirituales papæ dicuntur omnes Christiani.
Filij spirituales episcopi dicuntur omnes de eius ciuitate & diœcesi.
Filii spirituales sacerdotis dicuntur omnes de sua parochia.
12 *Naturales tantum filii dicuntur largo modo omnes nati ex illicito coitu, sed proprie dicuntur nati ex concubina in domo detenta, & isti in aliquo parentibus succedunt. sed diuersa est opinio.*
Imperator potest filios naturales habilitare ad hæreditatem per eius rescriptum, & per legem.
13 *Spurij proprie qui dicantur, & isti in nihilo succedunt parentibus.*
Alimenta filiis etiam spuriis per parentes debentur de iure canonico, secus de iure ciuili.
Filius illegitimis an possit aliquid legari per parentes?
Filius illegitimus quandoque succedit matri, nisi sit illustris.
Parentes non succedunt filiis in illis casibus, in quibus filii non succedunt parentibus.
14 *Filii illigitimi legitimantur per sequens matrimonium?*
Concubinatus de iure canonico est omnino damnatus, & magis prohibetur quam simplex fornicatio.
Filii ex Christiano & infideli an legitimentur per sequens matrimonium.

CAP. VI.

1 *TAnta.* †Famosū ē, & quotidie allegat ī vtroque foro; a & ihærēdo uerbis lræ. h. d. ī summa. Näles legitimāt p subsequēs parētū ɔiugiū, spurii uero nō, & sunt duę partes. Secđa, ibi: *si autem*. Casus lit. aliqs filios suscepit de aliqua muliere, post modū ɔxit mrimoniū cū eadē; qsitū fuit, utrū filii añ matrimoniū suscepti, legitimi sint habēdi? rñdet papa, q tāta est uis mrimonii, vt q añ mrimoniū sunt geniti post mrimoniū ɔctū legitimi habeāt, tñ si uir uxore sua uiuēte aliā cognouerit, & ex ea filios susceperit, nihilomin9 spuri9 ē habēdus, & repellend9 ab hæreditate, licet post mortē uxoris cū illa ɔxit, & pcipuè si ī mortē uxoris alteruter eorū aliqd machinatus fuerit B.

2 †No. 1. ibi: *tanta est uis*, i. uirt9 seu potētia &c. q legitimatio filiorū antea genitorū firmat sup virtute & potētia mrimonii, & sic pp bonū mrimonii, qđ ē fauorabile fingit mrimoniū a principio fuisse ɔctū. Et ex hac lrā infert ad qōnē, nūqd indistictè p subsequēs mrimoniū legitiment antea geniti? & vr q ñ: qa iura ciuilia reqrūt, q matrimoniū contrahat cū instrumētis dotalibus; ut insti. de nup. §. aliqñ, & instit. de hęre. quæ ab intest. defe. post prin. & in authen. qui. mo. natu. effi. sui. §. fi. unde secundum leges, vbi non interuenit instrumētū dotale non sufficit matrimoniū ad legitimationē filiorū ante genitorū, & ita expresse sentit Bal. in li. feu. in tit. si de feu. fue. contro. c. naturales. Sed
c canonistæ Mod. cōiter tenent oppositū, & ita cōsultum c est per Gas-

par. de Cal. & d. Ant. & ita pluries in facto rñdi sequendo hanc opi. p qua aptè facit iste tex. q fundat se sup potētia & uirtute mrimonii, ad cuius esse nō reqrit instrm dotale; & sic legistę cōiter in practica sequunt hoc dictū;

3 & p hoc. c. 1. s. eo. †No. 2. ibi, *post contractum matrimonium*, q ius istud nō reqrit, ut nullum mrimoniū sit intermediū, s. inter natiuitatē filiorū, & ɔctum mrimonii cū illa muliere. Et ex hoc infert, q si hñs filios ex cócubina ɔhat cū alia muliere, & ea mortua ɔhat cū cócubina, q filii legitimātur nō obstante mrimonio intermedio; & ita decidit Ioā. And. in reg. sine culpa, de reg. iu. li. 6. in Mercu.

4 † No. ibi, *legitimi habeantur*, q isti ante geniti nō uere sunt ltīmi, a sed debēt hri p ltīmis, qa uerbū, habeant, est uerbū fictitiū. Et ex hoc dicit d. Ant. q si statutū fecit mētionē de ltīmis nō cōprehendunt isti ltīmati p sequēs mrimoniū, qa statutū non uerificatur in casu ficto, ut in l. 3. §. hæc uerba, ff. de neg. gest. secus dicit, si hæc uerba pferant à iure cōi; & sic trāsit hic, sed ipsemet tenet oppositū in c. p uenerabilē, in repeti. j. eo. in 20 col. & istud puto uerius, quia isti sunt authoritate iuris legitimi. nec ob. uerbū, hñtur, qa, ubi pfert ab hñte ptātem, paria sunt dicere, sint ltīmi, & habeant p ltīmis; & p hoc c. ex pte. s. de spō. sicut in sīli dicit Bar. paria esse, q statutum dicat, habeant p ciuib9, uel sint ciues, ut no. in l. si is q p emptore, ff. de usuc. & in l. si maritus, ff. de adul. p hoc facit qđ j. subiiciam.

5 †Not. ibi, *spurius*, q natus ex adulterio dr spurius; & dē spuriis, & aliis uocabulis filiorū nō ltīmorū hēs bonā gl. in c. nisi cū pridē, de renū. in uer. *manzeres*. Et uide Bar. in l. si gener, ff. de his qui. ut indi. q dicit spuriū appellari quēlibet natū ex coitu à iure reprobato. Vinc. sentit hic, q solū nat9 ex cócubina appellat nālis simplr. alii uerò, licet ex soluto & soluta, pñt appellari spurii; & ibi uide plenius, qđ uerbū no. qa nō solet allegari p canoni.

6 †Not. ibi, *& ab hereditate reppellendus &c.* arguēdo p locū à spāli, & legitimati per sequēs mrimoniū nō dēnt repelli ab hæreditate; qđ pbat clarius. j. c. pxi.

7 †In gl. 1. ibi, *quo ad omnia* No. gl.
b sing. q ltīmat9 b p sequēs mrimonium est legitimatus quo ad oīa. & no. qđ gl. sentit, q sunt legitimi, quia facit p his, q dixi sup tex. Et hanc gl. adduco ad qōnem, q ponūt doct. s. c. pxi. utrum legitimatus p sequēs mrimonium succedat c parētibus in feudo? vr q nō p tex. sing. in c. näles, in lib. feu. in tit. si de feu. fue. contro. ubi dr, q naturales ēt legitimati non succedunt in feudo pris, sed in terminis nris ɔriū tenet ibi Ia. de Bel. & cōiter doct. & Host. s. c. pxi. & ille tex. intel d ligit de legitimato p rescriptū principis, qa cum illa legitimatio sit stricti iuris, tanq dispēsatio ɔ ius est restringēda, ut in c. qđ dilectio, s. de consan. & affi. Sed mrimoniū tanq fauorabile purgat oīa pcedentia. Itē si rescriptū principis pōt illū habilitare ad feudū, si de hoc facit mentionē, ut no. uult ibi gl. ult. q notabis, fortius ergo mrimoniū subsequēs, qđ trahit retro, & fingit ɔctū ante natiuitatē filiorū, uel filii cēsent nati tunc tpe ɔctus mrimonii. Et p hac opi. optimè facit illa gl. quæ non solet allegari ad hoc; & hoc teneo indistinctè. Sed Bal. in d. c. naturales, distinxit, utrum in cōcessione feudi sit dictum, ut transferatur ad posteros ex se legitimè descendentes; & tunc sm eum non succedunt. Aut fuit dictum simplr, ut transferatur ad posteros legitimos; & pcedit prima opin. Sed (ut dixi) mihi indistinctè placet prima opi. q mrimonium retro fingit fuisse ɔctū; & sic sunt isti hñdi, ac si legitime descendissent fauore mrimonii; & p hoc adduco bonū tex. in c. cum in cunctis, de elect. ubi dr, q pmouend9 in epm debet esse natus de legitimo matrimonio; & tñ legitimat9 p sequēs mrimoniū pōt eligi in epm,

8 ut no. gl. & cōiter doc. in c. innotuit, de elec. † In gl. 2. in fi. Nota sing. istā gl. q hoc cōcludere intēdit, q filius suscept9 in adulterio nō legitimat ēt p sequēs mrimoniū, licet alter ignoraret, q cōmitteret adulteriū; & in hac opi. residet glo. Io. An. dicit hoc pcedere, ubi nō interuenit mrimoniū, uult dicere, q si qs ignorāter ɔxit mrimoniū cum cōiugata, filii inde geniti sunt legitimi, ut in c. ex tenore. j. eo. secus, ubi nō interuenit ɔct9 mrimonii; & hæc pōt esse diuersitatis rō, qa cōtrahens mrimonium dat operā rei licitæ. iō ignorantia sua excusatur, sed admittens uirum sine mrimonio dat operā rei illicitæ; iō ignorātia sua nō est pbabilis, nec dēt inde cōsequi pmium; & hæc opinio videtur ēt placere d. Ant. & eā puto uerissimā, quia dāti operā rei illicitæ imputātur oīa, quæ sequuntur pter uoluntatem suam, ut in c. tuā. j. de homi.

9 † In gl. fi. in fi. No. sing. hanc gl. ad q quotidie fit remissio. sed tu dic plenius, q gl. & docto. hic, q quidam sunt legitimi filii tm̄, ut adoptiui, uel arrogati; & dicuntur legitimi tm̄, quia sm naturā non sunt filii, sed sm legem duntaxat, quia lex inuenit illā cognationem, ut patet. s. de cogna. leg. in rubro & nigro; & isti si sunt ltīme emancipati à patre legitimo, in nullo succedunt. Sed si nō sunt emācipati, succedunt patri legitimo una cum aliis legitimis & naturalibus; & de his dic, ut plenius no. in l. fi. C. de adop. & in §. adoptiui, insti. đ hære. q ab inte. defe. & ī l. si pr, ff. de adop.

10 † Quidā sunt filii legitimi & naturales, ut sunt nati ex legitimo matrimonio uero, uel putatiuo; & dicuntur naturales, qa sm naturam sunt geniti; & dicuntur legitimi, quia cōiunctio parentum est approbata a lege. b isti succedunt parentibus ab intestato. unde oibus exclusis ipsi pferuntur, ut in auth. de hære. q ab inte. ueni. & sunt quasi dñi uiuentibus parentibus. solum. n. deest eis administratio, ut insti. de hære. quali. & diffe. in §. sed sui; & iō ex consuetudine lege inducta filii comitum appellant comites ēt in uita parentum c ut no. 24. q. 1. c. fi. & p Bar. ī l. 1. đ dig. li. 12.

11 †Quidā sunt filii spūales & legitimi, ut suscepti ex baptismate, uel cōfirmatione; & isti in nihilo succedunt d parētib9 spūalibus, quia nō reperit iure cautum; & forte ea rōne, quia cum ista cognatio consistat in spū, nō dēt extendi ad bona tpalia exteriora; & idē fortius dicendum in spiritualibus filiis tm̄. nā oēs Christiani pñt dici filii papę, & oēs diæcesani filii epi; & oēs de parrochia filii sacerdotis, ut in c. oēs. 30. q. 1. Isti. n. (ut dixi) in nullo succedunt parentibus spiritualibus.

12 †Quidam sunt filii naturales tātum; & generaliter oēs nati ex coitu pñt dici naturales, sed quia aliquis coitus est reprobatus à iure ciuili expsè, ut cū cōsanguinea, uel cōiugata, uel simili. aliqs nō approbatus, nec reprobatus, ut cū cócubina retenta in domo, ut in l. in cócubinatu, ff. de cócubi. iō lex distixit īter naturales tm̄, & spurios. Naturales tm̄ appellātur isti, q sunt nati ex concubina retenta in domo loco uxoris; & isti succedunt patri ab intestato in duabus unciis totius hæreditatis, dūmō nō extēt filii ltīmi, uel cōiux legitima, ut in auth. licet patri, C. de natu. li. Et no. qa gl. hic, & ī c. pcedēti, & in c. nisi cū pridē, de renū. uidetur sentire hoc pcedere đ iu

a Legitimi. Ex quo infert, q stāte statuto, & stantibus filiis legitimis & naturalib. filia nō succedat, habet locū in filio legitimato, Bal. in l. eā quā, C. de fideicō. Pau. de Cas. in l. sed si hac. §. patronū, ff. de in ius uo. cōsuluit idē Pau. de Ca. in cōs. 222. &. 224. Bar. tenet in l. si is qui, pro emptore, ff. de usu ca. uer. itē qrit circa pdicta. ubi concludit, q legitimat9 uere dicit legitim9. iō legitimatus excludit substitutū datū in casu, si hrs decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, ut p Alex. ī l. ex fcō, ff. đ uul. & pup. in 4. col. & ibi per Inn. Et an legitimatus dicat uere legitim9, habes per Alexā. cōsi. 87. ī 2. uolumi.

SEB. SAPIA.

b Legitimat9. Vide Paul. de cast. ī cōsi. 223. incip. sup eo, qđ prio loco qrit, colū. ulti. secūdum antiquā. ubi tenet, q statutū disponēs de filiis legitimis nō habet locū ī filio ltīmato per subsequēs mrimoniū, & idē tenet Ang. in cōsi. 75. inci. p reformationē, & ī cōsi. seq. de quo latè per. d. Ias. in repe. l. si is, q p emptore, char. 17. ff. de usuc.

ZACHARI.

c Vita parētū. Ade Bal. in l. ī suis, & ibi bon9 tex. ff. de liber. & posth. tex. 7. q. 1. c. q periculosum, & Bal. in l. liberti, col. 7. C. de ope. li. & Old. consi. 94. qđ facit ad dictū multū notabile, s. q debent citare ad iudiciū ɔtra prem motū, ut diffuse tractat Oldra. consi. 114.

d Succedunt. Idem dicit Bal. in aut. nisi rogati, C. ad ad Treb. Bellentz.

re canonico &c. Sed Gof. in c. s. ꝓxi. fuit in ꝯria opi. ꝙ cum de iure canonico cōis coitus ṗter uxorium sit expsse reprobatꝰ 32. q. 4. c. nemo, & c. meretrices, non debēt isti parentib. in aliquo succedere. Sed Hosti. ibi sentit oppositū dicens ꝙ hodie a ēt de iure ciuili oīs coitus ē reprobatꝰ a per auth. de lenonib. & auth. scenicas mulieres, col. 5. & in auth. ut nō luxu. ꝯ natu. col. 6. & in similib. in quib Imperator dicit, ꝙ ē castitatis amator, & ꝙ ĩ istis spiritualib. uult. seq dispositionē canonū, ut ĩ auth. de eccle. tit. colla. 9. Sed imperator sicut per rescriptum pōt filios nāles habilitare ad hęreditatem, ut in auth. qb. mo. nat. effi. sui. §. illud, ita per generalē legē, quasi uelit dicere, ꝓsupposito ꝙ coitꝰ cōcubinariꝰ sit hodie reprobatus, lex tñ uoluit & potuit uocare filios ab ītestato ad duas uncias, & hæc opi. plus placet mihi, qa in hereditatibꝰ stādū est iuri ciuili, ex quo ius canonicum non disponit expresse in ꝯrium, allego tex. in c. p uenerabilē. ĩ. e. ĩ fi.
13 † Quidā sunt filii spurii, & possunt dici spurii oēs nati ex coitu à lege ciuili reprobato, uñ uulgo ꝯcepti pñt appellari b spurii,[b] uel nati ex soluto, ex quo nō erat concubina, ut sentit hic gl. & expressius Bar. in d. l. si gener, & isti in nihilo succedunt patri, pro hoc uide, qđ no. Io. And. in addi. Spe. in ti. q fi. sint legi. circa prin. ubi dicit, ꝙ ꝓpriè naturales tm̄ sunt nati ex concubina retenta in domo, quinimo natis ex coitu reprobato iura ciuilia denegāt alimēta, ut in auth. ex cōplexu, C. de ice. nup. Sed de iure canonico alimēta præstant ṗp equitatē naturalem, ut in c. cum hret, de eo qui du. in matri. q̃ pol. p adul. Nunquid aūt aliquid possit relinqui istis filiis, dic ꝙ sic ṗp alimēta. Itē p dote, de quo uide p Bar. in d. auth. ex cōplexu, & pleniꝰ in d. l. si gener, & uide q̃ dixi ĩ d. c. cū hret. ṗdicta procedunt respectu pris, sed respectu mris dic breuiter ꝙ aut est filiꝰ natus ex cōcubina, & succedit mri pariter cū legitimis, ut in §. uulgo cōcepti, insti. de suc. cogna. & ĩ l. si q̃ illustris, C. ad Orfi. ēt si mr sit illustris psona, ut ibi no. Aut ē filius natus nō ex cōcubina, sed uulgo q̃situs, & succedit mri una cū aliis legitimis, nisi mr sit illustris, ut in d. l. si qua. Aut ē natus ex dānato coitu, & tūc in nihilo succedit ēt mri, ut in d. auth. ex cōplexu, & idē dic e ꝯ, ꝙ parētes nō succedūt filiis eo casu, quo parētib. filii nō succedūt, ut no. Bar. in d. l. si gener. In aliis filiis dic, ut. s. dixi ĩ pre, & uide respectu mris, qđ no. gl. & Bar. in d. l. si qua, & p hoc habes ple-
14 ne mām huius gl. † Quero, nunqd nati añ mrimoniū[c] indi-
c stinctè efficiant legitimi post ꝯtum mrimonii? Io. An. in quadā, apostil. ur poner rlam, ꝙ ex quocunq; coitu sint nati dūmō potuerit esse uxor eius, si cōsensus affuisset, legitimātur per sequens matrimonii, secus aūt, si non potuerit esse uxor eius, ut in casu scđo huius. c. ul quia Saracenus habuit filiū ex Xpiana. nam licet postea efficiat Xpianus, & cū illa ꝯhat; nō tñ ꝓles legitimat, qa tpe natiuitatis non poterat esse mrimoniū, ut in c. caue. 28. qō. 1. Idē dicit Vincen. ĩ natis ex coitu incestuoso, licet postmodū ꝯhat mrimoniū per
d dispensationē eccłię; nō tñ filii antea geniti legitimātur,[d] qa tūc nō poterat esse mrimonium obstāte impedimento affinitatis, ul ꝯsanguinitatis, nisi aliud dicat ĩ dispēsatiōe. Aduerte diligēter. nā ex primō dicto Io. An. seqtur, ꝙ nati ex soluto & soluta indistinctè efficiunt ltimi, q̃q inter eos nō eēt ꝯcubinatus. Cōtrariū re pio aptè tenere Bar. in l. in ꝯcubinatu, in §. 1. ff. de ꝯcu. ubi dicit p seqūēs mrimoniū solū ltimari natos ex ꝯcubina retēta ĩ domo; & credo, ꝙ uerū dicit ĩspecto iure ciuili, ut p3 insti. de nup. §. aliqñ, & insti. đ hær. q̃ ab intest. dese. post prin. & ꝙ tales filii ltimant, & nō alii, ꝯsuluit ēt Oldr. sed in ꝯriū allego gl. ordi. in d. c. innotuit, de elec. q̃ tenet ibi Io. An. & Goffre. in sum. de fi. ꝓsby. §. qd si qs, & Cōpostel. in d. c. innotuit, & in c. qualis. 30. q. 5. & placet mihi hæc opi. inspecta mēte canonū. nā ista lra nō se fundat sup ꝯcubinatu, sed indistinctè ṗp potētiā mrimonii ltimat antea natos, uel genitos. nec dēmꝰ aduertere ad ꝯcubinatū, qa ꝯcubinatꝰ est expsè dānatꝰ à iure canonico, ut in c. nemo. 32. q. 4. Et ex ꝯria opi. seqret, ꝙ magis faueret pctō diuturno & ꝯtinuo, q̃ momētaneo. Sed ius ciuile tpe suo hūit bonā ꝯsiderōnē, qa cū ꝯcubinatꝰ nō eēt dānatꝰ, iō ex illo genitos uoluit ltimare, sed cū ius canonicū magis reprobat cōcubinatū, q̃ fornicationē simplicē, iuxta not. in c. ex pte Adæ, & de testi. fortiꝰ dēnt ltimari nati sine ꝯcubinatu, q̃ in ꝯcubinatu; & hoc no qa apit multū intellectū huiꝰ. c. nec expsè tangit hic p doc. Ad id, qđ dixi de nato ex Saraceno, Gaspar. de Cald. tenet hic ꝯriū, dicēs ꝙ cū iste tex. nō excipiat, nisi unū casum, nō dēmꝰ ĩpedire ltimationē in casu ṗdicto. nā poterat eē mrimoniū, si ille effectꝰ eēt Xpianus, uñ satis est, ꝙ nō suberat impedimētū perpetuū. Sed mihi plus placet opi. Io. An. qa mrimoniū hoc casu nō pōt retrotrahi ad tps natiuitatis. nā ad hoc, ut fictio operet uim suā, oportet, ꝙ habeat extrema habilia, s. tps ad qđ, & tps a quo, ut no. in l. si is, q ꝓ emptore, ff. de usuc. Cōclude ergo, ꝙ ubi coitus nō poterat esse uxoriꝰ, obstāte aliquo impedi-
e mēto nō reuocabili sine dispēsatiōe eccłiæ, nō ltimant[e] filii p subseqūēs mrimoniū; & sic intellige istū tex. nā ea rō, q̃ est in existētia mrimonii, ꝓcedit in quolibet alio impedimēto ꝑpetuo; & ad pleniorē intellectū huius. c. uide qōnes, q̃s format Io. An. ĩ reg. sine culpa, đ re. iu. ĩ Mer. li. 6. &c. Ab.

SUMMARIUM.

1 *Iudex ecclesiasticus inter laicos non cognoscit de causa ciuili; cognoscit tamen, an quis sit de legitimo matrimonio natus.*
2 *Papa in tpalibus non debet iurisdictionem suam inter laicos exercere, & nu. 6.*
Papa delegat causas clerici contra laicum.
3 *Iurisdictio temporalium causarum spectat ad regem in regno suo.*
4 *Spolij causa inter laicos non cognoscitur per iudicem ecclesiasticum, seu papam, nisi sint personæ miserabiles.*
5 *Papa pronuncias super hæreditate, cum uenit accessoriè ad causam legitimationis; secus, si principaliter agitur.*
6 *Papa potest punire imperatorem, si deliquerit.*
7 *Petere an quis pronuntiari possit se legitimum.*

CAP. VII.

1 *Causam, quæ.* † De cā ciuili inter laicos nō cognoscit ecclesia, cognoscit tñ, an qs sit de ltimo mrimonio natus. Primò ponit cōmissio. Scđò eius forma, & limitatio, ibi, *uerum* Casus lralis. Nota ordinē huius facti. Rodul. de quo hēs. s. e. in c. cām q̃, & iste. F. de quo agit hic, fuerunt fratres. Rodul. iste suscepit Agathā đ aliena muliere. Aga. ista de ltimo mrimonio suscepit istū. R. de quo fit hic mentio; & sic Rodul. fuit auus istius. R. iste Rodul. auus huius. R. iuit ultra mare, & dimisit istum. R. & Agathā matrē suā filiā ipsiꝰ Rodul. in possessione oīum bonorū ipsius, audito, ꝙ Rodul. frater. F. de quo hic hr, eēt mortuꝰ ultra mare. F. iste statim spoliauit istū. R. possessione oīum bonorū Rodul. aui sui, in quorū possessione remāsit, qñ iuit ultra mare, qa dicebat Agathā neprē suā matrē istius. R. non fuisse de ltimo mrimonio natā, ut s. eo. c. cām, q̃; & sic nec filius eius. R. debebat succedere Rodul. fratri suo, sed ipse. F. unde iste. R. sic spoliatꝰ ab. F. auunculo suo impetrauit lras sup restōne sua ad ipsos epos London. & Vigoren. sub hac forma, ut dērent cognoscere sup eo, ꝙ mater ipsius. R. dicebat de nō ltimo mrimonio nata, ita tñ, ut ante ingressum principalis causæ dērēt ei restituer hrditatē aui sui, sed qa rex turbatꝰ fuit, & motꝰ, ꝙ ṗp iudiciū possessoriū ꝯmiserat illis, reuocauit iudi-
cium

a SEB. SAPIA. Reprobatus. ꝙ de iure ciuili hodie sit reprobatꝰ concubinatus, firmat Fel. ĩ c. cū sit gñale, col. 7. uers. respectu concubinatꝰ, s. đ fo. cōpe.
SEB. SAP.
b Spurii. Qui sint spurii, & multa de spuriis tradit Bar. i l. fi. ff. de his q. ut idi. & no. Moder. in l. 2. in pri. ff. de uer. ob. Fran. Cur. senior in repe. l. admonendi, col. 2. & 3. ff. de iureiur. ubi tangit, an spurij sint infames.
ZACHARI.
c Nati ante matrimonium. Adde đ hac. q. qđ posui ĩ pria mea apostil. in uer. ꝓsubseqūēs matrimoniū. §. e.
d Legitimant. Bar. in l. eū q. ff. đ stat. ho. uer. inducitur. hęc Bal. in c. naturales, si đ feu. fue. cōtra ĩ uers. feu. & Bal. ĩ l. si cōtra, C. de nup. & p eūdē in l. ex li. C. đ suis & legiti.
e Nō legitimātur. Adde, qđ late uoluit Pet. đ Anc. cō si. 410. s. etiā all.

ciū istud de restōne, qđ ptinet ad regē, & mādat, ut ꝓcedāt sup qōne natiuitatis ipsiꝰ Agathę, s. utrū nata sit de ltimo matrim. licet incongruū uideat, ut mrimoniū, de quo nata fuit Agatha genitrix dicti. R. ĩpetat, quod ea uiuēte nō fuerit ĩpetitū. sed qa iudices isti fortè nō ꝓcedebāt, ĩperauit eādē cām cōmitti epis. Exoneñ. & Vintoñ. & eidē Lōdoñ. & qa F. hēbat suspectū epm Londoñ. fecit illū remoueri loco, & sibi substitui abbatē Herfordē. ut. s. de of. del. c. cām q̃, & s. e. cām, & sic hēs totā cōtinētiā istarū decre. ēt hoc dēret
2 ṗcedere in ti. isto illā decre. cām. B. † No. 1. ꝙ inter laicos ñ dēt ṗp iurisdōnē suam exercere in tpalib. ex quo clarissime infert papā nō hre saltē executionem iurisdōnis tpalis, ꝗde
2 quo hic in gl. de cōsuetudine tñ dat literas clerico ꝯ laicū:[a] sed nō laico ꝯ clericū, ut no. in c. si clericꝰ, & in c. ex trāsmis
3 sa, de fo. cōp. † No. 2. ꝙ iurisdō cārū tpaliū pertinet ad regē in toto suo regno, & sic reges de iure hēnt iurisdōnē in re
4 gno. † No. 3. ꝙ ēt in cā spoliationis nō ṗt papa inter laicos cognoscere, quod intellige, nisi sint psonę miserabiles, de quo dic, ut in c. significātib. de of. dele. & in c. ex parte, đ fo
5 ro cōp. & in c. sup qbusdā, de uer. sig. † Opp. ꝯ tex. de c. 1. s. e. ubi ṗp ꝓnūtiat sup hęreditate, cū uenit accessoriè ad cām ltimationis, cuius ꝯriū hic innuit. Sol. ibi ꝓnuntiauit incidēter, s. pꝰ, q̃ cognouit de ltimatiōe, uñ accessorie ṗt bñ ꝓnūtiare sup tpālib. ut in c. prudētiā, de do. post diuor. re sti. Secus erat principalr, ut hic nā ante ingressum causę ltimationis mādat restōnē fieri, & tene mēti istū tex. qa quoti-
6 die ad ṗdicta allegat. † In gl. 2. ĩ fi. No. bñ istā gl. ad quā quotidie fit remissio, & uarii fuerūt doc. circa hāc qōnē, & inter cęteros Host. tenet ult. ptē glo. dicit tñ, ꝙ in ṗiudicium aliorū papa nō dēt uti iurisdōne tpali, ut in c. uenerabilē, đ
b ele. & hic: sed Imperator sic. Dicit ēt, ꝙ si Impator[b] delinqueret ēt in tpalib. posset puniri a ṗp, sicut inferior p superiorē, qđ dictū tenebis sp mēti, & hodie tenēdū est ĩ dubio qđ dr hic ĩ ult. opi. gl. qđ hr in extra. Bonifa. unā sanctā. Et uide qđ no. Bar. in l. 1. ff. de requi. re. & plenā & bonā gl. in cle. aduersus, de hære. & plenissime tetigi in c. nouit, de iud. dic, ut ibi tāgo, an habitū iurisdōnis in tpalib. possit papa ĩ aliquibus casib. deducere ad actū. In gl. pe. in fi. No. gl. & ui-
7 de qđ no. gl. 24. q. 2. in sum. † Extra gl. quero post Inn. nūqd possit qs petere se ꝓnūtiare ltimū? Inn. instat, finalr concludit ꝙ nō, nisi ad aliquē effectū, puta si agit de successione, & opponit sibi, ꝙ nō est ltimꝰ. nā tūc ṗt petere se ꝓnūtiari legitimū, ut in c. 1. s. e. uel si diffamat de ltimitate, arg. in l. diffamari, C. de inge. manu. Quidā tñ dñt (ut ipse refert) ꝙ in hoc casu nō petitur, ut ꝓnūtiet ltimus, sed ut cesset dif-
c famatio, sed primū dictū est satis ęquū. An aūt hęc sñia[c] in cā legitimationis noceat, & profit aliis, uide hic plene Inn. qui concludit ꝙ non, per reg. res inter alios acta aliis &c. & no. hoc dictum. Abbas.

SUMMARIUM.

1 *Si mulier per iudicium ecclesiæ separata a primo uiuente illo, contrahit cum secundo, legitima erit proles, quam ex illa suscepit, & nu. 4. & 5.*
2 *Absentia coniugis quantunque diuturna non præstat cām legitimam separandi matrimonium.*
3 *Iudex pōt nuntium constituere ad citandum etiam cōsanguineum citandi.*
4 *Iudex ecclesiasticus, ubi de legitimatione cognouit, potest & debet se interponere, ne is, quem legitimum pronuntiauit, ab hæreditate excludatur.*
Absente coniuge an debeat procedi ad matrimonij separationem, altero coniuge instante? & nu. 6.
Sententia diuortij licet sit nulla, tamen si ad alia uota transeatur, filij exinde suscepti sunt legitimi.
Error iuris an & quando excuset.

CAP. VIII.

1 *Perlatum.* † Si mulier p iudiciū ecclesię separata a primo, uiuente illo ꝯhit cū scđo, ltima erit ꝓles, quā ex illo suscepit. h. d. Sūt duæ ptes. ĩ pria facti narratio. in scđa cōmissio, ibi: *ideoque*. Casus lit. Quidā. H. nomine habens uxorē ad ptes Cōstātinopolis se trāstulit, & p decē annos & amplius morā ibi faciens ad uxorē suā nō redit, uñ ipsa corā diœcesa. epo aduersus eū qrelā deposuit,[a] & ꝙ ipm ulteriꝰ expectare nolebat. Eps mādauit parētib. suis, ut p ipso mitterēt & ipm ad ꝓpria reuocarēt. Cū ergo diutius expectatꝰ fuisset, nec rediret, eps auditis rōnib. mulieris ĩter eos sñiam diuortii ꝓmulgauit; & đ dit mulieri lñiam cū alio ꝯhēdi, & sic authoritate ecclesiæ cū alio ꝯxit, đ quo filios suscepit. ꝯ istos
b filios obiiciebat, ꝙ ñ erāt ltimi, & iō ab hęreditate paterna repellēdi. Cōsultus ṗp mādat qbusdā, quatenꝰ, si cōstiterit, ꝙ eps ĩter eos diuortii sñiam tulerit, filios quos đ alio sustulit, ad cuiꝰ copulam author. eccłę transiuit, ltimos iudicent, & hac occasione ñ patiātur eos ab hęredi-
2 tate repelli. B. † No. 1. ꝙ sola absentia cōiugis q̃tūcūq; diuturna ñ ṗstat cām ltimā separādi mrimoniū, & si uxor dicat se ampliꝰ ñ posse cōtinere, concor. c. ĩ ṗntia, de spōsa. uñ intellige hic, ꝙ ista mulier alle-
3 gabat ĩpedimētū ꝑpetuū. puta cō. sangu. ul forte dicebat maritū mortuū. † No. 2 iudicē posse ꝯstituere nūtiū ad citādū ēt
d cōsāguineū[d] citādi, facit. c. cū dilecti, & qđ ibi no. de do. & cōt. † No. 3. in fi. ꝙ ecc.
4 cū cognouit de ltimatione, ṗt & dēt se ĩ terponere ne is, quē ltimū ꝓnūtiauit, ab hęreditate excludat, & sic ĩpedit se de tpalib. cū ueniūt accessoria ad spiritualia. In gl. 1. in fi. Aduerte, ut clarius intelligas istū tex. Opp. de c. qm̄. §. porro, & §. sinautē, ut lit. nō cōt. ubi dr, ꝙ ꝯ cōiugē absentē nō cōtumacē non dēt ꝓcedi ad instātiā alterius cōiugis, si petit matri-
d moniū separari ob aliqđ ĩpedimētū, qa cū cā ista sit grauis, ñ dēt ꝓcedi ad sñiā ꝯ absentē, qa si forte ille esset ṗsens, hret in prōptu defensiōes, cuiꝰ ꝯriū hic dicit. So. hoc c. legit multiplr. Prio, ut sentit hic gl. ꝙ iste fuit cōtumax, & hāc opi. tenuit ēt Gof. sed certe hæc lect. ñ cōgruit
e lrę, qa ñ apparet, ꝙ citatio nūq̃ istū affecerit. Secūda lect. colligit ex secūda gl. ꝙ hic fuit processum, ne ius mulieris piret. fortè. n. non potuit resistere stimulis carnis. hæc lec. nō est vera: quia in hoc casu licet mulier puniat sine culpa; nō tñ sine cā, vt dicit tex. in d. §. *si āt*. Tertia lectu. ꝙ hodie istud. c. nō ꝓcedat: sed stādū est ꝯrio: sed ista lect. est ꝯ id, qđ hr in procemio huius cōpilationis. Quarta lect. ponit ĩ fi. gl. ꝙ iste eps malè processerit: sed quia mulier nupsit authoritate ecclesię,
5 filii dēnt esse legitimi. † No. sing. istam lect. ex qua habes, ꝙ licet sñia separatiōis sit nulla, ex quo lata ē ab ecclesia, filii geniti ex alio matrimonio sunt legitimi. Ego tñ aliquātulū dubito, utrū sit uera, qa error iuris nō dēt excusare ēt mulierē, nisi ĩ casib. expressis, ut ĩ. l. pe. C. de iu. & fac. igno. nisi dicamꝰ, ꝙ error erat ꝓbabilis, q hēt rlr excusare, ut in l. rta, ff.
6 de iu. & fac. igno. † Quintā lect. tacitè sentiūt doc. sed clariꝰ loqt In. ĩ c. fi. de eo, q mit. in pos. cau. rei. ser. dicit. n. ꝙ ex quo
e maritus,[e] se absentat a muliere, si nō apparet de cā ltima, ꝓsumit se absentare ĩ

a Cōtra laicū, c. si clericꝰ. 11. q. 1. Alexā. consi. 69. in 1. uol. uer. si qs igit, cū seq. Sp. de cōp. iu. dele. §. 1. uersi. 30. Ioan. Calde. & An. de Bu. ĩ c. ex tenore, ĩ fi. s. de fo. com.
b Si imperator. Sequit Car. in cl. unica, de iureiu. ĩ. 18. q. si de uoluntate principum accusatur, & conuincatur, & tunc monebitur, & si nolit satisfacere, excōicabit, & si nō restituit, poterit a ṗp depōi. Est. n. papa maior eo. 96. di. c. duo. & de re iud. c. apostolicæ, li. 6. per Bal. i. l. cūctos pplos, C. de sum. tri. & fide cath. p p Corse. in tract. đ regia potestate. q. 47.
c Sñia. Ista opin. uidetur esse maxima restrictio ad l. ingenuum, ff. de sta. ho. sm Immo. in c. quanuis. s. đ sen. & re iud. tate p Alex. in. l. sępe, ff. de re iudi. in. 12 col.
d Consanguineū. Quinimo pōt cōmittere patri, gl. ĩ l. si ut ꝓponis, C. quō, & qñ iu. Bar. in extraua. ad repri. in gl. p lras.
SEB. SAPIA.
e Maritꝰ. Vide Abba. ĩ c. qm̄ frequēter. §. porro, colū. pe. ut lit. nō cōt. & in c. ex tuæ, s. de cle. ñ resi. & Fel. in c. dilectus, 2. col. 3. uersic. septima cōclusio, s. de res.

ZACHAR.

a Hęredem.bona est.n.illatio,filius ergo hæres, ut est tex.in aut.ut hi q obl.§. ut aūt non dem⁹, & ibi bona glo.in uer. parentes,& isti.de hære. quę ab itest. defe. §.sui,de quo plene in l.1.per Alb. de Ro.C.si minor ab hæ.se abst. & ꝑ Cel.in aut.de hęr. &Fal.in prin.uer. 1.itaq; in apost.

Legitimitate.Io. An.impugnat, qa per dispensatiōnē nō legitimātur filii aūgeniti,nisi đ filiis fiat mentio, arg. c. quod dilectio,s̃.de cōsan.& affi.doc.in c.tāta, s̃.e.d.Phil. Franc. hic .

ZACHAR.

Adde istum in c. per uenerabilem . j.eo.quod ꝓcedit nisi in terris imperii,no.Bal.in. l.1. C.de iu.aur.annu. Bar.in aut.ex cōplexu, C. de inces. nup.Alex.in l. qui in ꝓuincia de ri. nu.Rota dec.203. inci.inferior , in nouis.& Pa.de Ca. con.223.inci. visa quadā dispensatione,& cōs.217.inc. uidendum est.

c Sed est dubium. Vide Bal.in.l.& si cōtra,C. de nupt. gl.in cle.1. de cōsan.& afi.& an iuris ignorantia excuset , per Bal. & alios in. l. iuris, C.qui admit.

fraudē & malitiosè. iō sicut ꝯ absentem malitiosè p̄t ꝓcedi,ut ĩ d.c.§. si uero, ita & ꝯ istū,qui absentauit se cā ltīma nō apparēte, qa p̄sumit̃ abesse ēt in fraudē . nā qđ operat̃ ueritas ĩ casu uero, opat̃ præsumptio in casu p̄sumpto,ut ĩ.l. si possessor,& qđ ibi no.ff.de reli.& sum.fune.facit,c.is q,&qđ ibi dixi.s̃.de spōsa.& tene mēti istū tex.ſm hāc lec.& facit qđ legit̃ & not.ĩ c.1.j.ti.ꝓx.& ꝑ hac lec.facit iste tex.dū dicit , ꝙ ep̄s in hoc negotio fuit ꝓuidus & discret⁹,ergo iuste ꝓcessit. Ab.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex clandestino matrimonio per ecclesiam approbato sunt legitimi,& nu. 5.*
2 *Petere potest quis pronuntiari se legitimum .*
3 *Iudex ecclesiasticus, ubi pronuntiat quem esse legitimum,potest etiam simul pronuntiare eum hæredem.*
Filius præsumitur hæres .
Agens contra filium tanquam hæredem ,an teneatur probare illum esse hæredem?
4 *Filij nati ex coniugibus, qui post per aliud impedimentum separantur,an sint legitimi.*
5 *Filij nati ex coniugibus , inter quos aliquod impedimentum esse dicitur , tamen postmodum pronuntiatur nullum esse impedimentum,an sint legitimi ?*

CAP. IX.

1 QVod nobis. †Filii nati ex matrimonio clādestino ꝑ ecclesiā approbato sunt ltīmi.h.d. inherendo litterę,sed.j. clarius patebit uerus intellectus.
2 †No.1.ꝙ cū dubitat̃ de ltīmitate, p̄t qs licitè petere ꝓnūtiari se ltīmū , facit
3 ad ea q̃ no.Inn.s̃.e.in c.cām.†Scđo no.ꝙ iudex ecclesiasticus,q ꝓnūtiat filiū ltīmū
a p̄t sil̃ pronuntiare eū hęredē.[a]†Not.arg.
4 ex tex.ꝙ filius p̄sumit̃ hęres. uñ ad Galatas.4.fili⁹,ergo hæres.Et faciūt hęc ad qō nē.nūqd agens ꝯ filiū tanq̃ hęredē patris dēat ꝓbare illū eē hæredē? uī ꝙ nō ꝑ p̄dicta.Cōtrariū dicit Bar.in.l.necessariis ff.de acquir.here.qa cū filius hēat hodie bñficiū abstinēdi ab hęreditate paterna, oportet,ꝙ ꝓbet̃,ꝙ se ĩmiscuerit hæredi-
5 tati,qđ not.Sed quæro,†nūquid oēs filii nati ex clādestino matrimonio sint legitimi post approbationē ecclesiæ,siue sint nati post approbationē,siue antea? Gl.fi. cōcludit hic, ꝙ aut nullū ĩpedimētū ꝓbatur ꝯ matrimoniū,& oēs indistinctè sint ltīmi,& hoc oēs sequunt̃, & uī probari ĩ c.2.s̃. de clāde. despō. nā approbatio retrotrahit̃,& ꝓinde est,ac si a principio in cōspectu ecclesiæ matrimoniū fuisset cōtractū,ut ibi. Aut impedimētū ꝓbat̃ postmodū ꝯ mrīmoniū,& tunc ſm glo.geniti post approbationem sunt ltīmi: sed ante approbationē nō.Io. An. tenet indistinctè,ꝙ oēs ltīmātur,licet matrimoniū postea separet̃ detecto impedimēto,mouet̃ qa matrimoniū oīa p̄cedentia purgat.s̃. eo.c.tanta,& hæc lec.placet ēt d.An.Sed Io.Cal.tenet oppositū:qa ad hoc,ꝙ matrimonium sequēs ltīmet filios p̄cedentes,oportet,ꝙ potuerit esse tp̄e matrimonii ꝯtracti,ut.s̃.e.c.tanta,sed istud matrimoniū nō poterat esse tp̄e conceptionis obstante ĩpedimēto,ergo &c.& pro opi. Ioan.Andr.facit c.2.de clan.despon.ubi dicitur quòd operatur approbatio clandestini matrimonii,ac si a principio in conspectu ecclesię fuisset contractum. Sed si esset à principio ꝯctum , filii essent ltīmi , licet postea separet̃ detecto ĩpedimento, ut in c.ex tenore. j. e.ergo. &c. Et hant opi.qñq; tenui: sed multum me urget nunc in oppositū.c.fi.§.si quis,de cland. despon.ubi dr̃, ꝙ soboles suscepta ex matrimonio clandestino prorsus est illegitima detecto ĩpedimento,& ad d.c.2. potest responderi,ꝙ fingitur ab initio contractū, qñ non apparet postmodū de impedimento. nam ꝯhendo sic in occulto uident̃ affectatores ignorantię,& sic præsumuntur sciuisse impedimentum, & hanc opi. puto ueriorem de rigore iuris. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Scientes inter se impedimentum esse si matrimonium contrahant , proles exinde secuta illegitima est.*
2 *Impedimentum publicæ honestatis impedit & dirimit matrimonium , & filij exinde nati sunt illegitimi .*
3 *Papa dispensat super ĩpedimento publicæ honestatis eo,quia de iure positiue est.*
4 *Dispēsatio super matrim.dispēsatur sup ltīmitate filiorū ēt quo ad hæreditatē.*
Papa dispensat cum laicis super legitimatione, ubi super matrim. dispēsauit.
5 *Filij nati ex matrimonio, nō obstāte impedimento , cōtracto duob. modis sunt ltīmi.prīo,si dispēsat sup matr. secūdo, si matrimoniū fuit ignorāter cōtractū*
Ignorantia facti an excuset?
Error an tollat bonam fidem?

CAP. X.

1 REferente. †Si scientes inter se impedimentum matrimonium contrahant,illegitima est proles eorum. uel specialius sic.Nati ex matrimonio ꝯcto ꝯ publicæ honestatis iustitiam illegitimi sunt , & ab hęreditate parentum excludendi, & tene menti hunc casum[c] quia sępe per ignorantiam accidit . Primo ponitur consultatio . secundò responsio, ibi:*fraternitati* . Casus literalis . Quidam contraxit sponsalia de futuro cum quadam, tandem illa mutata uoluntate contraxit matrimonium de pręsenti cum alio,& sic soluta fuerunt sponsalia,uel mortua est ante, q̃ ueniret ad nubilem ętatē.Ille uerò postmodū contraxit matrimoniū cum quadam cōsanguinea illius,cū qua spōsalia contraxerat , & ex certa scientia , de qua filios suscepit. q̃ritur , an filii sint legitimi? & rñdetur ꝙ non , quia impediente publicę honestatis iustitia non fuit matrimonium inter eos, nec excusat eos ignorantia parētum,quia scienter cōtraxerunt, nec dispensatio ecclesię, q̃ ꝯctū debuit separare, & ita non sunt admittendi ad successionem paternorum bonorum . Bern.
2 †No. 1.ꝙ impedimentum publicę honestatis , quod oritur ex sponsalibus inter sponsum & consanguineos sponsæ & e ꝯ,nedum impedit matrimonium inter eos contrahi , sed etiam dirimit,& sic filii ex tali matrimonio nati sunt illegitimi,nec succedunt in bonis parentum, & sic extēde,c.spon
3 sam,s̃.de sponsa. † No. ibi: *ecclesiæ permissionem*,quòd ecclesia potest dispensare contra impedimentnm publice honestatis.nam illud impedimentum non est à iure diuino , sed humano , scilicet ꝙ papa potest dispensare, ut in c. proposuit,s̃.de conces.pręben. †Not. 3 .ꝙ papa dispensando super
4 matrimonio per cōsequentiā dispensat super legitimitate[b]filiorum ēt respectu hęreditatum ,& sic est casus, in quo
b dispensat papa cum laicis sup legitimatione , de quo in c.ꝑ
5 uenerabilē.j.eo.†Not.ultimo duos casus,in quibus nō obstante impedimento ꝓles est legitima.Primus, si p̄cessit dispensatio ecclesiæ.Secundus,si parentes ignorāter contra-
c xerut. Sed est[c] dubium, nunquid q̃libet ignorantia excuset?Certè ignorantia facti probabilis excusat,ut in c. ex tenore. j. eodem , & fortius ignorantia iuris & facti . Sed de ignorantia iuris tantum potest dubitari , pro quo uide bonum tex.in.l.qui in prouincia , ff. de rit. nupt. ubi uidetur probari,quòd error iuris cum longinquitate temporis excusat ad hoc,ut filii dicantur legitimi . Ad hoc ēt facit l. sed & si lege.§.scire,ff.de pet. hære.ubi dicitur , ꝙ error iuris non tollit bonā fidem quo ad faciendū fruct⁹ suos,sed in ꝯrium facit.c.ꝑ uenerabilem.j.eo.& dic , ut ibi dicam. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Probare impedimentum matrim non sufficit ad docendum prolem illegitimā , si matrimonium fuit in facie ecclesia contractum.*
2 *Probare se legitimum quis potest per matrimonium inter eius parentes contractum in facie ecclesiæ.*
3 *Petere debet ab eclesia pronuntiari se legitimum ille contra quem de illegitimitate agitur.*
4 *Mortuis coniungibus inquiritur de ualiditate matrimonij quo ad legitimationē filiorum,& usque ad quod tempus posit.*
Legitimatio quomodo probatur,& similiter contra eam quomodo probatur?

CAP. XI.

1 PEruenit. † Ad docendū ꝓlē illegitimā non sufficit ꝓbare.ĩpedimētū mrīmonii,si fuit in facie eccłiæ ꝯctū.Primó ponit̃ mulieris q̃rela,sup qua dat̃ iudex . Scđò ĩstruit̃ sup mō decidēdi,ibi,*mandamus*. Casus lr̃alis.Quidā post mortē parentū Lucię uiduę,nitebant̃ eā remouere ab hęreditate paterna dicētes,eā ñ fuisse de ltīmo mrīmonio natā.ipa uerò dicebat,ꝙ inter.G.p̃rem suū,& A. mr̃em ipsi⁹ mrīmonium fuit ltīmè celebratū,& q̃diu uixerūt,qetè insil̃ ꝑmāserūt sine alicui⁹ rcclamatiōe;& iō tanq̃ ltīma iudicari dēbat . uñ mulier illa significauit hoc dño papæ, & ip̄e mādat qbusdā,
2 quaten⁹,si est ita,ipsam uiduā ltīmā dēant iudicar̃.B. †No. 1.modū ꝓbādi quē esse ltīmū,s.si ꝓbat̃,ꝙ ꝑentes sui ltīmè ꝯxerūt,s.quo ad solēnitates extrinsecas,& ꝙ dum uixerūt, mrīmoniū eorū nō fuit ĩpeditū,i.accusatū ; de quo j.pleni⁹.
3 †Scđò no.ꝙ qñ qs molestat̃ rōne illtīmitatis ꝓueniētis ex defectu mrīmonii,dēt petere ab eccłiā,ut ltīmus ꝓnūtiet̃.
4 † Cōtra istū tex,opp.de.c.cām, s̃.eo.ubi post mortē parētū inq̃rit̃ de ualiditate mrīmonii ipsorū. hic aūt p̄p̄ nō admittit ꝓbatiōes de ĩpedimēto,dūmō possit cōstare, ꝙ in facie eccłiæ ꝯxerūt,uł mrīmoniū fuit ꝯctū.Sol.gl.instat ponēdo uarias sol. Prima sol.ꝙ quinquēniū erat hic lapsum a morte ꝑētū,& sic ñ poterat mrīmoniū accusari,ꝑ ti.C.ne đ sta. defun.sed hæc sol.diuinat ad tex. Itē ꝑ mod.cōiter reprobat̃,qa mā illi⁹ ti.loquit̃ in casu diuerso,s. cū uertit̃ ĩ dubiū de statu seruilis ꝯditiōis;de quo dixi ĩ c.licet, s̃.de cōiu.ser. hic uerò loqmur de ltīmatione ꝓbāda . & ex hoc sentiunt mod.ꝙ ēt lōgè post qnquēniū pōt fili⁹ ĩpediri de ltīmitate;qđ satis placet,licet Host.uideat̃ seq dictū gl.sed in practica tenebis semꝑ mēti dictū gl. corroboratū authoritate Host.Scđa sol.gl.est,ꝙ hic dicebat̃,ꝙ mrīmoniū fuerat nullū ĩpediēte statuto,q̃ so.non placet gl.qa diuinat.Et no.ex hac gl.ꝯ sol.diuinātes.Itē dic,ꝙ ex alio hæc sol.nō ꝓcedit, qa p̄supposito,ꝙ alter fuisset seru⁹,aut sciēter ꝯxerūt;& tenet mrīmoniū;ut s̃.de ꝯiu.ser.ꝑ totū.Aut ignorāter ; & ꝑꝑ ignorātiā ꝓles ē ltīma,ut ĩ c.ex tenore.j.e.Tertia sol.gl.ē , ꝙ hic ꝯstabat,ꝙ mrīmoniū ꝯxerat.Sed ĩ ꝯrio dicebat̃ oppositū.Et ut habeas gl.& dicta doct.in effectu sic distingues,ꝙ
a aut fili⁹[a] agit dicēs se ltīmū,aut ꝯ eū agit̃.primo casu dēt ipse ꝓbare se eē ltīmū,cū sit cā suę intētionis,ut hic;& ꝓbat se ltīmum, multis modis.Primo mō,si doceat parētes suos ꝯxisse mrīmonium publicè,ut hic. Scđò,si cōis opi.uicinię hēbat,ꝙ erāt maritus,& uxor,ut dixit gl.hic in fi.q̃ no. Ex qua hēs,ꝙ cōis opi. uiciniæ ꝓbat mrīmoniū quo ad effectū ltīmitatis.Tertio mō,si ꝓbat,ꝙ ꝑētes sui tractabāt se,sicut marit⁹ & uxor,ut no.Inn.in c.ex parte,de resti.spo. Et adde alios mōs,q no.s̃.e.in c.trāsmissæ, & in l.si uicinis sciētib⁹, C.de nup.& in l.filiū,ff.de his,q sunt sui uel alie. iu. An aūt aduersari⁹ dēat admitti ad ꝓbādū ꝯriū.gl. hic sentit, ꝙ sic, sed Inn.ꝯ.Et dic latius,ꝙ aut aduersari⁹ uult ꝓbare, ꝙ non ꝯxerūt,& dēt admitti;ad hoc c.ex tenore,de testi. Aut uult ꝓbare,ꝙ sciebāt ĩpedimētū,uel ꝙ clādestinè ꝯxerunt, cum ĩpedimētū subesset;& ēt dēt admitti,ut in c.fi.de clāde.despon.aut uult ꝓbare solū impedimētū;& nō debet admitti, qa ꝓbatio sua nō releuaret, qa ꝑꝑ ignorātiā parētū ꝓles est ltīma,impedimento nō obstāte,ut in d.c.ex tenore,& in c.2.s̃.e. & in hoc casu intelligit̃ iste tex.p̄sumit̃.n.ignorātia,nisi sit factū manifestū,ut in reg. p̄sumit,de reg.iu.li.6. Scđo casu prīcipali,cū aduersari⁹ agit ꝯ filiū,dic,ꝙ aut negat mrīmoniū;& tunc filius dēt ꝓbare modis p̄scriptis,aut ꝯfitet̃ mrīmoniū,sed dicit, ꝙ nō fuit legitimum ꝑꝑ impedimentū;& non dēt admitti ꝑꝑ rōes supradictas sed opꝫ, ꝙ ꝓbet uel malā fidē cōtrahentium,uel clandestinitatem,ut.s̃.dixi;& p̄dicta no. ꝑpetuò ; quia sunt quotidiana. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Testium dictis statur, qui probant aliquem esse legitimum,licet fama uicinia, & tractatus parentum habeat contrarium.*
2 *Probans per maiorem partē uicinia parentes illius fuisse legitimè coniunctos, satis legitimationem probat.*
Probans parentes illius fuisse concubinarios per maiorem partem uiciniæ,illegitimationem probat.
Testium probatio præualet famæ uiciniæ.
3 *Parentum dicto etiam cum iuramento super filiatione non statur,si tractatus præcedens,et fama uicinia habebat contrarium,& nu.5.6.& 8.*
4 *Filius ex sponsa de futuro legitimus est aliquo impedimento non apparente.*
5 *Pater si nominat filium suum in testamento,uel alibi legitimum , an legitimus censeatur?nu.6.& 8.*
Falsa causa si est expressa in sententia,sentētia est nulla;& quid si plures causæ exprimantur?& nu.6.
6 *Iudex non multum doctus quomodo mouetur?*
7 *Legitimandi multi sunt modi.*

CAP. XII.

1 PEr tuas. †Statur dicto testiū, qui ꝓbāt aliquē legitimum,licet fama uicinię,& tractatus parentum habeat contrarium . in prima ponit̃ consultatio.In secunda rñsio, ibi, *nos igitur*. Casus literalis. Quidam.R.nomine quandam habebat in concubinam ſm opi.maioris partis uicinię, de qua filium suscepit . postmodum ea dimissa accepit aliam in uxorem; & illa cōcubina alium in maritum. Processu temporis in pręsentia multorū firmauit proprio iuramento, ꝙ illam, q̃ uidebatur habere pro concubina,affidauerat in uxorem, & post fidem datam ꝓlem susceperat . ex illa tandem,dum ageret in extremis ille , quem ex ea susceperat, legitimum filium appellans hæredē sibi instituit . Sed cū dubitaret̃,an fili⁹ sic susceptus legitim⁹ eēt heres ipsius cōmissum fuit cuidā,ut de hoc cognosceret.Iudex p̄ter id,qđ ex quadā decre. Alex. hr̃, in qua dr̃, ꝙ stādum est uerbo uiri & mulieris,testes recepit a filio p̄dicti.R. inductos,quibus ꝓbauit,ꝙ dictus.R.matrem ipsi⁹ affidauerat ante, q̃ illum suscepisset ex ea;& ita ꝓnuntiauit illum legitimum hęredem ipsi⁹. R.dubitatum fuit postea, an iudex legitime ꝓcessisset ? consul.pa. rñdet eidem iudici cōsiderās, ꝙ plus est, qđ in ueritate agitur , q̃ quod simulatè cōcipit̃ . licet dictus.R.uideat̃ ipso facto matrimoniū denegasse,qđ inter eos fuerat celebratum, cum ad alia uota transiuit ; tamen, quia desponsatio per testes

SAB. SAPIA.

a Aut filius. Vide Pe.de Anc.in cōs. 216.inc.vr̃ prima facie dicēdū,ĩ ul. co.& Fel.in c.1.s̃. de sum.tri.& ĩ c.ꝑ tuas, s̃.de ꝓb.& ĩ c.illud.col.ult.s̃. de p̄sum.Alex. in cōsi.35. in ul.col. in 4.uo. & ĩ cōsi. 74. in 2.uol. & in cōsi.90. e.uo.2.& Caprā in cōsi.2. ĩ 1.dubio.

ltīmos ꝓbata fuit siue ꝑ uerba de pn̄ti, siue ꝑ uerba de futuro,carnali copula sub secuta,fuerit celebrata, nō tam innitētes decre. Alex.quę in casu dissimili loquit̄, q̄ inductis ꝓbationib⁹, rn̄. papa iudicem legitime ꝓcessisse,ci⁹ sn̄iam cōfirmās.B.
2 † Not.ibi, *maioris partis uiciniæ*.Bonus in tex.in arg.ꝙ ad ꝓbandū legitimationem satis est ꝓbare,ꝙ opi.uicinię habebat,pa rētes illius fuisse cōiūctos ltīme;& sic e ꝯ ad ꝓbandū illtīmitatē satis est ꝓbare,ꝙ opi.uicinię hēbat, ꝑentes illius fuisse cō cubinarios; & no.ꝙ sufficit maior pars ui cinię, & hoc ꝓcedit, nisi ꝑ testes ꝓbaret̄ oppositū.Et ex hoc & ex tex.collige.ꝙ ꝓ batio testium p̄fert̄ cōi opi.uiciniæ & tra ctatui parentū.Rō,qa ex dictis testiū col ligit̄ uera ꝓbatio;nō sic ex opi.uiciniæ,&
3 tractatu parentū. †Not.2.tex.a ptū,ꝙ dicto parentū sup filiatione nō stat̄ ēt cum iurō,si tractatus p̄cedens,& fama uicinię
4 hēbat ꝯriū;qđ bn̄ not.†Not.ꝙ natus a ex
a spōsa đ futuro est legitimus, licet mr̄imo niū aľr nō fuerit publicatū;qđ vr̄ ꝓcede re īpedimēto mr̄imonii nō ꝓbato, alias
5 secus,ꝑ c.fi.de clande.despō. † Et,ut expe diā intellectum huius.c.simul formo tres opi. ꝯ tex. primò.n.vr̄, ꝙ ex quo pr̄ asse-
b ruit illū legitimū in testō,b vr̄ illū legiti-
c masse, c p̄suppo sito,ꝙ aľs nō fuisset iste le gitim⁹, cum eēt natus ex cōcubina, ut in auth.itē si qs,C.de natu.li. Itē & scđò, si stat̄ dicto ꝑentum,cū negāt aliquē esse fi liū,ut in c.trāsmissæ,s̄ eo. fortius vr̄ stan
d dum, cum ꝓfitent̄ aliquē esse filiū; d cui⁹ ꝯriū innuit hic, cum papa noluit se funda re sup uerbo pr̄is, sed sup ꝓbationibus. Tertiò arguit̄. ubicunq; iudex exprimit
e falsam cām, e sn̄ia est nulla, licet ex alia cā possit sn̄ia tolerari, ut ī c. tum ex lr̄is, de resti.in integ.& melius in c.ex ꝑte, de cōcef.p̄ben.Sol.gl.3.quo ad primum sen tit,nō tn̄ clarè,ꝙ iste hēbat alios filios le gitimos; & sic cessat ꝯriū de aut.itē si qs. hęc soľo diuinat.Io.An.dicit,ꝙ forte mr̄ isti⁹ erat mortua;quasi sentiat,ꝙ ad hoc, ut inducat̄ ltīmatio, cū pr̄ appellat filium nālem simpľr, op3, ꝙ mr̄ uiuat, quasi ui deat̄ tunc cū ea ficte ꝯhere mr̄imonium; qđ nō placet hic d.Ant.qa tex.in d.auth. loqt̄ indistincte; & instat ipse sup sol.hu ius ꝯrii.Sed ego clarius dico,ꝙ illa auth. nō poterit hic hr̄e locū, qa pr̄ ꝑ illa uer ba nō intēdebat tunc ltīmare, cū pri⁹ di xisset,ꝙ mr̄imoniū ꝯxerat cum mr̄e an̄,q̄ suscepisset filiū;& sic illa cōfessio non di sponebat. hinc est, ꝙ testes deposuerunt postmodū super ꝯtu mr̄imonii, secus, si filius fundasset se sup illa noīatione dun taxat,tunc.n.hēbat locū ꝯriū; & hoc quo ad primū.Ad ꝭm uerò ꝯrium dic, ꝙ asser tioni ꝑentū stat̄ sup filiatione,ubi nō ꝓ bat̄ ꝯriū,ut in l.1.§.Iulian⁹, ff.de li.agno. & sic pōt intelligi.c.transmissę,s̄.eo.sed hic contra assertionē pr̄is erat fama uici nię.Itē tractat⁹ suus p̄cedēs, qa tractaue rat illā ut ꝯcubinā,nō ut uxorē. Itē factū ipsius pr̄is p̄cedēs.nā relinquēdo illā mu

SEB. SAPIA.

a No.ꝙ natus. Vide Alex. in consi. 25.incip. in causa uertente,col. pen. in 4.uo.

b In testō.Limita, qn̄ tales filii naturales sunt nati ex muliere, cum qua pr̄ potuisset honeste contrahere, ut in §.ad hæc, in auth. ut lic.ma. & auiæ; ita cōsuluit Bar.in consi. inci. Neratius Corraducii.Bald.in l.2. in 9. opp.C. q res iu.non no.Ang.in §.ad hæc,in auth. qui.mo.na.effi.le. d.Nic.de Peru. in trac.de suc.ab intest.col.32.Bal.in c. innotuit,s̄. de elect. ubi limitat alio sin.mō,ut ꝓcedat,qn̄ pr̄ nominat filium cū adiectione,suū; secus, si simpľr noīat filiū,rō,qa dicēdo suum, uult dicere in ptāte,& per cōsequens legitimū; sequuntur moderni in l. neq; ꝓfessio,C.de testa.

c Legitimasse. Adde Alex.consi.90. 2.lib.& Old.cōsi. 196.

SEB. SAPIA.

d Esse filium.Vide latè ꝑ Bal. in l.nō ep̄ľis,C. de ꝓbat. & Pe.de Anch. in cle.si summus pōtifex, de sen.exc.

ZACHARI.

e Falsam cām.uide istum in c. inter cęteras, & qđ ibi posui in apos. ad ip̄m,nu.9. in apo. ī uer.falsam cām, s̄. de pręscrip. & Alex. consi.79.uolu.3.

Dicto Inn. Vide q̄ notaui ad Bart. ī l.qđ ait.§.ignorantię, ff. qui ex cau.infa.irro.An Barba.

lierē,& trāseundo ad alia uota,tacitè vr̄ ꝯfessus illā nō fuis se suā uxorē,iō non credit̄ sibi postea asserēti ꝯriū.Et forte ob hoc p̄p dicit,ꝙ decre.trāsmissæ,loqt̄ in casu dissimili;& uide ibi qđ dixi in d.c.trāsmissæ.†Quo ad tertiū ꝯrium dic, ut sentit Host.ꝙ ꝓcedit,qn̄ unica cā falsa est exp̄ssa in sn̄ia; sec⁹ ubi exprimunt̄ alię causę. tūc.n.uirtute aliarū sustinuit sn̄ia,ut hic est casus no.& ad hoc.c.cū.I.& A.đ re iudi.hic.n. ep̄s fundauit se sup decre.trāsmissę,q̄ loqt̄ ī casu dissimili. Itē sup ꝓbationib⁹; & sustinet̄ sn̄ia uigore ꝓbationū; & fa
f cit no.iste tex.pro dicto Inno.f in c.in pn̄tia,de renun. ubi dicit,ꝙ si duæ causę exprimuntur in sn̄ia,una ꝯ ius litigato ris,alia ꝯ ius cōe,sustinet̄ sn̄ia p̄p illā, q̄ nō est ꝯ ius cōe; & hęc ꝓcedunt intelligendo,ꝙ illud uerbū,nō tā,positū ī tex. stet priuatiue,ut sit sensus, ꝙ p̄p fundauit se in ꝯfirmatione nō sup illa decre.trāsmissę,sed sup ꝓbationib⁹.Si aūt intel ligit̄,ꝙ stat cōparatiue,ut sit sensus,ꝙ magis fundauit se sup ꝓbatiōe,q̄ sup illa decre.tunc illud dictū nō colligit̄.Et ex hoc colligit Io.An.aduocatū fouēte iustā cām dēre ēt alle gare iura nō multū efficacia,qa si iudex nō est multū doct⁹, mouet̄ poti⁹ ex qbusdā coloratis nō ꝯcludētib⁹, q̄ ex dictis
7 necessario ꝯcludentib⁹. †In gl.in uer. *filium*, ibi, *in publico instrumento* & differt iste casus a primo,qa ibi loqt̄ de testō, hic de alio instrō;& no.gl.ex qua hēs quatuor mōs ltīmādi filios nāles;uide alios mōs ꝑ Host.in sum.e.ti.§.quaľr, & a quo.Et in fi.gl.an aūt,& qn̄ noīatio ꝑentū ꝓsit, uel noceat filiis,dixi in c.trāsmissę,s̄.eo.& ꝑ Bar.in l.1.§.Iulianus,ff.đ lib.agno.& ꝑ no.in locis p̄all. soluit̄ ꝯtrarium hic formatū. In gl.fi.ibi, *hic uerò pro ipso filio*. hęc dissimilitudo,q̄ assignat gl.parum uel ꝭm Io.An.& bn̄,qa assertio ꝑentum fidem in p̄iudiciū filiationis,ut ibi;forti⁹ dēt facere in fauorē.iō Io. An.allegat aľs dissimilitudines. dicit.n.ꝙ ibi negat̄ filia tio,hic aūt qualitas,qa dicebat̄ nō ltīm⁹. Itē ibi assertio pa rentū nō hēbat tractatū in ꝯtrarium,hic aūt secus,ut s̄.dixi. Itē ibi erat dictū utriusque, hic alterius tm̄.Itē adde id,qđ s̄.dixi.Ex qb⁹ clare patet,ꝙ c.trāsmissę,loquitur in casu dis siī hui⁹.c.meritò hic non debebat simpľr stari dicto patris.

SVMMARIVM.

1 *Papa non legitimat in temporalibus aliena iurisdictioni subiectos, nisi ex magnis causis.*
e extendi[e] & largo mõ interpretari, qñ emanat, ut euitentur animarũ pericula, viđ ꝙ in ſiñ no. gl. ĩ. c. ſciãt cũcti, đ elect.
7 li. 6. † In gl. fi. ibi: l. 3. vbi pr̃, ꝙ ſi libera ꝯxit cũ ſeruo, quẽ putabat liberũ, ſol. ma. pp errorẽ, filii nõ ſunt ingenui, ſed ſpurii, ex quo ſunt ſuſcepti ſine legitimo mr̃imo. Io. An. hic tenet ꝯriũ, dicẽs ꝙ de iure canonico, ex quo mr̃imo. tenebat inter ſeruã & liberũ, data ignorãtia, dẽt proles cẽſeri legitima data ſciẽtia, arg. hic. Sed đ iure ciuili ſecus, qa ſm̃ illud ius ĩter eos ñ põt eſſe mr̃imoniũ vñ ĩ hoc dicit ꝙ aut libera ꝯxit cũ ſeruo, quẽ putabat liberũ, & filii ſunt ltĩ. Itẽ ſunt liberi, qa ſequũt̃ cõditionẽ uẽtris. ſ. de na. ex li. vẽ. c. unico. Aut liber ꝯxit cũ ſerua, q̃ putabat liberã, & tũc filii ñ ſunt legitimi pp ignorãtiã patris, ſđ ſerui, qa ſequũt̃ cõditionẽ matris. nã ignorãtia patris ñ potuit facere, quĩ filii ſequãt̃ uẽ
8 trẽ. † Et no. ex hoc dicto iũcta gl. ꝙ ſuſcepti ex mr̃imonio putatiuo ſũt legitimi ẽt quo ad ord. ꝙ ẽ bene notãdũ. Poſſet
f tñ iſtari ĩ ꝯriũ, qa ĩ ſpũalib. attẽdit̃ ueritas[f] & nõ opinio, ut
9 no. Arch. in. c. unico, đ uoto. li. 6. † Sed põt rñderi, ꝙ filii ſunt uere legitimi pp ignorãtiã parẽtum, nec dẽnt filii illegitimi p pte reputari, & legiti. p pte. Vlt. circa ignorãtiã ꝯcludẽ, ꝙ aut mr̃imoniũ ẽ clãdeſtinũ, & ignorãtia parẽtũ ñ pd ẽ, ut ĩ c. fi. đ clã. deſpõ. Aut fuit ĩ facie eccl'iæ ꝯctũ, & ſi ambo ſciebãt ĩpedimẽtũ, proles ẽ illegitima, dũmodo ſit tale impedimẽtũ, cui cõiuges renũtiare nõ poterant, puta impedimẽtũ cõſanguinitatis, vel alterius cõiugii, aut ignorabãt ambo uel alter eorũ, & ſi ẽ ignorãtia facti, proles eſt legitima, ut hic. Si uero ẽ ignorãtia iuris, tũc eſt magis dubiũ, & dic ut in. c. pcedenti, &. c. referente, ſupra eodem. Abbas.

Infidelium

ZACHAR.
a Poſſibile de iure. Vide Bart. & Bal. in. l. 1. ff. đ re diu. & ibi uidebis dũ tractant ꝙ ueniet in pſcrip. nõ recognoſcunt ſuperiorẽ. An ſit poſſibile pſcribere libertatẽ cõtra imperium, đ quo ẽt ꝑ Bal. con. 418. ĩc. petita uenia & genibus, Flexis, uer. & ideo, uol. 3.
b Et tenere. Adde oĩno, quod de hoc ſcribit Bal. ĩ aut. contra, C. de inc. nup. Bellentz.
SEBA. SAPI.
c Legitimationẽ ꝓlis. Vide ad hoc quæ ſcribit Bal. ĩ l. qui cõtra, C. de inceſt. nup.
d Quia conſtitutio pœnalis, gl. in aut. ſacramẽta puberũ, C. ſi aduer. uẽ. iſtã reg. tradit Ant. de But. in c. fi. ſupra de cõſue. l. 1. fal. Im. & Pe. đ Anc. in c. q̃uis, de pac. li. 6. Alex. ĩ. l. q. iuraſſe, ĩ pri. ff. de iureiur. Abbas in conſi. 221. inc. in. q. mouenda.
SEB. SAPIA.
e Debet extendi. In quibus caſibus conſtitutio pœnalis extendatur, tradit Iaſ. in. l. in eũ, col. 1. uer. ex ſecunda parte gl. ff. de ĩ ius uocan.
f Veritas & non opi. cõtrarium uidetur uelle Abb. ſ. de ſpon. c. cũ in apoſtolica ver. q d autem ſi iſte.

SVMMARIVM.

1 *Infidelium filij, etiam qui matrimonium contraxerunt in caſu à lege canonica prohibito, poſt baptiſmum ſunt legitimi.*
2 *Fidei in dilatatione verſatur publica vtilitas.*
3 *Infidelium matrimonia contracta in caſibus à lege canonica prohibitis tenent.*
Infideles non aſtringuntur lege canonica, ſed diuina ſic.
4 *Verbum, volumus, importat ius nouum.*
Infidelium filij ad fidem conuerſi nati poſt repudium ex ſecunda vxore, prima viuente, an ſint legitimi, & an ſecunda reputetur vxor?
5 *Diſpoſitio huius. c. loquitur, quando ſuberat impedimentũ lege canonica tantũ.*

CAP. XV.

1 GAudemus. † Proles infideliũ, q̃ poſtea cõuertunt̃, legitima eſt, ẽt ſi parẽtes ſunt in caſu phibito lege canonica. Caſus lr̃alis. Infideles q dã in ſecundo, vel tertio gradu ſm̃ opi. ſuã mr̃imoniũ ꝯxerũt, & de tali mr̃imonio ꝓlẽ ſuſceperũt. tãdẽ ꝯuerſi ſunt ad fidẽ. q̃rit̃, an filii iſtorũ legitimi ſint cẽſendi? Rñ. papa, ꝙ vtilitate publica ſuadẽte dẽnt legitimi
2 reputari. Ber. † Not. 1. ꝙ ĩ dilatatiõe fidei verſat̃ publica vti
3 litas. † No. ſcđò, ꝙ ĩter ĩfideles tenet mr̃imoniũ[a] cõtractũ in
a gradib. lege canonica phibitis tñ; & ẽ rõ: qa lex canonica
b nõ aſtringit[b] ĩfideles, vt in c. gaudem⁹. ĩ. đ diuor. vñ ꝯſiderat̃
4 ipm ius diuinũ, ad hoc. c. de ĩfidelib. ſ. đ cõſan. & affi † Et ex his op. ꝯ tex. ibi, dũ pa. dixit, *volumus*. nã iſtud verbũ ĩportat ius nouũ, vel quãdã grãm, vt no. ĩ cle. vnica, de offi. vic. Sed de iure ſcripto iſti filii ſunt cẽſendi legitimi, cũ inter ĩfideles ſit verũ mr̃imoniũ, ex quo nõ ſubẽ ĩpedimẽtũ niſi lege canonica inductũ, vt d. c. de infidelib⁹ Sol. iſte text. ĩtelligit̃ dupliciter ſm̃ gl. & doc. Primò, vt intelligat̃ ĩ mr̃imonio cõtracto in gradu cõſanguinitatis phibito le. canonica tñ; & ſm̃ hũc ĩtellectũ, vt ſileat ꝯriũ, exponit Hoſ. verbũ, *volumus*, i. velle debemus. Scđò, vt intelligat̃ de ꝓle ſuſcepta ex ſcđo mr̃imonio reprobato repudiata prima cõiunge ſm̃ legẽ ĩfideliũ; & tũc verbũ, volumus, ſtat pprie: qa matrimoniũ nõ valet cũ ſcđa, prima viuẽte, vt in c. gaudemus. ĩ. đ diuor. ſed de ęqtate & de grã filii ẽt reputant̃ legitimi poſt cõuerſionem, p hoc facit ſm̃ Io. An. qa ſi inter Chriſtianos ſufficit opi. contrahentiũ ad legitimationẽ prolis, fortius dẽt ſufficere inter infideles: qa credebãt legitimè poſſe contrahere
5 poſt repudiũ datũ primæ cõiugi. † Not. bñ hoc dictũ, qa certè nullibi pba. nã hoc c. ſi bñ põderet̃, loquit̃, qñ ſuberat impedimentũ lege canonica tñ: ſed in alio ĩtellectu ſubeſt impedimentũ de iure diuino, cũ Xp̃s exp̃ſſe phibuit duci ſecũdã, viuẽte prima, vt in d. c. gaudemus. Ignorantia verò iuris diui. non debet excuſare, vt in c. quia ea. 38. diſt. Et ſic de rigore iuris hæc opi. eſt verior: ſed habito reſpectu, ꝙ filii fuerunt ſuſcepti ex matrimonio putatiuo ſecundũ legẽ infidelium, põt hoc dictũ ſuſtineri, ſed (vt dixi) nullibi pbat̃, & c.

Qui matrimoniũ accuſare poſſunt, & contra illud teſtificari. Rub.

Viſo de matrimonijs, & de impedimentis eorum, ſequitur videre meritò de ſeparationib. ſeu diuortijs: ſed quia ad diuortia peruenitur accuſationib. teſtimonijs pcedentibus, ideo tractaturus auctor de diuortijs, præmiſit iſtã rub. qui matrimonium accuſare poſſunt, & contra ipſum teſtificari; & ſic habet iſta rubr. duas partes. tractat em̃, qui ſunt accuſatores idonei, & qui idonei teſtes cõtra matrimonium. In. hic proſequitur materiam rub. huius. & circa primũ dicit, ꝙ aut agitur ad ſeparationem tori, & ſolum admittuntur coniuges ad accuſationem: quia alterius nõ intereſt: & pro hoc. c. quemadmodum, ſ. de iureiu. aut agitur ad ſeparationẽ vinculi, & admittuntur oẽs conſanguinei, tñ præferuntur extraneis, cũ agitur de impedimẽto conſanguinitatis, vt. ĩ. eo. c. vr̃, & inter extraneos præferũtur maturiores & antiquiores de vicinia, 35. q. 6. in c. 1. & 2. hoc intellige verum, niſi ſubſit tale impedimentum, cui contrahentes põt renunciare; puta impedimentum erroris, conditionis, & ſtatus, vel frigiditatis. nam põt partes ſimul ſtare, vt in c. conſultationi, ſ. de frigi. & male. & de coniugio ſer. per totũ, & ideo non dẽt admitti extraneus ad accuſationem. Circa ſcđam partẽ rubr. dicit Inn. ꝙ quiſque idoneus ad accuſationẽ matrimonij eſt idoneus, ad matrimo. an ẽt admittuntur conſanguinei & parentes in teſtimonium, dic, vt dicã ĩ. e. c. videtur. Sed quæro, nunquid in cauſa matrimoniali idem poſ

ſit eſſe accuſator, & teſtis? Inn. dicit ꝙ ſic; & fa a
cit c. cũ in tua, & c. præterea, ſ. de ſpon. Io. An. in add. Spe. e. tit. poſt prin. dicit ſe nõ poſſe cõcipere, ꝙ accuſator, qui tenetur ſaltẽ ad expenſas, ſi ſuccubuit, ſit idoneus teſtis. Sed poſſet p cedere dictum Inn. qñ officialis publicus denũciauit, vt in c. præterea, de teſt. cog. vel qñ quis ductus conſcientia denunciauit impedimẽtum iudici, vt iudex ipſe ex officio inquireret. tũc enim iſte poterit eſſe teſtis de veritate; & nota bis ſemper hanc limitationem. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Matrimoniali in cauſa, vbi de fœdere matrimonij agitur, reo contumaciter abſente, poſſũt teſtes recipi, & ſententia ferri. 3. 6.*
2 *Citari põt ſubditus extra territoriũ exiſtens; et an ſit neceſſe requirere iudicem illius territorij?*
3 *Abſente reo, culpa ſua proceditur ad ſententiam. 6.*
4 *Vxor non ſemper tenetur ſequi virum.*
5 *Pactũ apponi an poſſit in contractu matrimonij, quòd vxor non teneatur ſequi virum, & quod vir teneatur ſtare in certo loco?*
Noua cauſa ſuperueniens facit recedere à pacto, & à pœna liberat.
Societas ex cauſa ſuperueniente diſſoluitur ante tẽpus.
Pœna apponi poteſt in matrimonio, dummodo non ſit contra libertatem matrimonij.

CAP. I.

1 RElatum. † Cùm agitur de fœdere matrimo- b
nii, reo abſente cõtumaciter, poſſunt ſuper impedimento matrimonii recipi teſtes, dummodo ſint legitimi; & ad dicta eorum fertur ſentẽtia, cõis diuiſio. ſecunda, ibi. *cæterum*. Caſus lr̃alis. Quidã filiam ſuã cuidã tradidit in vxorem, cum c
qua per aliquot annos permãſit. tandem pp homicidium, quod cõmiſit, de ciuitate timore mortis receſſit. poſt modũ dicebat̃, ꝙ pr̃ puellæ illũ de ſacro fonte leuauit. Eps loci per lr̃as ſuas fecit illum inquiri, & per quinquenniũ expectatus, & nõ potuit inueniri. cõſultus pa. rñdet, ꝙ ſi manifeſtũ eſt, qđ aſſeritur, aut legitimi accuſatores, & teſtes appareãt, poſtq̃ ille iuuenis fuerit cũ omni diligentia requiſitus, ẽt ſi ñ potuerit inueniri; teſtes poterunt recipi, & ſine canonico negotia ter-
2 minari. Ber. † No. iudicẽ poſſe citare ſub
c ditũ extra territoriũ exiſtentẽ lr̃is[c] ſuis; & ſic non habet neceſſe requirere iudicẽ alterius territorii, vt illũ citet; ad hoc facit. l. oẽs, C. de epi. & cle. & vide per Ioã. An. in c. Romana. §. contrahentes, de fo.
3 cõp. li. 6. & dixi plenè ĩ c. fi. e. ti. † No. 2. ꝙ cõtra abñtẽ neceſſariò pcedit̃ ad ſñiam, qñ abñtia, ſua culpa ſeu ex delicto pprio eſt ꝯtracta. nã dẽbat pcuratorẽ dimittere; & no. ꝙ pcedi põt ẽt ad ea, q̃ ſunt grauis p̃iudicii; qđ' no. cõtra iſtos, qui timore accuſationis faciunt fugã; pro quo facit qđ legi. & no. ĩ l. Papinianus exuli, ff. de mino. In gl. 1. in fi. dic, ꝙ non expedit hoc inueſtigare: qa, ꝙ hic dr̃ de numero
4 annorũ, ẽ narratio facti. † In gl. 2. ĩ fi de materia, an & qñ vxor teneat̃ ſeq virũ, vł ẽ ꝯ, dic vt dixi. ĩ c. 1. đ cõiu. lepro. & ad iſtũ tex. dic, ꝙ ex duplici capite vxor nõ tenebat̃ ſeq virũ. Primò, qa negabat mr̃imonium eſſe inter eos ſaltẽ legitimũ, obſtãte cognatione ſpirituali. Secundò, quod
5 iſte vir vagabatur. † Sed quęro, nunqd in ꝯtractu mr̃imonii poſſit apponi pactũ, vt

Matrimoniũ. ſed an Iudæi hẽat filios in ptãte, vi ꝙ nõ: qa non cõtrahunt ſm̃ morẽ eccleſiæ. cõtrarium tenet Bal. in l. itẽ in ptãte, ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iu. & inſt. de iure pſo. gl. 28. q. 1. c. iudæorũ, & ĩ. di. c. ius Quiritum. Car. in cle. 1. đ iudę. Ro. & Alex. in l. multũ itereſt, ff. de ver. obli. Alex. cõſi. 71. ĩ 1. vol. & ipſum cõſi. 73. qa eſſe iudæũ nõ eſt delictũ, vt per gl. in d. l. multum intereſt. per doct. in l. idem Iulianus. §. conſtat, de leg. 1. licet Arc. teneat contrariũ. 45. diſ. c. qui ſincera.
SEB. SAPI.
Infideles. Vide Decium. in c. canonum ſtatuta, ſ. de conſtitutioni. col. 6. verſ. quarta concluſio, poſt. d. Abba. ibi.
Literis. Articulus eſt dubius, adeo, ꝙ Ang. in l. fi. ff. de iur. omn. iu. dicit, ꝙ egeret Cęſarea deciſione. Cyn. in d. l. tenet, ꝙ ſic per l. oẽs. §. apparitor, C. de epiſc. & cle. & ibi Bar. & Bal. in contrarium eſt tex. in cle. paſtoralis, de re iudi. cõiter tenetur opi. Bart. in l. 1. §. 1. ff. de requi. re. & in extrauag. ad reprimẽ. in verbo per edicta, per Old. conſ. 77. inc. tertiò quęritur.
ZACHA.
Adde de hoc dubio, qđ no. Cel. in apoſ. ad Lanfr. de Ori. in c. quoniã contra falſam, nume. 6. verſ. notandum eſt, ꝙ citatus, & ibidem, nume. 23. verſi. quęro vtrum, ſ. de proba.

vxor nõ teneaẽ seq maritũ : sed vt marit⁹
moreẽ cũ vxore,& in certo loco?P.& Ab.
& cõiter doc.sequẽtes tenẽt,ꝙ sic . nã si-
cut in traditione rei põt apponi pactũ, vt
in c.verũ.de cõdi.ap.& in l.1.C.de pac.cõ
uẽ.ita & ĩ traditione mulieris;& hoc ve-
rũ,nisi oriaẽ noua cã , ꝑꝑ quã maritũ o-
porteat se absentare , vt põt poni exẽplũ
hic in tex.nr̃o.facit.l.si cõuenerit, cũ se.ff.
pro so.vbi societas põt ex cã superuenien
ti dissolui ante tp̃s. An aũt cõmittaẽ pœ-
na,si fuit apposita,refert.d.Ant.se rñdisse
in q.facti,ꝙ non existente noua cã,cõmit
titur pœna: qa nõ est cõtra libertatẽ ma-
trimonii nec in cõiungendo,nec in sepa-
rando . Sed si noua cã absentiæ oriẽ,tunc
nõ committiẽ pęna:qa esset cõtra liberta
tẽ concernentẽ ipsum mr̃imoniũ. vult di
cere, ꝙ si ex cã supueniẽte oporteret ma
ritũ se absentare,pactũ vr̃ illicitũ,vt vxor
non teneaẽ seq eũ.nã sic dareẽ via vtrique
ad adulterandũ , nec per pactũ expressum
pñt se obligare ad hoc,ẽt cũ iuramẽto,vt
in c.tua,de iureiu. Et no.semꝑ hãc q.~qa
sępe hoc accidit,qñ matrimoniũ contra-
6 hiẽ inter ciuẽ,& forensem. † In gl.fi.in fi.
ibi. *corrigitur*.hæc so.nõ est bona,ꝑ id,qđ
habeẽ.s̃. in proœ. iõ dic,ꝙ ex quo marit⁹
est abs̃s culpa sua,& diligenter perquisi-
tus non reperiẽ : põt contra eũ ꝓcedi ad
diffinitiuã sñiam.nã fuit in culpa non di
mittendo ꝓcuratorẽ.Itẽ delictum suum
dedit cãm absentiæ.ad c.qñ,alle.pro con
trario dic,ꝙ ibi loquiẽ, qñ ex cã probabi
li,& nõ malitiosè,seu culpa sua cõiunx se
absentauit:istud verò , qñ ex delicto suo.
c.perlatũ.s̃.ti.proxi.loquiẽ,qñ ignorabat
cã absentiæ.iõ in dubio p̃sumendũ est , ꝙ
in fraudem uxoris se absentauit,ex quo tenebaẽ cohabitare
vxori,& causa non apparente se absentauit. de materia & in
tellectu istorum capitulorum dic,vt plenius no.Inn in c.fi.
de eo,qui mit.in pos.& tetigi in c.qm̃,alleg.in contrariũ,&
hodie vide,ꝙ habetur in cle.dispendiosam,de iudi. & no.be
ne istum casum secundum intellectum præalle. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio & testimonium in matrimoniali causa fieri debent personaliter, & non per literas*. 3.
2 *Præsumptiones variæ coniungi possunt ad sententiam proferendam*.
3 *Testis an possit scribere dictum suum?*

CAP. II.

1 *Nobis* †Accusatio , & testimon.in cã matri-
moniali personaliter,& non per lite-
ras fieri debent.In prima parte ponitur qõ.in se-
cunda rñsio,ibi : *ad hoc*. Casus literalis . Aliquis
vult accusare matrimoniũ,vel ẽt testificari contra illud per
chartulã , in qua conscribit accusationẽ , siue testimonium
suum,nihil dicens voce propria.quęritur,vtrũ talis accusa-
tio,siue testimonium sit admittendum?rñ.pa.ꝙ in talib.nul
lius est momenti tale testimoniũ quò ad sententiam profe
rendam,nisi quantum ad præsumptionem, nisi alia admini
cula suffragentur.Et quod dr̃ hic, melius intelligiẽ de testi
bus,quam de accusationib.sed de vtroque verum est.Bern.
2 † Not.1.ꝙ variæ præsumptiones possunt coniungi ad sentẽ
tiam proferendã;pro hoc.c.cum cãm, & quod ibi dixi.s̃.de
a prob.† Itẽ no.iuncta gl.1.ꝙ testis[a] non debet deponere per
scripturã,sed voce viua; & ẽm hunc intellectum vr̃ hic text.
contra Bart.in l.Theopompus,ff.de do.præle.vbi dicit per
illam legem valere testimo.si testis scripsit dictũ suũ,& por
rexit iudici,licet fateatur iudicem posse respuere talẽ depo
sitionem,& petere,vt viua voce deponat , vt ex trepidatiõe
& titubatione facilius possit veritatẽ cõprehendere: sed il-
lud dictum nunquã mihi placuit;& tex.in contrariũ vr̃ hic,
vt dixi.vbi dicit,ꝙ tales conscriptiones nõ sufficiunt ad sen
tentiam.Itẽ alle.alium tex.3.q.9.in c.testes. vbi dr̃,ꝙ testis
in pñtia debet deponere &c. facit ẽt in si. quod habetur de
confitente,de pœni.dis.1.c.quem pœnitet; & ad l.Theopom
pus,super quam se fundat Bart.dic,ꝙ ibi ille non erat pro-
priè testis,sed loquitur in eo,cuius fidem testator elegerat;
& dicendum, vt ibi plenè no. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Parentes & propinqui in matrimoniali cã possunt esse testes super consanguinitate et contractu,siue agatur de matrimonio coniungendo,siue de separãdo*. 26
2 *Parentes & propinqui præsumuntur habere plenam notitiam consanguinitatis,& contractus matrimonij*.
3 *Præsumitur quis scire genealogiã suam,& ignorantiam allegans non auditur*.
4 *Matrimonium contractum per filium sine patris consensu secundum leges non tenet,secus est secundum canones*.
Pater licet generaliter in causa filij non testificetur,nec filius in causa patris, fallit tamen in quibusdam.
6 *Disparitas diuitiarum,& nobilitatis excludit parentes,& propinquos a testimonio in matrimoniali causa*.
Disparitas qualis esse debet, remittitur arbitrio iudicis.

CAP. II.

1 *Idetur*. † In causa matrimoniali super cõsan
guinitate, & cõtractu testificari pñt
consanguinei,& parentes.Et tria facit. primò po
nit dictum.secunda, ibi : *ideoque*, ipsius rationes.
tertia,ibi: *quod uero*,soluit contrarium quoddam. Et incipe
sic ponere casum.Titius petebat quandam in vxorem,& ad
probandum contractum inducebat parentes suos.ipsa verò
mulier conuenta excipiebat de consanguinitate , ad quam
probandam inducebat suos consanguineos. quęrebatur,an
isti essent admittendi?& respondetur,vt in litera. Casus li-
teralis.Quærebatur,vtrum parentes & cognati vtriusq; se-
xus admitti debeant in testimonium suorum ad matrimo
nium coniungendum?Rñ.papa,ꝙ bene admittuntur,& hoc
probatur tam antiqua consuetudine,q̃ legibus;& ideo ma-
ximè admittuntur parentes,& si defuerint,admittunẽ pro-
pinquiores : quia vnusquisq; suam consanguinitatem scire
laborat testibus,& chartis,& recitatione maiorũ; & illi me
lius recipi dẽnt , q melius sciunt,& quorũ interest.quod ẽt
dr̃:pater non recipiaẽ pro filio,nec filius pro patre in cã,il-
lud verum est in criminalibus causis,& cõtractib. sed in ma
trimonio coniungendo,vel disiungendo admittuntur fauo
2 re matrimonii.Ber.†No.1.regulam ex text.isto,ꝙ in cã ma
b trimoniali,[b] siue agatur de matrimonio coniungendo, siue
separando, parentes & consanguinei utriusq; sexus coniu-
gum sunt admittendi,vt idonei testes, quinimo ipsi reliqs
pręferuntur:quia p̃sumuntur hr̃e plenã notitiam tam con-
3 sanguinitatis,q̃ contractus matrimonii.†No.2.ꝙ quis p̃su-
mitur scire genealogiam suã.Et ex hoc infertur,ꝙ allegans
ignorantiam consanguinitatis suæ non est de facili audien
4 dus. † Not.3.ꝙ ẽm leges non tenet matrimonium contra-
ctum per filium,nisi pater consenserit:quod tñ non proce-
dit in filio emancipato,vt in l.si filius,ff.de ritu nupt.Sed se
cundum canones indistinctè tenet matrimonium , vt dictũ
5 fuit in c 1.de despon.impub.† No. aliam quartam regulam,
c ꝙ in cã matrimoniali [c] seu ciuili pater nõ testificatur in cã
filii,nec e contra:quinimo nec volentes pñt inter se,seu ad
uersus se ferre testimonium 4.q.3.c.si testes.§.parentes:fal-
lit tñ in qbusdã casib.quos vide ꝑ Spe.ĩ tit.de teste.§.1.post
6 prin.†In gl.1.ĩfi.idẽ vr̃ firmare gl.pe.vt iste tex.admittat pa
d rẽtes ad testimoniũ,[d] qñ agiẽ đ cõsanguinitate ꝓbãda,vel
improbãda:secus,si agereẽ,an matrimoniũ sit cõtractũ. Sed
certè iste tex.põt ĩtelligi vtroq; casu.patet ex eo:qa admit-
tit parẽtes,q solẽt interuenire in cõtractu;ergo admittunẽ
ad deponẽdũ sup cõtractu.Quare cõcludo post Host. ꝙ aut
sposus filię est ditior,aut nobilior ; & tũc testimoniũ ipsius
filię est suspectũ,siue q̃ratur de consanguinitate,siue an ma
trimonium

a Testis.Bald.in l. in bonęfidei,C.de re.cre. ver. sequiẽ videre,tenet ꝙ nõ valet,datò ꝙ pri⁹ iurasset ĩ iudicio, & idem Bald.in l. iurisiurandi,C.de test.versic. sed hic quæro.
ZACHAR.
Adde, ꝙ contrariũ est veritas , & not.plenè Lanfrã. de Ori.in c.qñ cõtra falsam,& ibi ĩ apost. & Bñdi.va. & Cel.in ver.scriptũ,nu.5.s̃.de proba. limitando tñ, vt per eosdẽ ibi.
SEBA. SAPI.
b In causa matrimoniali. Vide domi.Mari. Soci.in cons.38.in c.circa primũ, in ver. cũ igitur, in 1.par.
ZACHAR.
c In causa matrimoniali. Vide de hoc dicto cũ suis fall. per Lanfr.de Oria.in c.quoniã cõtra falsam,n.6. vbi an & qui parẽtes pro eorum natis admittantur , ver.3.fallit in matrimonio , supra de proba.
d Ad testimoniũ. Adde Frã.de Are. consil.14.

trimoniũ fuerit ɔ̃ctũ,arg.ĩ.c. supeo,suprà de testi.nã & sup
ɔsanguinitate possent parẽtes deierare ponẽdo primũ gra-
dũ ꝑ scđo.ar.ĩ.c.series.s̃.de testi.Si verò filia ẽ æqualis spõ-
so,& tũc idisticte admittunẽ parẽtes vt hic & ĩ.d.c.sup e.đ
tes.nisi appeat ꝙ filia affectet illđ mr̃imo. vel ex circũstãtiis
eorũ testimoniũ appareat suspectũ.Idẽ & forti⁹ eẽt dicendũ
si filia cẽt supior. Et ĩ hac mã ĩ ueritate non potest dari cer
ta regula,sed relinquendum est arbitrio iudicis, ut ex circũ
stantiis deprehẽdat an testimonium sit suspectum pro hoc.
l.3.ff.de testi. uide bo.gl.in.c.in literis.e.tit.Abb.

SVMMARIVM.

1 *Inuita desponsata, & postea spõte cognita non auditur contra matrimonium*.
2 *Matrimonium nullum ex defectu ætatis et ratione metus conualidatur ex spontanea cohabitatione , & maxime si interuenit copula carnalis*.
3 *Ætas.12.an.in fœmina,& 14.in masculo est apta ad ma*.
4 *Mulier reclamans contra matrimonium post. 12.annum non auditur postea*.
Præscriptio in casu currit minoribus.
5 *Carnalis copula per uim extorta non facit matrimonium*.

CAP. IIII.

1 *Nsuper*. †Inuita despõsata postea spõte co-
gnita,ɔ̃ mr̃imoniũ ñ audiẽ. In pria
pte poniẽ cõsultatio. In scđa rñsio,ibi:*in hoc*.Ca-
sus lit.Quidã ɔ̃xit cũ quadã puella ĩtra nubilẽ ętatẽ.tãdẽ facta maior,& ab illo pluries cognita ɔ̃ mr̃imo.pro
clamauit,dicẽs ꝙ semꝑ ab initio dissensit , & hoc ꝓbare vo
lebat ꝑ testes.q̃riẽ,an sit audiẽda.Rñ. pa.ꝙ ampli⁹ audiri ñ
dẽt aduersus matrimoniũ,q̃ añ cognitionẽ sui legitimũ an
nũ attingẽs,cũ potuit,minimè reclamauit. Sicut.n.añ.12.an
nũ posset dissentire, ita post,q̃ carnaliter cognouit eadẽ nõ
2 potuit reclamare ratihabitiõe sequẽte.B.†Not.1.ꝙ mr̃imo
niũ nullũ ex defectu ætatis & rõne met⁹ interueniẽs cõuali-
daẽ ex spõtanea cohabitatiõe,ĩterueniẽte post ætatẽ lt̃iam,
maxime si intercessit copula carnalis,de quo satis fuit dictũ
in.c.ad qd,& ĩ c.cõsultationi, de spon.& uide qđ legi.& no.
3 ĩ.c.1.de despõ. impu.li.6.†No.2.ꝙ ętas.12.an.est lt̃ia in fœ
mina ad ɔ̃hendũ mr̃imoniũ . In masculo vero reqritur. 14.
4 annus,ut ĩ.c.attestatiões,de despõ.impu.†No. casum.ĩ quo
minorib.currit p̃scriptio,nã uides,ꝙ si puella ñ ɔ̃dicit;post.
12.annũ ñ audiẽ reclamãs ɔ̃ mr̃imoniũ, & hoc ẽ spãle in cã
mr̃imoni.qa alias multa mr̃imo.legitima dissoluerentur fa
5 cit.c.si annum,đ iud.li.6.†Quæro,quid si ista fuit in uita co
gnita?[c] dicit Inn.quod tuuc non firmaretur mr̃imo.not.&
uide,quod dixi in.d.c.consultationi,& quod not.in.d.c.is,
qui fidem. Ab.

SVMMARIVM.

1 *Accusans matrimonium propter quæstum repellitur*.
2 *Mater sponsæ,siue uxoris potest accusare,seu denuntiare matrimo*.
3 *Malum plerique non faciunt,quia non possunt*.
4 *Accusatio ob turpem causam facta non debet admitti*.
Iudex an ex officio possit reijcere accusationem ob turpem causam factam?
5 *Probari quomodo potest, quod accusatio fiat propter quæstum?*
6 *Matrimoniũ est unũ de septẽ sacramentis, & an per illud conferatur gratia?*

CAP. V.

1 *Ignificante*. †Repellitur accusans mr̃imo
nium propter quæstũ.In pri-
ma parte ponitur facti narratio.In secunda causę
commissio,ibi:*cum igitur*. Casus lit. Quidam du-
xit quandam in uxorem mater mulieris nititur matrimo-
nium accusare,ut ab illo pecuniam extorqueret & licet uo-
luntati suæ praua non potest opera rñdere,nihilomin⁹ vult
habere pecuniam , ut ab accusatione desistat . Cum ergo sit
malitiis hominum obuiandum mandat,quatenus,si est ita,
2 ipsam ab accusatione matrimonii repellant.Bernar.†Nota
1. matrem sponsæ seu uxoris posse accusare matrimonium
de consanguinitate , seu alio impedimento potius tamen ẽ
quędam denuntiatio, quam accusatio,cuius finis tendit ad
uindictam, sed finis huius causę tẽdit ad separationem ma-
3 trimonii,ne stent cõiuncti simul in pc̃tõ,vt no.s̃.e.c.2.†No.
2.quod pleriq; malum non agunt,quia desunt eis instrumẽ
4 ta nequitiæ explicãdæ.† No.3.quod accusatio instituta ob
turpem causam non debet admitti,& dicunt quidã doc.hic,
ꝙ iudex ex officio suo ĩ casu huius. c.pos
set repellere istos accusatores,quia time
tur in hac mã periculũ aiarũ.Ego credo,
ꝙ ẽt in aliis accusatoribus hoc idẽ posset
iudex parte ñ opponẽte, ut legi.& not.ĩ.
5 c.qrẽdũ,&.c.si q sunt.2.q.7.† ɔđ qro,qua
liter probari p̃t, ꝙ cã q̃stus ista mulier in
stituit accusationẽ?Sol.dicũt doct.ꝙ per
mediatores.Itẽ ꝑ testes,quos ipsa voluit
6 corrũpere ob istã cãm.† In gl.fi.in fin.de
hac materia,utrum in matrimonio,cum
sit unum de septem sacramentis ecclesiæ,
conferatur gratia, dic ut no.per doc.in c.
1.de sacra unctio. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Repellitur ab accusatione matrimonij,qui denuntiationis tempore tacuit , nisi denuntiationem probabiliter ignorauerit,uel iuret de nouo didicisse, & quod malitiose non accusat*.
2 *Notitiam quis habere præsumitur de ijs,quæ palam fiunt in ciuitate*.
Edicta & banimenta , quæ fiunt in ciuitate,afficiunt existentes in diœcesi.4.
3 *Ignorantia quandoque præsumitur de his , quæ palam fiunt in ciuitate*.
Banna & edicta,quæ homines efficiunt, & super quibus fiant?
5 *Citatio per edictum generalis , uel specialis qñ fiat?*
6 *Minor ex defectu ætatis excusatur de ignorantia*.
7 *Minor cuius ætatis possit accusare,uel denuntiare?*
Doli capax admittitur ad denuntiandum.
Ab accusatione repulsus an ad denuntiationem admittatur? 10.
8 *Iuramentum non recipitur contra iuris præsumptionẽ*.
Præsumptio iuris est , quem sensisse impedimentum, quod nunc denunciare intendit, potest tamen iurare de nouo didicisse.
10 *Accusator & testis , qui loquuntur de auditu,an sint audiendi?*
11 *Termino præfixo ualentibus agere discedentem , an eo elapso possit quis agere, similiter de uolente matrimonium contrahere, an post terminum audiatur actor?*
Termini præfixio a iure,uel iudice in iudicio,uel extra quod operetur.
Acta iudicis in iudicio facta transeunt in rem iudicatam,secus de his, quæ fiunt extra iudicium.

CAP. VI.

b 1 *Vm in tua*.[b] † Repelliẽ ab accusatio
ne mr̃imonii,q denunciationis
tpe tacuit, nisi denũtiationẽ ꝓ
babiliter ignorauerit , uel iuret de nouo
didicisse, & ꝙ ñ obiicit illã malitiose.pri
mò poniẽ qõ scđo distiguẽs sol. ibi.*super quo*.& ẽm mẽbrũ,ibi:*alioquin*.tertio exci-
pit,ibi:*nisi*.Casus lit. Cõsuetudo ẽ in ali-
quo loco, ut qñ aliqui uolunt ɔ̃here mr̃i
moniũ,publice ꝓponiẽ ĩ ecclesiis , ut qui
cũq; scit aliquod ĩpedimẽtũ,exeat & di-
cat,nullus apparet ɔ̃dictor, & sic ɔ̃hũt,po
stea apparet aliquis accusator, q̃riẽ;an sit
admittẽd⁹? Rñ p̃p̃,ꝙ si tpe p̃missæ denun
tiatiõis ex̃ diœcesim existebat ille, q nũc
mr̃imoniũ accusat, uel alias ad eũ denun
tiatio ñ potuit ꝑuenire,puta qa ĩfirmita
te nimia laborabat,uel ĩ tali erat ętate,ꝙ
ad cõprehẽsionẽ taliũ eius ętas ñ sufficie
bat,uel alia cã erat legitima ĩpeditus,ac-
cusatio eius dẽt audiri, alioquin tanq̃ su
spect⁹ dẽt repelli,qa p̃sumptio est ɔ̃ ipm,
qđ denũtiationẽ publice factã ñ ignora-
uit,dũ ĩ diœce.existebat,nisi ꝓprio firma
ue.iuramẽ.ꝙ postea didicit,qđ obiicit,&

SEB. SAPIA.
a Cognita. Vide. Bal.& Fel.in.c.penu.ĩ pri.s̃. de probatio. ubi ex hoc dicũt mulierẽ cogniti ꝑ uim a marito posse ingredi religionem inuito marito.
b Cũ in tua. Tetigit hic Ioã.An.an delegatus possit citare ꝑ edita,& pödera ut hic ꝑ. d.Ab.& uide Bar. ĩ extrau. ad reprimẽdũ,ĩ uer.ꝑ edictũ,in prin.& pro dicto Innoc.uide tex.opt.in c.fi.ĩ fi. de ele.in.6.& uiđ Bal.in.l.2. C.quo. & qñ iud.uer.q̃ro an đlegati,& uer. Sed nunqd & ibi dicit, ꝙ delegati, uel arbitri nõ pñt citare,ꝑ edita nisi specialiter fuerit data potestas,sec⁹ si dicit đ cõsulib. mercatorũ qa illi ponũt edictũ ĩ forib. audiẽtiæ suæ & de delegato est bona gl. in.d.l.2. & in. l. sancimus, C.đ iud.Scias tñ, ꝙ licet delegat⁹ ñ possit taliter citare ꝑ edicta, tñ đlegatus a principe p̃t citare ꝑ p̃conẽ, aut. qui semel, C. quo & qñ iudex, ubi uid. oĩno gl.ĩ uer.delegat⁹, q limitat p̃dicta, & đ ista citatione uide.d.An.in.c.dilectus,ĩ uer.q̃rit hic Inno. de excep.& Inn. in.c.1.in gl. sup uer.cõcil. o đ post.p̃latorũ & d. de Rot.decis.218. in fi.gl.in uer.lr̃is in.l.consentaneũ, C.quo. & qñ iude & de ista citatione uide gl.mag.ĩ. l.& post edictũ,ff. de iud.& de delegato, an possit taliter citare,uide ꝑ d.Ant.in.c.si quis contra clericum, de fo. comp.Bellentz.

a In diœceſi. Adde uidendum late Fe de. conſi. 66.
SEB. SAPIA.
b Tres caſus. Hos caſus cõplectitur ét Bar. in. l. is po teſt, col. 5. ff. de ac qui. hære. & quomodo intelligãt quis abſens ita, q̃ per abſentiã præ ſumatur ignoran tia, uide doctrinã Abb. in. c. 1. de poſtula. præla.
c Neſcitur q̃s. Adde. d. Car. cõ. 134. Old. conſi. 3. Pau. de Caſtro. con. 1. Ale. conſi. 86. Ro. conſi. 454.
ZACHARI.
Adde Bald. in. l. properãdũ. §. & ſi quidã, col. 3. uerſ. 3. oppo. C. de. iudi. Cal. in cle. 1. e. ti. Spe. in ti. de cita. §. ſequitur uidere, uerſi. qnq; ſic q̃ edicta, & pleni⁹ i uer. nota, q̃ minores, & Pau. de Ca. conſi. 48. Item qñ nõ eſt cert⁹ aduerſarius, ut not. idẽ Spe. ti. de dolo & cõtuma. §. reſtat, i prin. & Bal. in. l. 2. C. quo & quando iudex.
d Admitti. Adde qđ uoluit Ol. conſi. 167. & 216.
e Audiri. Adde q̃ uoluit Pet. de Ancha. conſi. 307.
ZACHARI.
Adde, quod nota ui in apoſt. ad iſtũ in. c. lator, nume. 4. in apo⁸ in uerſi. cum certo termino, ſupra qui filii ſint legiti.
SEB. SAPIA.
Poſt terminum. Vide ad hæc quæ ſcribit Fel. in. c. li cet, col. 11. uer. limitatur tertio, ſupra de probatiõi.

q̃ ad hoc de malitia nõ ꝓcedit, & tũc, ét ſi didiciſſet ab illis, q̃ denũtiatiõis tẽpore tacuerũt, ei tñ claudi nõ dét adit⁹ accuſandi: qa licet ab accuſatiõe illi repellãt ꝓp culpã ſilẽtii: iſte tñ repelli ñ dẽt, cum culpabilis ñ exiſtat. B. †No. 1. q̃ exiſtẽs in diœce. ꝑſumit hñe notitiã eorũ, q̃ palã fiunt ĩ ciuitate; & no. q̃ illa edicta & bãna, q̃ fiũt ĩ ciuitate publicè afficiũt oẽs exiſtẽtes ĩ diœceſi[a] †No. 2. tres caſus[b] in qb. ꝑſumit ignorãtia eorũ, q̃ palã fiũt ĩ ciuitate. Primus, ſi q̃s exiſtebat tũc tẽporis ex diœce. & valet iſte caſus ad multa, maxiè qñ fit ſtatutũ pœnale, aliquo exiſtẽte ex diœceſim. Scd̃us caſus, ſi q̃s erat tũc tẽporis ĩ tenera ætate ita, q̃ ñ valebat geſta cõpre hẽdere. Tertius caſus ſi ex ĩfirmitate patiebaꝫ mẽtis exiliũ. Idẽ tñ ẽ ĩ alia legitia cã, vt ſeq̃t in tex. vt puta ſm Abb. qa erat excõicat⁹ t̃pe denũciatiõis, & ſic nõ poterat mr̃imoniũ ꝯhẽdũ denuntiare; facit. c. qa diuerſitatẽ, de cõceſ. ꝓbẽ. † Sed q̃ro đ qbus bãnis ĩtelligaꝫ iſte tex. ſol. dicit In. q̃ bãna qñque capiũt ꝓ edicto facto ſup pœna pecuniaria, vt. 16. q. 1. c. ſtatuim⁹. ſed hic ſumit ꝓ denũtiatiõib. q̃ fiũt t̃pe ꝯhẽdi mr̃imonii ꝓtinẽtib. q̃ qcũque ſcit ipe dimẽtũ, dẽat illud denũciare ĩtra certum tẽp⁹, & ſi ñ ſit ꝓſixũ certũ tẽp⁹ dicit Inn. q̃ dẽt qs cõparere ſtati, cũ ꝑt cũ tẽperamento tñ qa ñ cõpelliꝫ illico currere; ad hoc. l. qđ dicim⁹, ff. de ſol. Et not. hoc dictum Inn. q̃ edicta ꝑnt poni ſine ꝓfixiõe tẽporis certi, & vid̃ q̃ ĩ ſiſi dixi ĩ. c. cũ parati, đ ap. dicit ét In. q̃ iſta edicta gñalia admit tunt̃, qñ plures admitti ꝑnt ad agẽdũ, uel accuſandũ & neſciꝫ, q̃ ꝑſona ſit citãda ſpecialiter. †No. ſin. iſtud dictũ nã potes colligere iſtã cõcluſionem, q̃ valet ét citatio gñalis p edicta, qñ neſciꝫ qs[c] ſpãliter ſit citãdus, ut ĩ le. 1. & aut̃. ibi poſita, C. ſi mi. ab hẽre. ſe abſti. alia aũt citatio ñ dẽt eẽ gñalis ꝑ edicta, ſed ſpecialis, ut ĩ. cle. 1. de iud. & q̃ ibi no. Et facit iſte tex. ꝑ cõſuetudine, q̃ inoleuit q̃ ſcholari volẽte recedere a loco ſtudii fiãt ꝑclamata & edicta ĩ ſcholis vt volẽtes aliq̃d ab eo petere cõpareãt ĩtra certũ tꝑs, de quo p gl. i. l. unica, C. ut nemo inuit⁹, & p Bar. in. l. Titia, ff. de accu. † In gl. i uer. *inanis*, in fi. vel ſm Io. An. ſciebat iſte cõſanguinitatẽ; ſed ex defectu ætatis ñ cõprehẽdebat, qđ illa dirimeret mr̃imoniũ † Sed exꝫ gl. q̃ro, đ qua ætate dẽat intelligi iſte text. dicit Inn. q̃ vſq; ad. 13. annũ. vr̃ q̃s excuſari, uel ſm eũ vſq; ad doli capacitatẽ. Nã ſicut doli capax ꝑt peccare, vt ĩ. c. 1. de deli. pue. ita ꝑt denũtiare pcñs cõmittẽdũ oĩb⁹. n. fuit dictũ, ſi peccauerit ĩ te frater tu⁹, &c. 2. q. 1. c. ſi peccauerit; alias aũt mĩores ñ admittunt̃ ad agẽdũ, ut iſti. de curato. §. itẽ iuiti, & ĩ. c. ſi annũ, đ iud. li. 6. Ego hęc dimit terẽ iudicio iudicãtis, ut hẽat diſcerner̃ qualitatẽ & diſcretionẽ pueri nãiſte tex. ſolũ cõſiderat, utrũ iſta ætas ſolũ ſufficeret ad cõprehẽſionẽ ĩpedimẽti, & denuntiationẽ. Et no. ſingulr̃ ex iſto dicto Inn. q̃ doli capaces admittenꝫ ad denũtiãdũ delictũ alteri⁹ iuxta formã euãgelii. † In gl. i ver. *repelendus*, ibi: *remouetur à denuntiatione*. uult ergo gl. q̃ repulſus ab accuſatione: qa ñ cõparuit ĩ termino, ñ dẽt admitti[d] ét ad denũtiãdũ ĩpedimẽtũ. Sed ꝯriũ no. gl. i. c. tua, de cogna. ſpũali. Hoſt. hic dicit, q̃ aut denũtiatio⁹ ht̃ poſſe ad pcñs corrigẽdũ & dẽt admitti. Aut ad diſſolutionem mr̃imonii, & ñ dẽt ad mitti. Certè hęc ſol. vr̃ mihi verbalis, & qa ñ pnt iſti agere pniam, niſi diſſolueret mr̃imoniũ, pbato ipedimento; & ſic idẽ, prſus eẽt effect⁹ ĩ denũtiatiõe, q̃ ẽ in accuſatiõe. Itẽ qa denũtiãs etiã ad peccatũ corrigẽdũ dẽt eſſe ſine oĩ ſuſpitione, ut. 3. q. 7. c. porro. vñ tenerẽ iſtã gl. idiſticte. † In gl. pe. in fi. no. gl. dicit tñ Io. An. q̃ hic iurm ñ recipiꝫ nũp eo articulo, ĩ quo erat iuris ꝑſumptio: ꝑſumptio iuris ẽ iſtũ ſciuiſſed̃ nũtiatiões emanaſſe, & iurm recipiꝫ, q̃ ipedimẽtũ ſciuit, & didicit poſt denũtiatiões. Io. Cal. dicit q̃ gl. hẽt bonũ itellectũ. nã ꝑſumptio iuris ẽ, q̃ iſte ſciebat ipedimẽtũ t̃pe denũtiatiõis & ad illã ꝑſumptionẽ excludẽdã recipiꝫ iurm. Ego diceré, q̃ ſm qualitatẽ ꝑſumptionis iudex arbitrabiꝫ, an ſit iurm ſufficiẽs. nã qñq; ꝑſumptio ẽ ita leuis, q̃ p iurm excludiꝫ, ad hoc tex. ĩ. c. nulli, de elect. li. 6. ubi electores admittũtur ad opponẽdũ ꝯ electũ, ſi iurãt, q̃ ea, q̃ obiiciunt, de nouo didicerit, ad idẽ tex. ĩ. c. ſuꝑ eo de ſen. exc. & no. gl. ĩ. c. innotuit, đ elec. qñq; ꝑſumptio ẽ ita ſtrĩgẽs & vrgẽs, q̃ iurm ꝑpriũ ñ ſufficit ad cã excludẽdã, ꝑ hoc tex. cũ gl. ĩ. c. vidua, de reg. ex qb. cõcludẽdũ ẽ, q̃ dictũ gl. q̃ ẽ univerſaliter verũ. In gl. fi. ibi. *modicum ſit præiudicium*. uel dic clari⁹, q̃ accuſator ñ cauſat fũdamẽtũ & ſubſtãtiã accuſatiõis ab ea ꝑſona, a qua audiuit ipedimẽtũ, ſed a teſtib. & ꝑbatiõib. Et iõ ñ obſtãt q̃ accuſator ſciẽs excludaꝫ ex culpa, ꝑpria, dẽt iſte admitti q̃ ñ fuit in culpa, ſed teſtis, q̃ deponit de auditu, totã ſubſtãtiam teſtimonii fundat ex ꝑſona alteri⁹, a qua audiuit, iõ, ſi actor repelliꝫ tanꝯ ihabilis, dẽt & iſte repelli, & ſic ꝑpriè loq̃ſ. c. licet ex quãdã, de teſti. alle. ꝑ ꝯrio. † Et ĩ fi. gl. no. ſin. gl. q̃ facit ad qñẽ, q̃ ꝑdixi. ſi ſcholaris uolẽs recedere a loco ſtudii ꝑfigit terminũ uolẽtib. agere, vtrũ poſt terminum dẽt qs audiri[e]? iſta gl. facit q̃ ſic, ſi res ẽ ĩtegra, ſed ego ĩtelligo rẽ eſſe ĩtegrã, qñ ñ fecit ꝑparamẽtum ad ea; q̃ ſine dãno ſuo obtinere ñ ꝑt, arg. ĩ. c. ĩ cauſis, & q̃ ibi no. de elect. Quid enim ſi ſpõſus elapſo termino edicti ꝑparuit multa, que ñ pnt differri ſine magno diſpẽdio? Certe abſurdũ eẽt dicere accuſatorẽ admittẽdũ poſt terminũ & dic latius q̃ gl. cõpre hẽdẽdo mẽtẽ Inn. q̃ aut termin⁹ fuit ꝑfix⁹a lege cõi, uel municipali, & poſt terminũ ſ̃n dẽt qs audiri, niſi ꝑbato iuſto ĩpedimẽto, ꝑ hoc. l. ob cõmiſſa, C. de adul. & l. fi. ff. de decre. ab ordine faciẽ. Aut termin⁹ fuit ꝑfixus ab hoĩe, & tũc aut iudex tulit ſniam ĩponẽdo ſilẽtiũ oĩbus, & ñ dẽt qs audiri ét re ĩtegra niſi p app. ut in. l. Titia, & q̃ ibi no. ff. de accu. & q̃ no. ĩ. l. diffamari, C. de ĩge. ma. & ĩ. c. cõquerẽte, & q̃ ibi not. Inn. de offi. ord. aut ſnĩa nõ fuit lata, ſed iudex ſimp̃r ꝑfixit terminũ, & tũc tene diſtĩctionẽ gl. q̃ aut res ẽ ĩtegra &c. cũ tẽperamẽto, q̃. ſ. tetigi. An aũt ualeat prefixio termini ſine cãe cognitiõe, Dy. ĩ r̃a, ĩdultũ, de re. iu. li. 6. dicit, q̃ ſic. ꝯriũ ſentit gl. ĩ. d. l. unica, C. ut nemo iuit⁹, & Bar. ĩ. d. l. Titia. Pro cõcordia dicerẽ, q̃ ĩ caſu, quo i⁹ mãdat ꝑfigi terminum ſeu edictũ emanare, ñ req̃rit cãe cognitio. Exẽplũ hic, & ĩ. c. fi. de clã. deſpõ. Sd̃ ubi edictũ fit ꝯ iuris r̃as, puta qa ſtatuitur terminus uolentibus agere, & tunc non debet fieri ſine cãe cognitione, quia eſt contra tex. illius. l. C. ut nemo inuitus, & dicit Bar. in. d. l. Titia, & ſi ſine cauſe cognitione pręfigitur terminus, pars releuabitur per remedium appellatiõis, quaſi ſentiat, q̃ niſi appellet non debet audiri. Ego aliter dicerem, q̃ aut iudex in iudi. prefigit terminũ, & hẽt locũ dictũ Bar. quia actus iudiciales trãſcũt in rẽ iudicatã, niſi appelletur, ut in. c. cum inter, de re iud. ét ſi ſit ĩterlocutoria, ut in. c. dilecti, de elect. in fin. Aut iudex extra iudicium ꝑfigit terminum ſine cauſę cognitiõe, & dico, quod citra appellationem poſt terminum uolens agere, debet admitti, q̃ gravamina illata extra iudicium non tranſeunt in rẽ iud. ut in c. legiti-

c. legitima, de appel. li. 6. & loquitur, quando præfixit termi num contra iuris regulas, ut ſ. dixi. Abbas.

De diuortys, Rubrica.

Continuata eſt hęc rubrica in precedenti titu. uel põt ſic continuari. Suprà in præcedentibus uiſum eſt, qua⁹r mr̃imonia cõiũganꝫ, & qua⁹r accuſenꝫ; meritò reſtat uidere, qua⁹r diuidanꝫ. Et ſcias, q̃ diuortiũ fit dup⁹r. Primò quo ad ſubſtantiã uinculi mr̃imonialis, ut qñ ſeparaꝫ mr̃imoniũ ꝓp impedimentũ ꝓpetuũ. Qñq; fit quo ad torũ & mutuã ſeruitutẽ, ut ꝓp adulteriũ utriuſq; cõiugũ, &c. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium neceſſarium non priuat ſpe coniugij.*
Machinatio in mortem coniugis priuat quem ſpe coniugij, ſi aliquod ſequatur homicidium. 3.
2 *Homicidium cauſa defenſionis non imputatur ad culpam, etiam quo ad pœnitentiam imponendam.*
4 *Machinatione mulieris in mortem uiri an uir poſſit eam deſerere, & e contra? Sæuitia uiri uel mulieris ſeparatur matrimonium quo ad torum.*
5 *Homicidium in uxorem, uel alias perſonas, in quibus caſibus priuat homicidam, q̃ non poſſit contrahere matrimonium.*
6 *Conatus ſeu uoluntas an & quando pro opere & delicto puniatur.*
7 *Delicta quædam ſunt, quæ impedimt matrimonium contrahendum, ſed non diriment iam contractum.*

CAP. I.

1 *Iqua mulier.* † Breue eſt & per alia uerba põt ſic ſummari. Homicidiũ neceſſariũ nõ priuat ſpe cõiugii. ſed machina 3
2 tio ĩ mortẽ ꝯiugis ſic. † No. 1. q̃ homicidiũ cã de
a ſenſiõis[a] nõ imputaꝫ ad culpã ét quo ad pœnitentiã impo nẽdã, ad hoc tex. in clemẽti. ſi furioſus, de homi. & uide gl.
3 23. q. 8. in ſumma. † No. ſcd̃o, q̃ ꝓp machinationẽ in mortẽ cõiugis, ſequuto inde aliquo homicidio, priuaꝫ machina tor ſpe cõiugii. uñ poſt mortẽ cõiugis nõ poterit cũ alia ꝯ
4 here mr̃imoniũ. † Sed q̃ro, q̃d ſi ĩ mortẽ mariti mulier continuè in fidiaꝫ, nec põt quoquo mõ cõpeſci, nũqd liceat hoc caſu marito eã deſerere? tex. hic nõ aperit. ſed Hoſ. format qõnẽ, & dicit, q̃ ex quo cautionis remedio ꝓuiđri nõ põt, põt eã repellere, & ſibi petẽti reſtõnẽ obſtabit exceptio ſęuitię; ꝓ hoc bonus tex. in c. literis, in fi. de reſti. ſpo. ubi vr̃ ꝓbari idẽ fore in marito ꝓſequẽte uxorẽ odio capitali; & 4
ꝓ illũ tex. dico, q̃ ꝓ iudicẽ hoc caſu poterit ſeparari mr̃imoniũ quo ad mutuã cohabitationẽ, & notabis ſemp illũ tex.
b in fine, quẽ neſcio alibi, remanebunt[b] tñ marit⁹ & uxor, li-
5 cet ſeparati, ut. ĵ. ĩ c. ꝓxi. facit. c. hi q. 32. q. 7. † In gl. 1. ibi, *niſi in caſibus*. hic gl. nõ rectè excipit à ꝓcedẽtibus. nã. ſ. loquuta eſt đ homicidio neceſſario, ſed iura allegata in exceptiõe loquunt̃ de homicidio uolũtario, qñ qs. ſ. uoluntariè interfecit uxorẽ, & ſenſus eſt, q̃ ꝓp homicidiũ gñaliꝫ cõmiſſum non priuaꝫ qs ſpe cõiugii niſi in caſibus exceptis, de quibus uide bonã gl. cũ tex. ĩ c. 2. de pęn. & remiſ. & in c. hoc ipm. §.
6 de pœnitẽtib⁹. 33. q. 2. † In gl. 2. ibi: *ubi de hoc*. Et dic, q̃ r̃r pu nit qs, licet nõ ꝓfecerit delictũ, ex quo puenit ad actũ, ꝓpin
c quum,[c] nec ꝓ eũ ſtetit, quin delictũ ꝓfeciſſet, de pęni. diſt. 1. c. ſi qs cũ telo, & c. ſiqs nõ dicã rapere. Et uide plenè de mã ĩ
7 c. 1. de eo, q̃ mit. in poſſeſ. † Et in fi. gl. no. gl. q̃ delicta, q̃ impediũt mr̃imoniũ ꝯhendũ, nõ dirimunt iam ꝯctũ, qđ intelligẽ niſi in caſibus expreſſis, & uide de hoc, quod dixi in c. primo, ſ. de conuerſio. in fide. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges propter alterius crimen non ſeparantur, niſi ſpiritualiter fornicẽtur; & tunc durat coniugium eis etiam ſeparatis.* 2.
Matrimonium ex alterius coniugis delicto, & etiam hæreſi non ſeparatur.
Matrimonij ſeparõ ſit ꝓp adulteriũ, & crimen ſodomiticũ a marito cõmiſſum.
3 *Matrimonij ſeparatio fieri poteſt, ſi maritus conatur uxorem ducere ad aliud delictum præter hæreſim.*
4 *Separati coniuges propter fornicationem ſpiritualem an abſoluti uideantur a redditione debiti?*

CAP. II.

1 *Qvæſiuit.* † Coniuges ꝓp alterius crimẽ nõ ſe parãtur, niſi ſpũaꝫr fornicenꝫ, & tũc durat cõiugium eis ẽt ſeparatis, & ſunt tria dicta. ſm, ibi, *nerum*. tertiũ ibi, *in uiris*. Caſus lr̃alis. Quæ rebaꝫ in c. iſto utrum mulier ꝓ furto uel alio crimĩe quolibet uiri ſui ab eo dẽat ſeparĩr̃ñ. ꝓp, q̃ mulier ꝓ furto, uel alio crimine uiri ſui ab eo ſeparari nõ dẽt, ni ſi uelit religionẽ fidei ſuę corrũpere, ſed ſi uir uxorẽ ad infidelitatẽ traxerit, à uiro poterit ſeparari quo ad mutuã ſeruitutẽ, ita tñ, q̃ alii nubere nõ liceb it, q̃a licet ſeparent̃. manent tñ ſp cõiuges ẽt ſeparati, & idẽ ſeruaꝫ in uiris. Ber. † No. 1. hic regulã, q̃ qualecunq; delictũ cõmittat alter cõiugum, non põt alius ob hoc petere ſeparõnẽ cõiugii ẽt quo ad torũ, fallit in delicto fornicationis, ſiue ſit fornicatio carnalis, ut. ĵ. e. c. ex lr̃is, ſiue ſit fornicatio ſpũalis, ut. ĵ. e. c. quanto, ut qa incidit in hęreſim, de quo uide, qđ legit & no đ cõuer. cõiu. c. fi. An aũt ꝓp crimẽ ſodomiticũ cõmiſſum à marito põt uxor petere ſeparõnẽ mr̃imonii, quẽ admodũ petit ꝓp adulterium, uide per Inn. c. 1. de adul. ubi plenè dixi, & p gl. in c. oẽs cauſationes. 32. q. 7. & in c. maritis, de adult. & ibi uide opi. † Scd̃o q̃ro, q̃d ſi maritus conatur uxorẽ ducere ad aliud delictũ ꝑter hęreſim nũquid uxor poterit ob hoc petere ſeparõnẽ quo ad mutuã cohabitationẽ? Inn. ſentit hic, q̃ ſic, & remittit ad no. ĵ. e. c quãto. idẽ tenet in c. 1. de adul. b
ꝑall. In ꝯriũ facit, qđ no. gl. in c. uxor. 28. q. 1. Sed ad primũ dictũ facit. c. idololatria. 28. q. 1. & ſatis põt dici, q̃ ſi non põt cõpeſci, ab iſta inſolentia, poterit fieri ſeparõ. nam præſumptio eſt cuiuſdam infidelitatis, ſi perſiſtit coniunx in trahendo coniugem ad delictum, nec ab hac prauitate cõpeſci poteſt. † Quæritur tertio, ſi ſeparet̃ matrimonium propter fornica- c
tionẽ ſpiritualem, nunquid innocens ſit abſolutus, a redditione debiti carnalis? Quidã tenuerũt q̃ nõ, ſed tantum a mutua ſeruitute, qa xp̃s ſolũ excipit delictũ fornicationis, cõtrariũ hic tenet Hoſt. & meli⁹, quia licet exceperit fornicatione, nõ. tñ diſtinxit inter ſpũalẽ & carnalẽ. uñ fauoꝛ fidei dẽm⁹ ĩtelligeꝛ đ ſpũali, & ꝓ hoc c. idololatria, ꝑall. & no. bñ hoc dictũ. q̃ ĩ mã penali uerbũ gñale ĩtelligiꝛ largo mõ. ſi diſpõ tẽdit ĩ fauoꝛ fidei. Ab. c

SVMMARIVM.

1 *Vir non poteſt dimittere uxorem propter impedimentum parentelæ notorium abſq; iudicio eccleſiæ.* 2.
Iudex ex officio poteſt inquirere de impedimento matrimonij, ſi fama refert illud exiſtere. 4.
Iudex ex officio, ſi impedimentum eſt notorium, poteſt matrimonium ſeparare.
3 *Maritus compelli poteſt per excommunicationem ad recipiendum uxorem ineantè dimiſſam.*
5 *Conſanguinitas de facili põt eſſe notoria. & hæc parentela ex cõi tractatu dicitur notoria ꝑſumptione iuris.*
6 *Secundum genus affinitatis hodie non prohibetur.*
8 *Separõ matrimonij ꝓp adulteriũ facta eſt pœnalis ſniã.*
Lite pendente ſuper impedimento coniuges debent ſibi debitum reddere.
Reſtitutionem petenti obſtat exceptio defectus proprietatis notoriæ.
9 *Reſtitutionem marito petenti obſtat adulterium notorium mulieris.*
Impedimentum parentelæ obſtat matrimonio quo ad carnalem copulã, non aũt quo ad mutua ſeruitia.
Notoriũ quale ſufficiat ad ſtatũ diſſoluẽdũ matrimoniũ?

HHH

a Cã defenſionis. gl. tenet ꝯrium in l. ut uim, ff. đ iuſt. & iu. gl. in c. inter hæc. 33. q. 2. q̃ in oibus caſibus, in quibus eſt cõmiſſum homicidium, tpe cõfeſsiõis eſt iniungenda pnia, Rom. in auth. ſiꝛ, C. ad l. Fal. in 34. ſpeciali piæ cauſæ inter ultimas uoluntates. Abb. in c. 2. ĵ. de homi. Imo, in l. quod ergo, ff. de lẽga. 1. Alex. in l. ex plagiis, ff. de uerb. oblig. ubi tenent, q̃ interficiẽs bannitum uigore ſtatuti nõ peccat. Bald. in l. rectè, C. unde ui. in 7. col. in fin.
Remanebunt. ꝓ hoc corrigitur. l. conſenſu. C. de repudiis ſm q̃ ꝓp in fidiationẽ fiebat ſeparõ etiam quo ad uinculum matrimonii ſm Io. And. & Philip. Fr. hic.
Ad actum ꝓpinquum. per legiſtas in l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſc. & cle. & in l. quiſquis, C. ad legem Iul. maie. per Bar. in l. 1. ff. de ex or. cri. per Alex. in l. 1. in fi. ff. quod quiſque iur. p̃ cano. in c. fœlicis, đ pœnis, li. 6.
SEB. SAPIA.
Actum propinquũ. Vide latè Fel. in c. 1. col. 1. uer. regula eſt, ſ. de ſ̃ſum. ubi ponit regulam cum nonẽ limitationibus.

a Porro. sed uidet̃
ꝙ nisi sit suspicio
adulterii ẽt noto
rii,propria aucto
ritate non posit
uxorem dimitte-
re per tex.in c.di
xit dñus. 32. q. 2.
Sed pot̃ responde
ri ꝙ uerbum,libe
rè. non excludit,
ut scis, & ,pbatur
in c.1.de off.ord.
iuncto.c.decimus
de restit spol.lib.
6.Bellentz.
b Ex officio. de
quo in c.qualiter
& qñ. j. de accu.
Lea quidẽ , C.e.&
in l.si marit⁹, ff.đ
adulte.&facit iste
tex.pro gl.i c. p̃s
byter si à plebe.2.
q. 6. ꝙ per iudicẽ
non pot̃ ,pcedi p
inquisitionẽ , nisi
prius detur termĩ
nus offenso ad ac
cusandũ & delibe
rãdum,Bal. i l.se-
natu, C.qui.accu.
non possunt.
c Pœna.hanc gl.re
putat sing.Florẽ.
hic;ꝙ snĩa diuor-
tii dicitur pœna.
addo aliã i c.p ue
nerabilẽ,s̃. q filii
sint legi.i uerb.se
parasti,qđ intelli
ge secũdũ Inn.i se
paratiõe.q̃ fit pro
pter separationẽ
carnalẽ,uel spũa-
lẽ secus, si ex alia
cã. & an annulla-
tio actus sit pœna,
uide tex. in l.sena
tus, ff.de cõtrahẽ.
emp. & q d in ulti
mis.uolũtatibus ,
no.i l.turpia,ff.de
leg.1.per Inn.in c.
snĩa. j.de sen. ex-
cõi.p Bal.in l.præ
tor,ff.de no. ope.
nũ.p Bal.in l. ne-
mo.la 2.C.de sac.
sanc.eccl. per Bal.
nouellum in rub.
ff. de uer. ob.in fi.
in sua soléni repe
titione.

CAP. III.

a Porro. [a] † Vir non pot̃ dimit
1 terre uxorẽ sine iu-
dicio eccl'iæ, ẽt ꝑꝑ ipedimẽtũ
parentelæ notoriæ.h.d.primò ,
& scđò.Si fama refert ipedimẽtũ cõiugii,
ẽt nemine opponente , eps̃ ex officio suo
pot̃ de eo inquirere. Si uerò ipedimẽtũ ẽ
notoriũ pot̃ ex officio suo mr̃imonium se
parare,& ꝰm dictũ,ibi: *præterea* Casus li
teralis.Quidã comes pontini authorita-
te sua sine iudicio eccl'ię dimisit vxorem
suã , qa eã dicebat fuisse cognatã uxoris
suæ defunctæ, mulier petebat eũ sibi resti
tui,q̃rit̃,an potuit eã sic dimittere?Rñ.p̃p̃
ꝙ si ẽt parentela publica & notoria esset,
sine iudicio ecclesiæ uxoré dimittere nõ
pot̃,uñ comes cõpelli dẽt,ut eã recipiat ,
q̃ restitutionẽ ipsius petebat , qđ si facere
cõtẽpserit,excõicet̃.Preterea q dã.H.no-
mie q̃dã cognatã vxoris suę duxit i vxoré.
q̃rit̃,qd fieri dẽat?Rñd.p̃p̃, ꝙ si non appa
reant accusatores,& parentela manifesta
seu publica existit,ꝙ credibile nõ est, nisi
essent cõsanguinei in primo & scđo gra-
du,illud mr̃imoniũ dissoluat̃ , qđ illicitè
2 est ꝯctũ.Ber:† No.Primò,ꝙ mr̃imoniũ se
mel ꝯctũ nõ dẽt absq; iudicio eccl'iæ , ẽt
si impedimẽtũ sit notoriũ,separari,& no.
hoc ultimũ:qa nescio alibi. Et rõ pot̃ eẽ:
qa multa dicunt̃ notoria,q̃ nõ sunt, ut in
c.cõsuluit,de appell.iõ nõ dẽt tñ scr̃m re
scidi ex sola opi. coniugũ credẽtiũ forte
iniuste impedimẽtũ notoriũ; de hoc ali-
3 quid.j.† No.2. coniugẽ posse cõpelli per
excõicationẽ ad recipiendũ uxorẽ incau
4 tè dimissam,seu temerè.† No.in §.*præte-
rea*,ꝙ sup impedimento mr̃imonii iudex
b pot̃ ex officio[b] suo ,pcedere.† Itẽ no.ñ cẽ
5 facile,ut cõsanguinitas sit notoria nisi in
prĩo uł scđo gradu ꝯsanguinitatis.nã.fra
tres,q sunt i primo, & filii duorũ fratrũ ,
q sunt in scđo,de facili exhibẽt se cunctis
,p cõsanguineis,nõ aũt sic cõtingit in ul-
teriorib.gradib.Et sic no. ꝙ licet parẽte-
la ,pbet̃ ex p̃sumptiõe,puta ex cõi tracta-
tu,nihilominus pot̃ esse notoriũ,& appel
lat̃ hoc notorium p̃sumptionis,seu iuris.
6 † Oppo.ꝯ primũ dictũ.nã ur̃ , ꝙ cognatã
uxoris defunctæ licitè q s ducat in uxorẽ.
aut.n.erat cognata uxoris:qa fuerat uxor
fratris uxoris,& tũc,cũ ista sit ex secundo
gñe affinitatis, nõ vr̃ cũ ea ,phibitũ mr̃i-
moniũ,ut i c.nõ dẽt,de cõsan.& affi. Aut
erat cognata uxoris,qa ambæ fuerũt con
iuges duorum fratrum, & etiam non de-
bet impediri : quia attinebat isti in ter-
tio gradu affinitatis,de quo hodie nõ est
curãdũ,ut i d.c.nõ dẽt.Sed si itelligimus,
ꝙ erat cognata uxoris modis p̃dictis,di-
cẽdũ, ꝙ ,pcedit istud de iure antiquo,sed
pot̃ itelligi, ꝙ erat cognata uxoris defun
ctę,id est cõsanguinea.nã cõsanguinei di
7 cunt̃ cognati,ut.ff.uñ cog.l.1. †In gl.1.i fi.
no.bñ finẽ gl.maximè i eo,ꝙ nullã mẽtio
nẽ faci.đ citatiõe,sed aĺr dicit in c.ad no-
strã,s̃.đ iureiu.sed tu dic,ut plene dixi i c.
8 uestra,de coha.cle.& mulie. †In gl.2.ibi.

c *pœna*[c] *est*.no. gl. Io. An.dicit, ꝙ cum sit separatio propter
adulteriũ,est ,ppriè pœnalis snĩa , & credo,ꝙ melior sit rõ,
q̃ tetigi in notabilib⁹,quia hoĩes fallunt̃ in discernẽdo. an
aliquid dicat̃ notoriũ : qa,ut dicit Io.2.q.1.c. de manifesta
de notorio loquimur,& qd sit notoriũ,ignoram⁹.& iõ dẽt
requiri iudiciũ eccl'iæ i separatiõe tãti sacr̃i : nõ tñ interim
dẽnt sibi debitũ reddere, si firmiter credũt parẽtelã eẽ iter
9 eos,ut i c.lr̃as,de rest.spo. & ,p hoc,qđ dr̃ i gl.seq. † In gl.3.
in fi.sed ꝯ hãc sol.gl.& tex.opponit̃.nã petenti restitutionẽ
obstare dẽt quo ad oĩa exceptio đfect⁹ ,pprietatis notorię,
ut est tex.j c.ad decimas,đ resti.spo.li.6.optimè facit.j.c.,p
xi.ubi adulteriũ notoriũ mulieris obstat eidẽ petẽti maritũ
restitui. dicit ibi In.hoc ,pcedere nedũ i cã mr̃imoniali,sed
in qualibet alia.hoc ꝯriũ difficillimũ est,& uario mõ p mo
dernos soluit̃ hic,& j.c.se.Prĩo dicũt,ꝙ iste tex.nõ dicit, ex
ceptione nõ obstãte; sed ꝙ marit⁹ ñ dẽt dimittere uxorem
ẽt ꝑꝑ parẽtelã notoriã sine iudicio ecclesiæ.nã si bñ põdera
tur tex.hic ñ excipiebat̃ de parẽtela notoria. scđo soluit,ꝙ
parentela obstat mr̃imonio quo ad carnalẽ copulã,non aũt
quo ad mutua seruitia.nã pot̃ qs hr̃e mulierẽ ut sororẽ, q̃ ñ
pot̃ hr̃e ut uxorẽ,ut in c.cõsultationi,s̃.de frigi.& malefi.&
sic hęc exceptio nõ cõcludebat ex toto,defectu ,pprietatis.
Tertia sol.ꝙ hic loquit̃ de notorio p̃sumptiõis,qđ certitu-
dinaĺr ,pbari ñ pot̃.Cõtrariũ ,pcedit i notorio facti,qđ cla
rè ,pbari pot̃.Hęc ultĩa sol.ñ multũ mihi placet: qa hoc no
toriũ sufficit ad dissolutionẽ mr̃imonii sine alia ,pbatione
ut p3 hic in fi.c.ergo dẽt sufficere quo ad repellẽdã cõiugẽ
à petitione restõnis.Et iõ tene p̃cedẽtes solõnes, & sic hẽs
clarè itellectũ huius.c. qđ a plerisq; difficile reputari solet.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem mariti uxor petens repellitur, si notoriè fornicata est, & maritus continuit.* 5.7.10.
2 *Maritus excõicatur, si absque iusta causa uxorem dimittit.*
Marito non creditur de adulterio uxoris.
3 *Vxor dimissa etiam temere a marito non excusatur, si post modum adulterium commisit.*
Mulier non excusatur à fornicatione etiam propter paupertatem.
4 *Adulterium quomodo potest esse notorium.*
5 *Restitutioni obstat exceptio notoriæ proprietatis, siue defectus notoriè concludens ad executionem notoriæ proprietatis.*
6 *Adulterium non separat matri. sed tantum priuat eius executionem.*
7 *Ab adulterio an excusetur uxor, si à marito fuit causatum?*
8 *Mora ultima nocet.*
9 *Adulterium mariti etiam non notorium an uxor possit obijcere?*
10 *Restitutio mariti propter exceptionem de adulterio non retardatur, nisi excipiat de adulterio notorio.*
Restitutionis materia est ualde priuilegiata.
Paria delicta siue adulteria mutua compensatione tolluntur.

CAP. IIII.

1 *Significasti.* † Repellit̃ uxor petens restitu-
tionẽ mariti , si notoriè for-
nicata est , & marit⁹ cõtinuit. Cõis diuisio.scđa,
ibi, *consultationis*.Casus lr̃alis.Quidã sine iudicio
eccl'iæ dimisit uxorẽ suã eo,ꝙ suggestũ fuit ipsam cũ quodã
suo cõsanguineo icestũ cõmisisse, ꝑꝑ qđ ẽt fuit excõicatus:
sed mulier illa de alio sobolẽ suscepit , & nihilominus pete
bat uiro suo restitui, dicens ꝙ iniustè eam dimiserat,& sibi
mãm adulterãdi dedisset.q̃rit̃,qd iuris sit?Rñ.p̃p̃,si notoriũ
sit mulierẽ ipsam adulteriũ cõmisisse,ad eam recipiẽdã uir
cõpelli ñ dẽt,nisi cõstaret ipsum cum alia adulteriũ cõmisis
2 se.Ber. † No.1.maritũ posse p eccl'iã excõicari , si sine iusta
cã dimittat uxorẽ,nec credit̃ sibi asserẽti uxorẽ fuisse adul-
3 terã,p hoc.j.c,,pxi.†No.2.ꝙ uxor dimissa temerè à marito
nõ excusat̃ ab adulterio,qđ sic relicta ꝑpetrauit.Nã p̃textu
paupertatis nõ dẽt mulier cõmittere tãtã ignominiã, ff.de
4 ri.nup.l.palã.§.nõ.n.† No.ꝙ adulteriũ mulieris pot̃ eẽ no-
toriũ;qđ pot̃ cõtingere multis modis, puta p cõfessionẽ ip
sius,uł qa peperit filiũ,licet marit⁹ secũ nõ habitauerit p an
nũ.No.ultimò , ꝙ petẽti restõnẽ obstat exceptio de effectu
notoriæ proprietatis,siue defect⁹ cõcludens ad executionẽ
,pprietatis notorię.nã adulteriũ nõ priuat,seu separat ma-
trimonium,

trimoniũ,sed priuat dũtaxat executionem mr̃imonii; & ui-
6 de qđ dixi s̃.in c.,pxi.& tene menti in hoc istũ tex.†In gl.1.
ibi,*nisi eam inuitam*. Idẽ sentit Io.An.si uolentẽ eam adulte
rãdã tradidisset alteri;tñ nõ rñ.ad ꝯriũ. Sed dic,ꝙ aut mari
a tus dat uxori imediatam cãm adulterãdi ,[a] puta induxit ad
cõmittẽdũ adulteriũ;& tunc nõ pot̃ sibi adulteriũ obiicere;
& sic itellige iura alle.i prin.gl. nõ tñ p hoc excusat̃ mulier
a pœna legis;imò uterq; puniet̃ marit⁹, & uxor,ut in l.1.§.
si publico, ff. de adult. Aut p̃stat cãm mediatã seu remotã,
puta qa eã reliqt,uel in necessariis nõ ,puidit; & tũc nõ pot̃
sibi obiicere adulteriũ,ut hic,& in c.seq.& uide qđ dixi in c.
7 discretionẽ,alle.in gl. † In ea gl.ibi,*spoliata intelligitur*. no.
bñ hãc pticulã gl.& idẽ tenet gl.in c. lr̃as,de resti.spo.& in
c.intelligim⁹,de adul.& Inn.in c.ueniens,de reg.& Spe.i ti.
8 de spõsa.§.si.uer.1.& seq.†In fi.gl.no.hanc qõnẽ;& rõ deci
sionis est,qa ultima mora nocet, ut in l. illud, ff.de peric.&
9 cõmo.rei.uẽditæ. †In gl.fi.ibi,*oporteret prius probare*. uult er
go gl.ꝙ uxor possit replicare de adulterio mariti ẽt nõ no
10 torio.†In ꝯriũ facit,qđ no.gl.p̃cedẽs,sed cõcordãdo dic,ꝙ
marit⁹ nõ est audiẽd⁹ ad ipediẽdũ restõnẽ cõiugi,nisi exci-
piat de adulterio notorio. Rõ,qa cã restõnis est priuilegia-
ta,ut in c.fi.de or.cog. Sed uxor bene replicat de adulterio
mariti nõ notorio,qa maritus nõ petit restõnẽ,sed excipit
ꝯ petẽtẽ; & sic cessat rõ,q̃ est in priori casu. Et ex hoc no.ꝙ
b adulteria coniugũ mutua cõpensatione tollunt̃,[b] licet diffe
rant in qualitate,ut qa adulteriũ unius est notorium,aliud
uerò occultum,&c. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatur propter adulteriũ uxoris, & si uir postea fornicatur, reintegratur.* 6.
2 *Confessione solius uxoris separatur matrimonium quo ad torum, secus , ubi agitur de substantia matrimonij.*
3 *Maritus tenetur ad ,puidendũ uxori de necessarijs, etiam si dotem nõ habuit.* 4.
4 *Maritus potest accusare uxorem de adulterio.*
Vxor potest agere contra uirum, & petere alimenta.
5 *Matrimonium non separatur propter adulterium , nisi quo ad torum & mutuam cohabitationem.*
6 *Matrimonium integratur propter uiri incontinentiam.* 11.
Separati coniuges debent ex uoto continentiam seruare.
7 *Pater uendit filium propter famem.*
Adulterium committere alicui non licet etiam propter famem . quarere enim debet uictum alio modo. 8.
8 *Filia innupta ætate 25. annorum , si peccat in corpus suum, non potest à patre exhæredari, quia uidetur, ꝙ pater fuerit in culpa differendo nuptias tanto tpe.*
9 *Iudex an debeat supplere?*
10 *Confessio facta calore iracundiæ an & quando præiudicet.*
Confessio propria an possit reuocari?
11 *Sentẽtia separationis matrimonij quo ad torum an transeat in rem iudicatã?*
12 *Separati coniuges an inuiti possint reintegrari?*

CAP. V.

1 *Ex literis.* † Mr̃imoniũ separat̃ ꝑꝑ adulteriũ
mulieris;& si uir postea fornicet̃,
reintegrat̃ ; & est bon⁹ casus & multũ allegabilis.
scđa ps,ibi,*unde fraternitati*. Casus lr̃alis.Guliel-
m⁹ duxit in uxorẽ q̃dã,tandẽ nata discordia inter eos dice
bat idẽ.G.p uiolẽtiã sibi illatã & metũ ẽt illã duxisse,post-
modũ accusauit eã sup crimine fornicatiõis ; q̃ cępit publi-
cè ,pfiteri,ꝙ cũ uir eius negaret sibi in necessariis ,puidere,
crimen cõpulsa fuit incurrere supradictũ. Sed cũ admonita
fuisset,ne ad suggestionẽ alicui⁹ illud tã turpe ꝯ se ꝯfiteret̃,
ipsa id manifesti⁹ asserebat.Eps̃,cõuocato capl'o suo,de cõ-
silio ipsi⁹ capl'i utriq; illorũ priuatim cõtinẽtiã indixit ob-
seruãdã, ita, ꝙ castè uiuerẽt ab inuicẽ sepati.Sed dictus.G.
statim cũ alia furtim ꝯxit.Eps̃ hoc audiẽs ab ipso.G.uerita-
tẽ inq̃rẽs,ipse rei seriẽ explicauit,& ad sedẽ apost. appella-
uit.q eps̃ ordinẽ hui⁹ negotii dño papæ significauit. uñ mã
dat ep̃o,quaten⁹,si res ita se hẽt,uirũ p̃dictũ ad vxorẽ ltimã
2 redire cõpellat.Ber. †No.1.& tene mẽti,ꝙ cõfessio cõiugis
ualet ꝯ executionẽ mr̃imonii, seu ꝯ sequẽtia ad ipm matri
monium,uel p alia uerba sic. Not.ꝙ ubi agit̃ de adulterio ad
sepationẽ tori,ualet cõfessio soli⁹ cõiugis. nã ad solã cõfes

sionẽ mulieris fuit hic sepatũ mr̃imoniũ
quo ad torũ,secus est,ubi agit̃ de substan
tia uinculi,ut in c. sup eo,de eo q cog. cõ
san.uxo.suæ,& ibi plenius dixi.rõ diuersi
tatis est,qa primo casu solũ tractat̃ de p̃-
3 iudicio cõfitẽtis.†No.scđò maritũ teneri
ad ,puidẽdũ uxori i necessariis ; & si hũit
c dotẽ,tenet̃,puidere ꝰm q̃titatem [c] dotis,
ut in l.si cũ dotem.§.sinaũt,ff.sol.mat.Si
nõ habuit dotẽ, tenet̃ ,puidere de suo,ut
4 dr̃ in c.p ur̃as,s̃.ti.,pxi. †No.tertiò mari-
tũ posse accusare uxorẽ đ adulterio, licet
tpe adulterii denegauerit sibi ,puidere in
necessariis.non.n.excusat̃ ꝑꝑ hoc mulier
de adulterio.dẽt.n.agere ꝯ uirũ,& pete-
5 re alimẽta.†Itẽ no.ꝙ ꝑꝑ delictũ adulte-
rii non separat̃ mr̃imoniũ quo ad uinculũ,
sed tm̃ quo ad torũ & mutuã cohabitatio
nẽ.uñ sepati remanẽt coniuges;ad hoc c.
6 2.s̃.c.32.q.6.c.fi. † No.ꝙ si uir innocẽs nõ
cõtinet,post separõnẽ factã ꝑꝑ adulteriũ
mulieris dẽt mr̃imoniũ reitegrari; & est
casus hic singularis,q nõ est alibi ꝰm vnũ
itellectũ,ꝙ adulteriũ uiri & uxoris cõpẽ-
sat̃ nõ solũ añ snĩam latã, sed ẽt postea;
de quo pleni⁹ dicet̃ cũ gl.pe.Et istũ tex.in
ducit Io.in c.qđ Deo pari.33.q.5.& in c.
nolle.30.q.1.ꝙ si cõiuges pari cõsensu uo
uẽt cõtinẽtiã, & alter postmodũ nõ cõti-
net,mr̃imoniũ dẽt reintegrari. Sed dicit
Io.And.ꝙ parũ facit ad hoc ista decre.&
remittit ad no.in c.dudũ, de cõuer. cõiu.
Et dic parũ facit ex eo,ꝙ mulier hæc,quæ
deliquit,nõ tenet̃ seruare ꝯtinẽtiã ex uo
to; sed tm̃ qa priuata est iure suo ꝑꝑ suũ
delictũ.Sed marito postmodũ delinquen
te cõpẽsat̃ adulteriũ suũ cũ adulterio ma
riti,sed in casu p̃misso sp illi obligant̃ ad
cõtinentiã ex ,pprio uoto.uñ credo, ꝙ ẽt
ex officio iudicis nõ dẽt mr̃imoniũ rein-
7 tegrari,ne ueniant ꝯ uotũ cõtinentiæ; &
hoc vr̃ uelle tex.in d.c.qđ Deo. † In gl.1.
ibi, *l.ult.* ubi excusat̃ pr̃,q ꝑꝑ necessitatẽ
d famis uẽdit filiũ;[d] ꝯ,dic,ꝙ illud nõ ẽ deli
ctũ, maximè cum facit authoritate legis,
sed adulteriũ i se est malũ & oĩ lege ,phi-
bitũ,nec ex aliquo pot̃ fieri bonũ, ut c. &
8 si Xp̃s,de iureiu.†In ea.glo.ibi, *auth. sed si
post*.ubi filia q̃ post.25.annũ.innupta pec-
cauit in corp⁹ suũ,nõ pot̃ a pr̃e exhæreda
ri,quasi pr̃ fuerit i cl'pa differẽdo nuptias
ei⁹ tãto tpe,sed dic illud ,pcedere i odiũ
pr̃is,& qa alia necessitate vr̃ inducta; q̃ fa
mis,sec⁹ aũt i uxore,qa aliis remed.is de
9 bet sibi q̃rere uictũ;& no.hũc casum. † In
gl.2.ibi, *ipsum factum respicere*. quasi uelit
dicere,ꝙ cũ iudex nõ dẽat supplere de fa-
cto,ut no.in c.bonæ,đ postu.p̃la.nõ dẽat
eps̃ p cõfessionẽ habitã instare , sed tene
ꝯriũ,ut ẽt ,pbat ista lr̃a.Et huius dicti tri
plex pot̃ eẽ rõ.prĩa , ꝑꝑ piculũ aĩarũ, qđ
iminet ꝑꝑ separõnẽ mr̃imonii.scđa , ,p
fauorẽ mr̃imonii. tertia , ne cã collusio-
nis ista cõfiteret̃,ar.in c.audiuim⁹.j.đ col
10 lu.detegẽ. † Et i fi.no.fin.ultimũ dictũ gl.
& nõ tradas obliuioni, ꝙ cõfessio calore
e iracũdię[e] nõ p̃iudicat,nisi det̃ ,pseueran-
tia,aĺs ãt ualet cõfessio facta i criminali,

ZACHARI.
a Immediatã cãm
adulterandi. Adde
Paul.de Cast.cõsi.
126.& Feli.in c.fi.
col.2.uersi.itẽ per
Inn.s̃.de constit.
ZACHARI.
b Tolluntur. Adde
tu,quod latè nota
ui in apo. ad istũ
in c.an sit deferen
dum, nu.4. in uer.
non sit,s̃. de app.
ubi hẽs,an & qñ i
delictis habeat lo
cum compẽsatio.
c Secundum q̃tita-
tẽ dotis.Ista consi
deratio Abb. ẽ dũ
bia, quia maritus
tenetur in oĩbus.
& nõ solum ipse,
sed & hęredes ei⁹,
Bar.Ang.& cõiter
doct. i l.diuortio,
ff.solu.matri.ar.l.
qđ si nulla , ff. de
reli.& sump.fune.
p doct. in l. qđ in
uxorem,C.de neg.
gest.
ZACHARI.
d Vendit filium, l.
2.C. de patr. & fi.
di.in c.si quis,inf.
de fur.& i c.disci-
pulos,& ibi arch.
de consi. dist. 5. &
iste in c.nõne,col.
fi.s̃. de p̃sum. qđ
tñ ñ hẽt locũ i fil.
p̃sbyteri; ita sing.
dixit Hostiẽ.in c.
Iudæorum, de æt.
& qual. quem ibi
sequuntur scrib.&
Io.de Ana.in alle.
c.siquis,col.2.uer.
tu adde , & c.j. de
fur. refert etiã &
sequitur Hipp. de
Mar.sing.suo.101
inc.pr̃ pot̃ uẽdere.
e Iracundiæ.p Ro.
in sing.515.p Bal.
& Saly.in l.si filiã,
C.de inof.testa.iõ
uotũ factũ calore
iracundiæ non ua
let,gl. i c.dudũ,&
ibi Abb.s̃. de con
uer. cõiu.fallit in
delictis.l. si nõ cõ
uitii , & ibi Cy.C.
de iniur. Ab.in c.
2.j.de his,qui fil.
occiderunt.
SEB. SAPIA.
Calore iracũdię.
Vide Deciũ . in c.
at si clerici , i prĩ.
col.10. uer.tertiò
limitat̃,s̃. de iud.
Fel.in c.Matthę⁹.
j.de sim. & in c.si
cut ex lr̃is,de iure
iur.& in c.si uerò,
col.ult.eo.ti.& in
c. dilecti filii,col.
9.s̃. de exceptiõi.

SEB. SAPIA.
a Ex officio iudicis.Vide Fel. in c. lator, col.7.s̃. de re iudic.ubi ponit quid tenendum.
b Quanto . uide Thom. in 4. sent. dist.35.q.1. circa fi.ubi dicit, q infidelitas alteriꝰ cõiugũ facit diuortium,quia dicitur spiritualis fornicatio,& cõtra bonum matrimonii, quod est proles, ut ibi per eum,Bellentz.

nec exigit alia pseuerãtia,ut ĩ l.si cõfes-
sus,ff.de cust.& exhi.re.& in c.2.de cõfes.
& ĩ c.p inqsitionẽ,de ele.Vel põt ĩtelligi
tex.ſm Host. q ĩcõtinẽti antè q̃ cõfessio
sit descripta in actis, põt fieri reuocatio;
& not.sing.hoc dictũ, p quo allego gl.in
c.apud.32.q.1.& in c.fi.de iureiu.li.6.Põt
tertio ĩtelligi tex.q corã epo & sociis ex
locũ iudicii ista mulier fuit ɔfessa. iõ eps
admonuit.ut dicat ueritatẽ. alię pceden
11 tes solões sunt notabiliores. †In glo.in
uer.inuicem.no.bñ istã gl.& ultimam,q si
mrĩmonio separato pp adulteriũ alteriꝰ
coniugis,alius non ptinet,debet mrĩmo
niũ reitegrari,nõ obstãte, q snĩa separa
tionis lata fuerit.idẽ firmat glo.j.proxi.
Quidã tenuerũt ɔ̃riũ. q ex quo snĩa fuit
lata pdidit ius seruitutis oẽ, qđ hẽbat in
marito, qđ vr̃ nõ posse recupare ex deli-
cto uiri superueniente,& uide bo.gl. quę
hoc late disputat in c.apostolus. 32. q.7.
& doc. antiqui fuerunt uarii in hoc. Sed
opin. communior & fauorabilior est, ut
mrĩmoniũ reintegret, saltẽ ex officio iu
a dicis,a qđ tenet Inn.in c.pxi.& hoc satis
mihi placet, ne isti sic separati incidãt in
adulterium. Et qa stante uinculo mrĩmo
niali nõ põt dici, q iniuria sit illata mu-
lieri seu ipsi mrĩmonio , iõ dẽt hincinde
fieri cõpẽsatio, & ex hoc no. q snĩa fuit
lata sup separõne mrĩmonii quò ad torũ
nõ tñ trãsit ex toto in rẽ iudi. p quo fa-
12 cit qđ no.in gl.se.† In gl.fi.in fi. no.con
clusionẽ gl.& hęc conclusio cõior est,ut
dicamꝰ,q antè,q̃ uxor cõfiteat, possit ẽt
inuita reconciliari marito,licet fuerit se
parata iudicio ecclię, nã illa snĩa separa-
tionis fuit lata in fauorẽ nõ delinquẽtis.
iõ nõ dẽt retorqri ĩ eiꝰ læsionẽ,maximè
cũ duret uinculũ mrĩmoniale inter eos;
& p hoc facit optimè auth.sed hodie,C.
de adul. & qđ no.gl.in c.gaudemus,s̃. de
cõuer.cõiug.& optimè facit tex.ibi.& de
ultimo ɔ̃rio gl. dic ut no. in regula,factũ
legitimè,de reg.iur.li.6. Abbas.

SUMMARIUM.

1 *Separati coniuges sine iudicio ecclesia etiam propter hæresim redire compelluntur.2.4.*
2 *Adulteriũ & hæresis, seu carnalis & spũalis fornicatio,an idẽ opetur quò ad separationem coniugum?4.*
3 *Matrimoniũ separatur ẽt pp spiritualẽ fornicationẽ.*
4 *Separati coniuges propter hæresim,an reconciliarẽtur, si sit reuersus.*

CAP. VI.

1 DE illa. †Si uxor a uiro lapso in hæresim propria authoritate diuertit,ad eũ reuersum redire cõpellit, secꝰ, si p iudiciũ ecclĩæ ab eo fuisset separata.
& scđa,ibi,*si uerò*. Casus lr̃alis.Quidã uir lapsus fuit in hęre
sim, uxor eiꝰ statĩ sine iudicio ecclię ipsiꝰ ɔsortiũ đclinauit,
tãdẽ ille reuersus ẽ,& petebat uxorẽ,ipa nolebat ad eũ redi
re;q̃rit,qd iuris sit Rñ.pp̃,q si mulier maximè ea ĩtẽtiõe di
scessit a uiro,ut ille in hæresim lapsus tędio pariter & cõfu
sione affectꝰ ab errore suo se cõuerteret,ei reuerso ẽ reddẽ-
da,& si redire noluerit,ẽ cõpellẽda. Si uero iudicio ecclię
ab eo recessit,ad eũ recipiẽdũ nõ est cõpellẽda,sed hoc,qđ
2 ibi dr̃,corrigit p.c.sequẽs Ber.† No.1.q si maritꝰ spũalr̃ for
nicat põt uxor ppria authoritate ab eius cõsortio declina-
re,nec cõpellit p ecclesiã redire ad maritũ pseuerãtem ĩ infi
delitatis errore.& ex hoc no.unũ casum,in quo differũt for
nicatio spũalis,& carnalis.nã pp spũalẽ licitũ est innocẽti
recedere ppria autho.nec cõpellit redire,secꝰ in carnali ſm
Host.sed aduerte,nã si fornicatio carnalis eẽt notoria,puto
q posset recedere alter ppria authoritate,nec cõpellit redi
re,ut est gl.ĩ c.fi.de adul.& ibi plenè dixi.Sed differẽtia præ
dicta posset pcedere,ubi nõ daret notorietas delicti;& hoc
posset admitti pp piculũ infectionis; qđ est crimẽ hæresis.
3 †No.2.q pp fornicationẽ spũalẽ põt separi mrĩmoniũ quo
ad torũ; de hoc in c.fi.de cõuer.cõiu.& j.c.pxi. Opp.ɔ̃ tex.
de.c.s̃.pxi ubi maritꝰ cõpellit redire ad uxorẽ post snĩam se
parõnis;cuiꝰ ɔ̃riũ hic ĩ fi.dr̃.Sol.ibi maritꝰ cõmisit adulteriũ
post snĩam,sed uxor hic nõ deliqt post snĩam,uł ibi nõ fuit
4 lata snĩa,sed tene primã sol.† Sed op.vr̃.n.q ex quo maritus
incidit in heresim,q nõ teneat uxor cũ eo recõciliari, q̃tun
cunq; sit cõuersus; sicut dicimus in mrĩmonio separato pp
adulteriũ carnale.sol.dic,ut legit & no.ĩ c.fi.de cõuer.cõiu.
& uide ibi aliquas differẽtias ĩter separõnes factas ob adul-
terium carnale,& spũale.In gl.fi.in.fi.uult ergo ista gl.q siue
iudicio ecclesiæ,siue nõ mulier recesserit a uiro lapso in hę-
resim,cõpellit tñ redire ad eũ reuersum,nisi uelit ĩtrare reli
gionẽ,& fuerit separata iudicio ecclĩæ, & idẽ tenet gl.fi.j.
c.px.& glo.in c.fi.de cõuer.cõiu.aliq ɔ̃ reducẽtes istã decre.
ad cõcordiam cũ.d.c.fin.licet opi.gl.sit cõis,facit tñ tex.iste
multũ in ɔriũ.uñ p arg.sumptũ à ɔ̃rio sensu.in d. c.fi. nõ dẽ-
mus impropriare istũ tex.q aptissimè loqt. cõcludendo er
go dic, q aut alrero coniugũ lapso in hæresim alter recessit
ppria authoritate;& nõ cõpellit redire añ cõuersionẽ alte
rius,sed post cõuersionẽ sic,ut hic. Aut recessit iudicio eccle
sie,& si uult intrare religionẽ,nõ cõpellit redire ad conuer-
sum,ut in d.c.fi. Aut nõ uult intrare religionẽ,& sunt opi.đ
quibus s̃.& dic,ut ibi. Nunquid possit propter hæresim se-
parari matrimonium,dicam in c.j.proxi. Abbas.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium non soluitur altero coniugum fidelium in hæresim lapso.*
Si infidelis ad fidẽ conuersus,et eius coniux noluit sibi cohabitare,uel nõ pt. sine peccato mortali, soluitur coniugium,et conuersus contrahere poterit.1.5.6.7.
2 *Matrimonium uerum & consummatum soluitur in casu isto.*
Infidelis conuersus ad fidem potest cohabitare cum uxore infideli, ex quo uult secum cohabitare sine peccato.
Matrimonium nõ potest esse inter Christianum & infidelem,nisi infidelis conuertatur,& eius uxor remaneat in infidelitate.
3 *Matrimonium etiam est inter infideles.*
4 *Matrimonium consummatum inter Christianos nunquam potest dissolui.*
5 *Matrimonium quare inter conuersum ad fidem & infidelem solui possit, & non inter Christianos?*
Ecclesia interpretatur ius diuinum.
6 *Infidelis,qui ad fidem non uult conuerti, eius coniuge conuersa relictus nõ est, sed reliquit coniugem.*
Matrimonium claudicare non potest quo ad substantiam , secus quo ad debitum reddendum.
7 *Sententia an sit necessaria diuortij inter infidelem & eius coniugem ad fidem conuersum?*

CAP. VII.

1 b QVanto.b † Vinculũ cõiugale nõ dissoluit altero cõiugũ fideliũ ĩ hæresim lapso,sed & si unus infideliũ cõiugũ cõuertat ad fidẽ,& alter nolit sibi cohabitare,uł nõ sine blasphemia uł ñ sine pctõ mortali soluit ɔiugiũ,& cõuersus ɔ̃here poterit. Cõis diuisio. scđa,ibi:*nos igitur*.q̃ distĩguit,& ſm mẽbrũ,psequit ibi:*si uero*.rõnẽ diuersitatis ponẽs,ibi,*nam & si*.obstaculũ soluens,ibi:*nec obstat*.submittẽs duplicẽ solutionis effectũ, ibi,*per hanc*.Casus lr̃alis. Duo erãt coniugati: alter eorum transiuit ad hæresim ille,q remãsit in fide, uolebat ad scđa uota trãsire.Eps Ferrarien.q̃siuit,utrũ posset?rñ.pp̃ distinguẽdo ĩfideles & fideles,si duo sunt ɔiuges ĩfideles, & alter ad fidẽ catholicã ɔuertat,altero nullo mõ uł ñ sine blasphemia diuini noĩs,uł ut cũ trahat ad mortale pctm̃, altero cohabitare uolẽte,alter q relinqt,ad scđa uota,si uoluerit,poterit trãsire,& ĩ hoc casu ĩtelligit,qđ dicit apl̃s. si ĩfidelis discedit, discedat frater.n.uel soror non est hmõi seruituti subiectꝰ.Et canõ eodẽ mõ intelligit,qui dicit. cõtumelia creatoris soluit ius mrĩmonii circa eũ,qui relinquit. Si uerò alter fideliũ cõiugũ labat in hęresim,uel transeat ad gẽtilitatis errorẽ hoc casu is,q relinquit, uiuente altero nõ põt ad scđa uota transire,licet ĩ hoc casu maior uideat cõtumelia creatoris.licet.n ĩter ĩfideles sit uerũ mrĩmoniũ,nõ tñ ratũ existit,sed inter fideles ratũ & uerũ est mrĩmoniũ,ut illis uiuẽtibꝰ cõiugiũ ipm pduret.nec ob.qđ à qbusdã forsan posset opponi, q fidelis relictus nõ dẽat iure suo fraudari sine culpa,cũ in multis casib.hoc cõtingat, ut si alter cõiugũ ĩcidat.Per hãc rñsionẽ quorundã malitiæ obuiat, qui in odiũ cõiugũ,qñ sibiinuicẽ displicerẽt,si possent eas in tali casu dimittere,simularẽt hæresim,ut altero,q remãsit in fide, mrĩmoniũ ɔ̃hẽte ab heresi reuerteret. Et per hãc rñsionẽ solui
tur qõ,qua q̃rit,utrũ ille q remãsit in fide, cogat redire ad
2 illũ;q ab heresi uel infidelitate reuertit. Ber.†No.casum in
quo uerũ mrĩmoniũ ɔsummatũ dissoluit,s.qñ alter infideliũ
uenit ad fidẽ,reliquo nolẽte secũ cohabitare, uł nõ sine bla
sphemia diuini noĩs. Et ex hoc habes casum quotidianũ in
istis Iudęis,q qñq; ueniũt ad fidẽ,uxoribus remanẽtib ĩ iu-
daismo.possunt.n.cũ aliis mulierib.đ nouo ɔ̃here, si uxores
eorũ nolunt secũ cohabitare,uel nõ sine pctõ. Et ex hoc no.
q cõuersus ad fidẽ licitè habitat cum uxore infideli,ex quo
uult secũ habitare sine pctõ. Ex quo no.sing.casum, in quo
pt eẽ mrĩmoniũ inter Xpianũ & infidelẽ.hoc iõ,est,qa mrĩ-
moniũ fuit ab initio ɔ̃ctũ,ał's ñ teneret mrĩmoniũ, si ɔ̃here
3 tur ĩter Xpianũ & ĩfidelẽ.ut in c.caue.28.q.1.† No.q ĩter in
fideles ẽ uerũ mrĩmoniũ,licet nõ sit ita firmũ & indissolubi
4 le,sicut inter Xpianos.† No.tertiò,q mrĩmoniũ cõsummatũ
a ĩter Xpianos durat semp,a nec põt dissolui b aliquo casu , &
b est iste tex.ad hoc optimus , & p rõnẽ suã posset argui,q ẽt
ecclĩa nõ posset illud dissoluere,de quo uide disputationẽ
Io.An.in regula,actus lĩtimi,de re.iu.li.6. in Mercu. & uide
5 qđ dixi in c.ex publica,de ɔuer.ɔiug.†Op.ɔ̃ pdicta & ɔ̃ tex.
nã cũ mrĩmoniũ sit uerũ ĩter infideles, ut hic in tex.& in c.
pxi.nõ vr̃,q possit separari,nõ obstãte defectu baptismi.nã
Xp̃s interrogatus à Iudęis , q nõ habebãt baptismũ , rñdit,
quos deus cõiũxit,homo nõ separet, ut in c.de infidelib.de
cõsan.& affini. & sic ostẽdit indissolubilitatẽ mrĩmonii ẽt
inter infideles.ad idẽ facit,qa mrĩmoniũ institutũ fuit lõgè
antè baptismũ,s in statu innocẽtię in paradiso,& recepit in
dissolubilitatẽ suã,cũ fuit dictũ,& erũt duo in carne una ,
ut legit & no.c.1.đ uoto,li.6.in c.fraternitatis 35.q.10.Sol.
doc.nõ tãgũt sed puto sic dicẽdũ,q iõ põderat baptismus ĩ
indissolubilitate mrĩmonii,qa,ubi nõ est fides Xpiana,mrĩ
moniũ nõ hẽt suũ significatũ.nã mrĩmoniũ cõsummatũ de-
notat unionẽ & cõformitatẽ, q̃ ẽ ĩter deũ & ecclĩã p assum
ptionẽ carnis humanę,ut in c.debitũ , s̃.de biga.uñ sicut fi-
guratũ ẽ ĩdissolubile,qa carnẽ,q̃ deꝰ assumpsit,nũq̃ dimisit,
ita & mrĩmoniũ illud figurãs dẽt esse indissolubile, sicut fi-
guratũ, p quo uide bonã gl.ĩ c.qa pp.27.q.2.hoc aũt signi
ficatũ nõ hẽt mrĩmoniũ,qđ est inter infideles,qa negãt as-
sumptionẽ carnis , & sic mrĩmoniũ inter eos nõ est ita fir-
mũ & indissolubile , qa cessat ĩter eos rõ indissolubilitatis.
c Nec ob.qđ dr̃,quos deꝰ cõiunxit,hõ nõ separet c &c. qa nõ
est hõ,q dissoluit in isto casu,sed ecclĩa authoritate diuina
nã ecclĩa ĩterp̃tat in hoc ius diuinũ,& inducit hoc ẽt fauo-
re fidei , ne infideles tepescerẽt redire ad fidẽ uidẽtes se ar-
6 ctari ad cõtinẽtiã uxorib.renuẽtib.secũ cohabitare.† In gl.
in uer.*qui relinquitur*,ibi,*circa eum,i.qui conuertitur*.uult ergo
gl.& melius tex.q remanẽs in infidelitate dr̃ reliquere trãs
euntẽ ad fidẽ,sed potus uideret dicẽdũ oppositũ,qa ĩfidelis
fuit relictus à coniuge trãseunte ad fidẽ,sed dic,q iõ dr̃ ille
relictus,quia cũ ambo deberẽt accedere ad fidẽ, sed alter accedit,& alius non sequit,dr̃ illũ relinquere. Et no.gl.in eo, qđ mrĩmoniũ nõ põt claudicare,i.ex parte unius tenere,& ex alia non.Et intelligo hoc quo ad substantiã uĩculi, nam
quo ad debitũ reddendũ qñq; claudicat,
ut in c.qdã,de cõuer.cõiu. uł quo ad obli a
gationem expectandi alium,ut in c. de il
7 lis,de spõ. impu. † In ea gl.ibi, *& non per ecclesiam*; quasi dicat nõ esse opꝰ, ut iudex ferat snĩam diuortii,sed ipso facto ex cõtumelia creatoris separat matrimoniũ; dicit tñ Host. tutũ esse,ut a iudice statuat terminꝰ infideli ad cohabitandũ cũ conuerso.quo elapso,si noluerit cohabitare, solutũ erit matrimoniũ;de quo dic,ut latius dicã ĩ c.fi.j.eo.In gl.fi.ĩ fi.gl.hic inhę
ret opinioni,q̃ s̃.tenui in c. pxi.sed tu dic b
clarius,ut ibi dixi; & iste tex.parum facit pro opi.gl. quia nõ loquitur,quod matrimonium separatur iudicio ecclĩæ pp hæresim alterius;uñ uolẽdo tenere opi.contrariam posset iste text. reduci ad terminos.c.præcedentis. Abbas.

SUMMARIUM.

1 *Pagani iuncti in gradu phibito lege canonica tantum,conuersi ad fidem non separantur.*
Paganus conuersus ad fidem, qui plures prius habebat uxores, adhæret primæ;& si repudiata uxore cum secunda contraxit, secundam dimittat, & adhæreat repudiatæ , etiam si repudiata cum alio contraxisset, secus, si esset fornicata.
2 *Infideles quo ad prohibitionem matrimonij,& ad alia spiritualia non includuntur lege canonica;lege autem diuina sic.12.*
3 *Infideles delinquentes contra ius diuinum puniri possunt, secus,si delinquũt cõtra ius canonicũ.12.*
4 *Fratris appellatione ueniunt omnes Christiani,& unum patrem habent, scilicet* Deum.
5 *Matrimonium potest esse inter fidelem & infidelem, si ante conuersionem contractum fuit, alias secus,quia non potest esse inter dispares fidei.*
6 *Baptismus abluit crimina etiam quo ad pœnam; & an sit uerum in foro fori. 16.*
7 *Infidelis simul & eodem tempore de iure diuino plures non potest habere uxores 13.*
8 *Matrimonium propter fornicationem etiam inter infideles non soluitur quo ad uinculum.*
9 *Repudium factum in infidelitate non ualet.* 10.
10 *Repudiata secundum ritum paganorũ contrahendo cum alio non committit adulterium.*
11 *Secundus gradus in linea inæquali prohibitus est de iure diuino, sed in linea æquali prohibetur tantum à iure canonico.*
12 *Infideles ex quibus per iudicem ecclesiasticum,uel secularem puniri possunt?*
13 *Plures uxores simul habere non licet , successiuè autem sic.*
Pluralis numerus quandoque ponitur ad exclusionem maioris, & quandoque minoris numeri.
14 *Maritus & uxor quandoq; iudicantur ad ĩparia.*
Maritus reuocat uotum uxoris ; sed non e contra.
Maritus accusat uxorẽ criminaliter, sed non e ɔ̃.
15 *Sententia diuortij an sit necessaria inter conuersum & infidelem.*
16 *Baptismus an tollat irregularitatem & alia,ut bigamiam?*
Accusatio criminis an possit fieri post baptismũ?
17 *Uxor infidelis ad fidem conuersa an gaudeat omnibus priuilegijs dotium?*
18 *Infidelis si dicat pluribus mulieribus,ego duco uos in uxores,& illæ pariter respondeant,an illæ sint eius uxores,uel saltem aliqua earum?*

CAP. VIII.

1 d GAudemus. d † Hoc.c.prĩcipalr̃ hẽt tria dicta; & hoc dicit in summa. Pagani iuncti ĩ gradu phibito lege canonica tantum , conuersi ad fidem non separantur . hoc primò .

ZACHARI.
a Durat semper . Adde,an cõtra illud possit papa dispensare,Bal.in l.Deo nobis, col.4.uer.ulterius no. C.de epis.& cle.& Fel.in c.quæ in ecclesiarum , col.8. uer.cæterum limitatur, ibi, & pro istis facit,s̃.de cõstitu.
SEB. SAPIA.
b Dissolui . Quòd possit dissolui ex causa , tenet Abb. in c.1.ĩ fi.s̃.de uoto, & Bald.in l. si paterfami.§.in arrogationibus , ff de adop. ubi pxnit casum, qñ reo habet uxorem sterilem.
c Homo non separet . Adde quał'r hoc intelligendũ sit,per Anch. consi.241.
d Gaudemus. Aduerte,quia in consideratione,q alter ɔiugũ trahat alium ad infidelitatis errorem, potius est p̃sumendum,q uir trahat uxorem,quã uxor maritum,quia nõ de facili persona uxoris,mariti animum mutare põt, sicut è contra, ut dicit tex.in §.mr̃ quæ,ĩ auct.đ nup. & ĩ auct.hæc quoque,C.de reuo.dona. & pro hoc facit,quia maritum sequi dẽt mulier , non e ɔ̃.13.q.2. c. unaquæque,& gl. 34.q.1. siquis necessitate,concordat,quia sequitur domicilium mariti,ut iuribus uulgatis , & est pene famula mariti 33 q. 5.c.hæc imago. Sed in contrariũ urget tex. in c. Salomon, 32.q.3. & illud uerg.i Geor. Carpit enim uires paulatim , uritq; uidẽdo, fœmina, nec nemorum, patitur meminisse, nec hærbæ, & illud , illã subegit Deus.

a Quę fortis.Adde, qualiter intelligã tur illa uerba,Cal. conſi.2.de iudæis.

SEB. SAPIA.

b Per iudicem ſecularem. Vide Decium in c.1. col,6. uer.nã quarta concluſio,i 1.lect.ſ.đ cõſtitu. ubi dicit, ꝙ ĩfideles nõ ligãtur canonibus in his, q̃ aĩam reſpiciunt, ut ĩ cẽſuris eccł̃iaſticis & pœnis ſpũalib.& ita intelligit̃ illud đ his , q̃ foris ſunt, nihil ad nos, ſecꝰ eſt ĩ pœnis corporalibꝰ, & pecuniariis.

Si pag anꝰ priꝰ plures uxores hẽbat, poſt
fidẽ ſuſceptã adhærebit primæ.hoc ſcđo.
Et ſi repudiata uxore cum ſcđa ꝯxerit,ẽt
poſt baptiſmũ dimittet ſcđam,& adhęre
bit primę repudiatę, ẽt ſi repudiata cum
alio ꝯxiſſet,ſecus,ſi fornicata fuiſſet.hoc
tertiò uſq; ad finẽ,& ſm dictũ,ibi,*uerum.*
tertiũ,ibi,*qui autem.* Caſus lr̃alis. Pagani
accipiũt uxores in ſcđo uł tertio gradu ,
uel ulteriori,pagani talr̃ ꝯiũcti ꝯuertunt̃
ad fidẽ.Quæſitũ fuit a do.pa.utrũ poſt ba
ptiſmũ teneant̃ inſil̃ remanere, uel abin-
uicem ſeparari? rñdet pa.ꝙ ſacr̃m ꝯiugii
apud fideles & infideles exiſtit. uñ dicit
apł̃s.Si qs frater infidelẽ hẽt uxorem,&
hęc ꝯſentit habitare cũ illo, nõ dimittat
illã, & in prædictis gradibꝰ pagani licitè
ꝯ̃hunt mr̃imoniũ , qa ꝯſtõibꝰ canonicis
nõ arctant̃;iõ fideles hmõi ĩ fauorẽ fidei
Xp̃ianę mr̃imonialr̃ copulari liberè pñt,
& licitè remanere ꝯiuncti, cũ p ſacr̃m ba
ptiſmi nõ ſoluant̃ ꝯiugia,ſed crimina di-
mittant̃.Quia uerò pagani plures hñt ſil̃
uxores,q ꝯuertunt̃ ad fidẽ,q̃rit̃, utrũ oẽs
uel q̃ illarũ hr̃e dẽant poſt baptiſmũ? rñ.
pa. oñdẽs,ꝙ unã tm̃ dẽnt hr̃e. Ab initio
una coſta in fœminã eſt ꝯuerſa; & ſcriptu
ra diuina teſtat̃ , ꝙ pp hoc relinquet hõ
pr̃em & mr̃em,& adhęrebit uxori ſuæ,&
erunt duo in carne una. nõ dixit tres,uel
plures,ſed duo;nec dixit,adhęrebit uxo-
ribꝰ,ſed uxori;nec alicui licet inſil̃ plures
hr̃e uxores,niſi diuina reuelatione alicui
fuerit cõceſſum,p q̃ ſicut Iacob à menda
cio,Iſraelite a furto, & Sãſon ab homici
dio excuſati fuerũt; ſic & pr̃iarchæ & alii
iuſti uiri,q plures hũerũt uxores,ab adul
terio excuſant̃;& hęc ſnĩa in euãgelio cõ
probat̃. Quicũq; dimiſerit uxorẽ ſuã,ex
cepta fornicatiõis cã,& aliã accepit, mæ
chat̃.ergo,ſi uxore dimiſſa,alia duci non
põt,multò fortiꝰ nec ea retẽta. p qđ eui-
dẽter appet,ꝙ nullꝰ p̃t ſil̃ hr̃e plures uxo
res,nec aliqua plures maritos;ergo ſeq̃t,
ꝙ poſt baptiſmũ primã dẽt hr̃e. Qui aũt
pagani ſiue infideles dãt uxoribꝰ ſuis,qñ
uolũt libellũ repudii,q̃rit̃, utrũ illis uiuẽ
tibꝰ poſſint accipe alr̃s ad fidẽ cõuerſi,uel
añ cõuerſionẽ?Rñdet,ꝙ in euãgelio tale
repudiũ reprobat̃;& iõ uiuẽte uxore etiã
cõuerſus ad fidẽ aliã hr̃e nõ põt,niſi poſt
cõuerſionẽ ipſius illa renuat habitare cũ
illo,uel ſi cõſentiat,nõ tñ ſine cõtumelia
creatoris , uel ut eũ traheret ad mortale
pc̃tm̃. In qbꝰ caſibꝰ mulier reſtõnẽ petere b
nõ poſſet, ẽt ſi de iniuſta ſpoliatiõe cõſti
terit,qa ſm apł̃m, alter alteri nõ ẽ hmõi
ſeruituti ſubiectꝰ.Quãuis quoq; aliqs pa
ganꝰ dedit libellũ repudii uxori, illa nu-
pſit ſm ritũ ſuũ , uir cõuerſus eſt ad fidẽ,
& uxor ſua,q nupſit alii poſt repudiũ,ſilr̃
eſt cõuerſa ad fidẽ,& petit illũ;q̃ritur,an
poſſit nõ obſtãte eo,ꝙ nupſit alii?Rñdet,
ꝙ licet ſm euãgelicã ueritatẽ , q duxerit
dimiſſam,męchabit̃,non tñ dimiſſor po
terit obiicere fornicationẽ dimiſſę poſt
baptiſmũ eo , ꝙ nupſit alii poſt repudiũ;
& ſic eã tenet̃ recipe, niſi alr̃s fuerit forni

2 cata.Ber. † Nota primò unã rł̃am gñalẽ, ꝙ lex canonica in
ꝓhibitione mr̃imonii nõ extendit̃ ad infideles ; & idẽ dicẽ
dũ ĩ aliis ſpũalibꝰ p illã authoritatẽ apł̃i, qd ad nos de his,
a q̃ foris a ſunt,iudicare? dic foris,i.ex̃ eccł̃iã,uel fidẽ catholi
3 cã.†Scđa rł̃a colligit̃ ex textu,ꝙ lex diuina oẽs infideles cõ
prehendit . uñ mr̃imoniũ eorũ ꝯ̃ctũ ꝯ̃ legẽ diuinã eſt nullũ.
Ex quo infero,ꝙ pagani ſeu Iudęi delinquẽtes ꝯ̃ legẽ diui
nã pñt puniri,ſecꝰ, ſi delinquerẽt ꝯ̃ legẽ canonicã diſponen
tẽ ſup ſpũalibꝰ; de his uide q̃ pulchrè no.Inn.in c.qđ ſuper
4 his,de uoto.†No.ibi,*frater.*ꝙ appl̃one fratris cõprehendit̃
q libet Xp̃ianꝰ. nã Xp̃iani ſunt adinuicẽ fratres, qa hñt unũ
5 pr̃em,ſ.Deũ; & uide tex.cũ gl.in c.ad mẽſam 11.q.3 †No.ꝙ
inter fidelẽ & infidelẽ põt eſſe mr̃imoniũ ; qđ intellige , qñ
mr̃imoniũ fuit ꝯ̃ctũ añ cõuerſionẽ ad fidẽ,alr̃s aũt inter diſ-
6 pares fidei nõ põt eẽ mr̃imoniũ,ut in c.caue,28.q.1.†Nota,
ꝙ p baptiſmũ dimittunt̃ crimina;& dic ꝙ dimittunt̃ oĩa,ẽt
quo ad pœnã,ita,ꝙ ſi baptizatus tũc moreret̃,nõ ſentiret ẽt
7 pœnã purgatorii,ut dicit Aug.de pœni.di.7.c.fi. † No.in §.
quia uero , ꝙ nõ eſt licitũ cuicũq; q̃tuncunq, infideli ducere
ſeu hr̃e eodẽ tp̃e plures uxores . hoc.n.eſt ꝯ̃ legẽ diuinã. Et
no.ex te . plurimas rationes, ex qbꝰ ꝯcludit̃ unicã uxorem
8 eẽ dẽre.† No. ꝙ pp fornicationẽ cõiugis ñ ſeparat̃ mr̃imo
9 niũ quo ad uinculũ ẽt inter infideles. † No.in §.*qui autem*,ꝙ
repudiũ factũ in infidelitate nõ ualet poſt cõuerſionẽ ad fi-
10 dẽ, nec ẽt primò ualuit ſm ueritatẽ.† No.ꝙ repudiata ſm
ritũ paganorũ ꝯ̃hẽs cũ aliquo nõ cõmittit adulteriũ. iõ ma
ritꝰ cõuerſus ad fidẽ nõ põt illi uolẽti redire obiicere adul-
teriũ.Sed ꝯ̃ hoc opp.ignorãtia iuris diuini neminẽ excuſat.
hẽt.n.locũ illud dictũ apoſtoli,q ignorat &c.38.di.in c.qui
ea,ſed de iure diuino. nemini licet mittere libellũ repudii.
ergo repudiata alteri nubẽdo cõmittit adulteriũ. Sol.ꝯ̃riũ
prima frõte vr̃ difficile, ſed põt ſic ſolui. Repudium erat ap
probatũ lege antiqua,ſ.ueteris teſtĩ.uñ utẽtes lege illa anti
qua uident̃ excuſari ab adulterio.nã adulteriũ ñ cõmittit̃ ſi
ne dolo,ut in c.in lectũ,34.q.2.& in l.pe.ff.de adul.nõ.n.ui
dent̃ eẽ in dolo infideles,ex quo nõ recognoſcũt fidẽ Xp̃ia-
nã,nec ſubiiciunt̃ euãgelio,à quo repudiũ fuit reꝓbatũ.Cõ
clude ergo,ꝙ repudium nõ tenuit , & ꝙ nõ ꝯ̃hẽs excuſat̃ ab
11 adulterio rõe p̃dicta.†In gl.1.ibi,*ſed nõ oẽs.* dic clariꝰ,ꝙ ſcđs
gradꝰ ẽ ꝓhibitꝰ lege diuina in linea inequali. exẽplũ in pa-
truo & in nepte.nã iſti ꝓhibent̃ lege diuina,ut ĩ gl.ſed ſcđs
gradꝰ ĩ linea æqua ĩ ẽ ꝓhibitꝰ ſolũ lege canonica.Et de iſto
gradu loquit̃ iſte text.exẽplũ in duorũ fratrũ filiis.& not.ex
gl.pſonas ꝓhibitas lege diuina,& dic latiꝰ,ut dixi in c.lr̃as,
12 đ reſt.ſp. †In gl.in uer.*conſtitutionbus*,ibi,*ſed indirecte* ſed dic
meliꝰ,ꝙ ſi Iudæi nõ ſubſint eccł̃iæ quo ad tp̃alẽ iuriſdõnẽ,
canones ad eos nõ extẽdunt̃ nec directè, nec idirectè,qa ec
cł̃ia ñ ſe ĩpedit de laicis niſi rõne aĩę.Sed de aĩab. Iudęorũ
eccł̃ia ñ curat,ex quo nolũt redire ad fidẽ,ſi tñ delinquerẽt
Iudæi ꝯ̃ legẽ diuinã,bñ poſſet p̃p ut uicariꝰ dei illos punire
ẽt directè,uł ſi eſſent ĩfeſti fidei Xp̃ianę,ut p3 .ĩ. p totũ ti.de
Iudęis.& illa authoritas apł̃i,qd ad nos &c.ꝓcedit quo ad
ſnĩam excõicatiõis.itẽ quo ad fidem,& quo ad ſpũalia,ſunt
aũt Iudęi ſubiecti Rom.imperio,& deliquẽtes pñt puniri p
iudicẽ ſecularẽ, b ẽt dũ ueniũt ꝯ̃ legẽ diuinã in ꝯ̃hẽdo mr̃i-
moniũ,ĩ l.2.& ĩ l.nemo,C.de Iudęis.Et uide ad mãm plenè
13 no.p Inn.ĩ d.c.qđ ſup his de uoto.† In gl.ĩ uer.*duo*,ibi,*qđ ſi*
dormierit,dic ꝙ ibi pmittunt̃ plures uxores ñ eo. tp̃e ſed ſuc-
ceſſiuè.Et no.gl.ꝙ numerꝰpluralis qñq; ponit̃ ad excluſionẽ
maioris numeri,ut hic,qñq; minoris, ut ĩ c.licet uniuerſis ,
& qđ ibi no.gl.de teſti.dẽt ergo capi ille ĩtellectꝰ , ſm quẽ
14 euitat̃ abſurditas.† In gl.ĩ uer.*nõ ad imperia* , ĩ fi.no.bñ gl.&
p eiꝰ ꝯcluſiõe facit.nã maritꝰ reuocat uotũ uxoris,& ñ e ꝯ̃,
ut ĩ c.noluit.33.q.5.& uide bonã.gl.in c.manifeſtũ, eadẽ.q.
Itẽ maritꝰ accuſat uxorẽ đ adulterio criminalr̃,& ñ e ꝯ̃.32.
15 q.1. c.apud.§.publico,& uide qđ no.c.tuæ,de ꝑcu.† In gl.in
uer.*cõpellent*.ibi *dixit* Io & hoc ẽt tenet gl.ĩ c.ſi ĩfidelis.28 q.
1.& ĩ c.fi.ea cã & q.2.Ho.dicit hic, ꝙ ĩter fideles mr̃imoniũ
non

nõ diſſoluit̃,ut.ſ.c. ꝓxi.Inter infideles uerò dẽt iudex p̃fige
re terminum remanẽti in infidelitate,ut cohabitet fideli.ꝙ
ſi noluerit,diſſoluit̃ mr̃imoniũ,& ſic ſentit,ꝙ ante p̃fixionẽ
termini nõ eſt mr̃imoniũ ſolutũ.hoc dictũ mihi nõ placet,
licet utile ſit illud à principio ſeruare,ut clare apppareat đ
uolũtate infidelis,ſatis eſt.n.ꝙ aliis modis apparere poſſit,
17 ꝙ noluit cũ fideli habitare.† In gl.fi.ibi,*beneficium alicui com*
a *petens*.No.bñ gl.& dicũt hic doc.maximè In.ꝙ p baptiſmũ a
ñ tollit̃ accuſatio criminis, & põt eẽ rõ iudicio meo.nã pœ
na in foro iudiciali ĩponit̃, qa delinquẽdo læſit rẽpublicã.
batiſmus uerò operat̃ remiſsionẽ pc̃tõrum reſpectu leſiõis
dei.alr̃s qſq; Iudæꝰ đ facili poſt delictũ poſſet dicere ſe uelle
effici Xp̃ianũ,ut euitaret pęnam.Item p baptiſmũ ſm doct.
tollit̃ oĩs ſequela pc̃tĩ,ut infamia ꝯ̃cta rõne delicti,exẽplũ ĩ
uſurario.Itẽ de irregularitate, q̃ ꝓuenit rõne delicti,ut ſi in
fidelis aliũ occidit, reuerſus ad fidẽ poſsit ꝓmoueri ad or-
dines,qa tollit̃ iſta irrł̃aritas,cũ ſit ſequela pc̃tĩ;ꝑ hoc l.di.
c.ſi qs uiduã.Sed,ẽ dubiũ,qd đ irregularitate ꝯ̃cta ſine pec
cato ? pone,ꝙ paganꝰ rõne officii publici aliquẽ facit mori.
Et in hoc doc.ſunt uarii.Hoſt. Io. And.& d.An.ſentiunt,ꝙ
hæc irregularitas nõ tollat̃ p baptiſmum, qa nõ eſt ſequela
pc̃tĩ,ꝑ hoc dictũ.c.ſi qs uiduã.Sed Hug.T.& Io.Cald.tenẽt
ꝯ̃riũ,ꝙ indiſtinctè oĩs irregularitas ꝯ̃cta ex homicidio tol-
lit̃ ; qđ mihi plꝰ placet. primo p arg a ꝯ̃rio ſenſu gñalr̃ ſum
ptũ ex.d.c.ſi qs uiduã,& l.di.c.1.Itẽ qs efficit̃ irregularis ex
homicidio cõmiſſo ſine pc̃tõ rõne cuiuſdã erroris. vr̃.n.qdã
error, ꝙ is ꝓmoueat̃, qui fecit hominẽ mori.q̃ rõ ceſſat in
infidelib. cũ p baptiſmũ uideat̃ nouus homo.50.di.c.ferrũ.
Itẽ iſta irregularitas ꝓceſſit ex cõſtitutione eccł̃iæ;iõ non
dẽt extẽdi ad infideles,ut hic iũcto c. is q,de ſen.exc.li.6.fa
cit notabile dictũ Inn.c.ad audiẽtiã,de hom.ubi dicit,ꝙ cũ
irregularitas ſit de iure poſitiuo, dẽmꝰ in dubio interp̃tari,
quẽ nõ eſſe irregularẽ. Irrł̃aritas uero ꝯ̃cta ex defectu ſacr̃i
nõ tollit̃ p baptiſmũ,ut eſt bigamia.26.di.in c.acutius,& c.
deinde.Ex p̃dictis infert̃ ad clarã deciſionẽ iſtius qõnis.nã
eoipſo,ꝙ uxor cõmiſit adulteriũ, fuit ius acq̃ſitũ marito,ut
poſſit uxorẽ adulterã à ſe abiicere;iõ p baptiſmũ hoc iꝰ ma
rito cõpetẽs nõ tollit̃.Ex̃ gl.q̃rit̃,nũqd uxor reuerſa ad fidẽ
gaudeat priuilegio dotiũ cõceſſo mulieribꝰ ab imperatore
in dotibꝰ repetẽdis, ut p̃ferat̃ oĩbus creditoribꝰ de qbꝰ in l.
aſſiduis,C.q po.in pig.ha.dixi in c.ex lr̃is,de pig. Cõcludũt
doc.ꝙ ſic,qa ſi imperator potuit cõcedere, fortiꝰ ipſe idem
Deus. hęc rõ parũ cõcludit,qa nõ apparet, ꝙ p baptiſmum
Deꝰ uoluerit cõcedere.Sed ego allego tex.in auth.itẽ priui
legiũ,C.de hęre.ubi dr̃,ꝙ priuilegiũ dotiũ non cõpetit his,
q nõ pticipãt de fide . à ꝯ̃rio ergo oĩbꝰ pticipãtibꝰ cõpetit.
ſatis eſt ergo,ꝙ tp̃e,quo uult uti priuilegio,eſt in fide,ar.eo
rũ,q̃ no.Bar.in l.ex facto,ff.de uulg.& pup.ſatis.n.eſt quali-
18 tatẽ fidei ineſſe tp̃e uſus priuilegii.†Vltimo inducit̃ hęc lr̃a
ad qõnẽ,qd ſi fidelis dicat pluribꝰ mulieribus , duco uos in
uxores,& illę pariter rñdeãt,& nos te in maritũ;quę iſtarũ
ſit cõiunx ? cõcluſio eſt,ꝙ nulla,qa nõ habuit animũ obligã
di ſe p̃ciſè uni;qđ ꝓcedit,ẽt ſi inter illas una tm̃ fuiſſet apta
ad mr̃imoniũ iſtiꝰ. deficit.n.hic cõſenſus reſpectu iſtius uiri
tantum. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Fratris relictam in uxorem ducere non licet.4.*
2 *Infidelis conuerſus ad fidem poteſt uti matrimonio cum relicta fratris prius per ipſum contracto.*
3 *Fratris relicta in uxorem poteſt duci ſecundum legem Moyſi,ſi frater ſine prole deceſſit,& ſi ducatur ad ſuſcitandum ſemen fratris ; & tunc dicuntur filij defuncti.*
4 *Papa ex cauſa diſpenſat contra teſtamentum nouum.*

CAP. IX.

1 DEus. † Ponit diſpenſationẽ eccleſię cũ nouiter cõuerſis ad fidẽ,ut utant̃ mr̃imonio cum relictis fratrũ ꝯ̃cto ſm legẽ Moſaycã. Vel ſumma alr̃ ſic.Nõ licet relictã fratris in uxorẽ accipe; & de facto ducta ſeparanda eſt , niſi eccleſia aliter diſpenſet.

Caſus lr̃alis. Quidam infideles.ſ.Liuon.
ꝯ̃hebãt mr̃imoniũ cũ relictis fratrũ ſuo-
rum.Liuon.iſti de nouo cõuerſi ſunt ad fi
dẽ;quęrebat̃,utrũ dẽrẽt remanere cũ re-
lictis fratrũ ſuorũ? dñs p̃p cõcedit eis pp
infirmitatẽ illorũ;ut mr̃imoniis ꝯ̃ctis cũ
relictis fratrũ utant̃.dũmõ fratribꝰ dece-
dẽtibꝰ ſine ꝓle cũ talibꝰ ꝯ̃xerint,ut iuxta
legẽ Moſaycã ſemẽ defuncti ſuſcitarent ,
ꝓhibẽdo , ne tales de cętero ſibi copulẽt
2 poſt fidẽ receptã. †No.primò,ꝙ ſm legẽ
Moſaycã licebat ducere uxorẽ fratris de
functi,duobꝰ tñ interueniẽtibꝰ Primò,ꝙ
frater deceſſerit ſine ꝓle.Scđo,ut duceret
cã ſuſcitãdi ſemẽ defuncti. nã ſoboles in
de ſuſcepta attribuebat̃ fratri defuncto .
uñ iſte ſupſtes erat pr̃ carnalis.defunctus
uero erat legalis. uñ filii attribuebant̃ de
functo; & illud olim fuit inſtitutũ in figu
ra,q̃ hodie ceſſat,cùm ueritas illuxerit;đ
quo uide tex.in c.olim.8.q.1.& deutero.
3 25.†Scđo no.papam ex maxima cã poſſe
4 diſpenſare cõtra nouum teſtm̃. †No.ulti a
mò hodie nõ licere ducere uxorẽ fratris
relictã in uxorẽ,ẽt ſm diſpoſitionem le-
b gis Moſaycæ.b

c De donationibus c inter uirum & uxorem, & dote poſt diuortium reſtituenda, Rubrica.

Suprà uiſum eſt de diuortiis.Sed quia diuortio facto dos repeti ſolet , & contenditur plerunq; de donatione facta cõſtante mr̃imonio; iõ poſt rubricã p̃cedentẽ ſubiicit iſtam, in qua tractatur tam de donatione facta inter uirum & uxorem, quàm de dote poſt diuortium reſtituenda. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Dos eſt reſtituenda matrimonio licite ſeparato , etiam ſi fiat quo ad torũ,& illa debet integre reſtitui.2.3.*
2 *Diſpoſitio huius.c.habet locum , etiam ſi ſit ſeparatio facta quo ad torum & mutuam ſeruitutem.*
3 *Maritus propter onera matrimonialia non poteſt niſi fructus dotis lucrifacere.*
4 *Priuilegium dotis marito tributum ceſſat aliquando,et non tranſit ad hæredes mariti extraneos.*

CAP. I.

1 MVlieres. † Separato licite mr̃imonio dos
2 eſt reſtituenda.h.d. † No.1. ꝙ
qñq; mr̃imoniũ ex cã licita ſe
parat̃,puta pp cõſang.& affinit.uel aliud
impedimentũ.& qa iſte tex.loq̃t indiſtin
ctè & gñalr̃,ibi,*fuerint ſeparatæ*,credo di
ſpõnem tex. hr̃e locũ,ẽt ſi ſit ſeparõ facta
quo ad torũ & mutuã ſeruitutẽ in eo ca-
ſu,in quo mulier nõ uenit dote priuãda;
ut puta ſi pp nimiã uiri ſæuitiã ſeparat̃
mr̃imoniũ,uel qa uxor ad fidẽ eſt cõuer-
3 ſa,uel in caſu ſimili. †Vltimò no.ꝙ mr̃i-
monio ſeparato dos dẽt integrè reddi .
nihil ergo de iure maritus dẽt lucriface
re pp expẽſas factas.nã ius ſolũmõ cõce
dit ſibi fructus dotis ad onera mr̃imonii

SEB. SAPIA.

a Per baptiſmum. Vide Feli.allegantem Abb.hic in c. de his,col.2.uerſ. ſecunda cõcluſio, ĩ.de accu.

ZACHARI.

b Secundum diſpoſitionẽ legis Moſaycæ.Adde,qđ in diſpẽſatione apł̃ica iſtum in c. per tuas,in prin.& qđ ibi no. in apoſtil. ad ipſum.ſ.de reſtit.ſpo. Io.An.in c.ſuper,ĩ.de uſur. Ant.de Pra.conſi. 2.& Gemin.plenè in c.ſicut,& ibi in apoſtil.Celſi ad ipſum 14. diſt.

c De donationibꝰ. quid de ꝓmiſsione facta ante nuptias, dic ut p Roma. in l. ſi diuortio,ff. de uerb.ob. Beſſen.

a Sed iste text. est cōis itellectus, ut loquat de mrimonio putatiuo secū dū Alex. in l. maritū, ff. so. mat. ī pri. & an dos putatiua habeat priuilegia dotis uerę, ꝑ Alex in l. si cū dotē. §. si. ff. sol. mat. Bar. in l. assiduis, post gl. ibi, C. qui po. in pig. habe.

SEB. SAPIA.

b Dotis. de isto articulo uide, quæ scribit Alex. in l. maritū, ff. so. mat.

c Solu. matrimonio. Adde Pet. de Anch. cos. 101. ubi multa dicit super statuto disponēte ꝙ acqsita cōstāte mrimonio sint cō munia inter maritum & uxorem.

d Statuta. Statuta de dote lucranda ñ hnt locū in dote putatiua. l. i. C. de cōdi. ob cau. & ibi Bal. Ang. & Salic. & Bal. in l. peff. qđ falso tu. auctor. Ang. ī auth. de nup. §. ascripti tios, ubi bonus tex. sed melior in §. si uerò ab initio, i auth. de nup. nisi ꝓcessisset dolꝰ dantis dotem ſm Ro. in l. si cū dotē §. si mulier. ff. solu. ma. sed ꝛriū tenet ibi Pau. đ Ca. per l. à diuo Pio, ff. de ritu nup. de quo per Alexā. in d. §. si mulier.

SEB. SAPIA.

e Rōne accessorii. Hoc ponit inter spālia matrimōii Feli. in rubri. §. de sponsali. col. ult. uer. sextodecimo.

f An ualeat statutum. Bar. in l. si. §. præterea, C. de iu. dot. tenet, ꝙ sic. Pau. de Ca. in l. di uortio, ff. sol. ma. dicit, ꝙ in aliquibus locis sunt statuta, ꝙ mulierib⁹ debeāt solui quinque pro centenario nomine alimentorum, donec dos restituatur. credo, ꝙ talia statuta sint bona, sed an possint cū bona ꝓsumit acqsitā de bonis suis, nisi ip sa ꝛriū doceat. nō. n. dēt ꝓsumi, ꝙ illicito mō acqsiuerit. Ab.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus in matrimoniali causa, si diuortij sententiam ferat, pronuntiare debet dotem restitui.*
2 *Iudex ecclesiasticus indicat de causa temporali laicorum, si uenit accessoriè ad causam ecclesiasticam, & similiter de incidenti temporali quæstione.*
Iudex secularis non indicat de incidenti quæstione spirituali; sed eam remittit ad iudicem ecclesiasticum.
Dotium causa est accessoria matrimonij.
3 *Accessoria causa commissa uidetur, si principalis est commissa.*
4 *Delegatus in causa diuortij lata sententia super matrimonio non est functus officio, si non pronuntiauit super dote.*
5 *Dotium repetitio qua actione uel conditione petatur, & intra quod tempus debet restitui.*
6 *Uxor si non habet, unde uiuat, an alimentari debeat ab haredibus mariti, donec dos restituatur?*
Statum an ualeat super dotium restitutione?
Iudex ecclesiasticus est iudex competens in dotium restitutione, etiam si principaliter de ea sine matrimonio agatur, uaria tamen est doctorum opinio.
7 *Iudex, lata sententia super principali, an possit se postmodum de accessorio intromittere?*

CAP. III.

1 *De prudentia.* †Delegatus ad cām mrimonii, si ferat sniam diuortii, ꝓnūtiare dēt dotē restitui; & est casus multū allegabilis. Duo facit. primò ponit delegatorū reprehensibile factū. sed ò illud emēdari ꝑcipit, ibi, *quia igitur.* Casus lr̄alis. Cā mrimonii, quę uertebat inter H. & M. com missa fuit qbusdā iudicib⁹. Iudices cōsanguinitate, ꝓbata tu lerūt sniam diuortii inter eos, sed de dote, q̄ mulier repetebat à uiro, nihil dixerūt. uñ mulier hoc significauit dño papæ. Rñ. ꝑꝑ eisdē iudicibus, qa ipsi de mrimonio principaľr cognouerūt, & de dote, quę est cā incidēs, accessoriè cognoscere debuerūt & diffinire. uñ mādat, quatenus ꝑdictū. H. cō pellāt, ut ꝑdictæ mulieri totā dotem, sicut iustū fuerit, restituat. B. r. †No. primò iudicē eccl'iasticū posse cognoscere đ cā tpali laicorū, cū uenit accessoriè ad cām eccl'iasticā; & ad hoc allegaſ quotidie iste tex. sec⁹ aūt, si cā spūalis incidit corā iudice seculari. nā de ea nō ualet cognoscere secularis, sed illā remittit ad eccl'iasticū, ut in c. lator, q̄ filii sint legi. & c. tuā, de ordi. cog. sec⁹ est in eccl'iastico quo ad tpalia, ut hic uides; & rōnē diuersitatis tetigi in d. c. lator. Et aduerte, qa plꝰ, ꝓbat iste tex. q̄ solet allegari. nā nō solū eccl'iasticus cognoscit de tpali cā incidenti seu ꝑiudiciali, sed ēt de cā tpali, quę uenit accessoriè ad cām eccl'iasticā, licet nō sit ipsi⁹ ꝑiudicialis. nā sine cā dotis pōt decidi cā mrimonialis, & sic nō est ꝑiudicialis ad cām mrimonialē; & nihilominꝰ iudex eccl'iasticꝰ cognoscit rōne accessorii. e dep̄dēt. n. à cā mrimonii, qa, ubi nō est mrimoniū, nō est dos. l. 3. ff. de iure dot. qđ bñ notabis. † No. q̄ cōmissa cā pricipali, vr̄ cōmissa cā accessoria; facit c. prudētiā, de offi. deleg. †No. ultimò ſm uerū intellectū iudicē delegatū nō dici officio suo functū, si nō ꝓnuntiauit sup dote; qđ declara, ut ꝑ. latius. In gl. 1. ibi, *conditione sine causa.* no. bñ gl. q̄ ubi cōstat mrimoniū nullū fuisse, nō agit actione de dote ad restōnē dotis, sed cōdictione sine cā; & ꝓ hoc tex. in l. fi. ff. de cōdi sine cā; & dñt doct. q̄ hæc cōdictio est ita priuilegiata quo ad ipsam mulierē, si cut actio đ dote, ff. de pecu. l. ex facto, & in l. 2. ff. de priuile. cre. uide ꝑ Spe. e. ti. §. fi. uer. sed si mrimoniū, & sic ꝑsert aliis creditoribus, sicut si uerū fuisset mrimoniū, ꝓut hr̄ in l. assiduis, C. qui po. in pig. ha. & in c. ex literis, cū ibi no. de pign. †In ea gl. ibi, *trima die.* dic. ī. primo anno restituebatur tertia pars, in secundo anno alia tertia; in tertio reliqua tertia, sed hodie ꝓcedit, qđ dr̄ in fi. gl. ut immobilia restituantur statim; mobilia usque ad annum. †Quid aūt si interim uxor nō hēt, uñ uiuat? dic q̄ dēt alimētari ab hærede mariti, ut no. in l. 1. alleg. in gl. Et an ualeat statutum, f ut quādiu hæres distulerit restituere dotem, soluat certum quid mulieri pro centēnario? uide per Io. de Lig. in cle. unica, de usur. ubi vr̄ cōcludere, q̄ nō; & credo, q̄ annus iste debet dari, ubi matrimonium tenuit, secus, si separatur ꝑꝑ impedimentum, ut

SVMMARIVM.

1 *Soluto matrimonio cogitur uir dotem restituere, & bona diuidere, quæ communiter obuenerunt eis.*
2 *Iudex ecclesiasticus potest adiri principaliter in dotis restitutione, matrimonio prius separato.*
3 *Maritus & uxor quo communiter acquirāt bona.*

CAP. II.

1 *Significauit.* † Soluto mrimonio cogit uir dotē restituere, & bona diuidere, q̄ cōiter eis obuenerūt. h. d. Primò ponit duplicē mulieris q̄relā. Sc̄ò causę cognitionem, ibi, *ideoq;*. Casus lr̄alis. Inter. P. mulierem & H. uirū suū fuit diuortiū celebratū, sed diꝰ. H. dotē suā illicitè detinet, & reddere ꝓdicit. possessiones q̄ idā quas hēbat cōes, & illas sibr̄ retinere ꝛtendit. uñ mulier cō questa fuit dño papę. mandat ꝑꝑ qbusdā, quatenus, si est ita, nec est aliud, qđ impediat, uirū illū cōpellāt ad restōnē dotis, e & ad diuisionē eorū, q̄ olim cōiter habuerunt. Ber. †No. 1. optimū ar. q̄ eccl'ia pōt principaľr adiri sup restōne dotis, matrimonio priꝰ separato. †No. 2. q̄ obuenientia cōiter marito & uxori dñt diuidi soluto mrimonio; & intellige, ut dr̄ in gl. de acqsitis ex bonis utriusq;. Vel ex̄ gl. intelige de donatis, uł relictis utrisq;. Vel ſm cōsuetudinē quorūdā locorū, ſm q̄ acqsita ꝑ alterū ꝙugū cōstāte mrimonio efficiunt cōia, & ueniūt diuidēda soluto mrimonio; c & ſm istū intellectū collige tales cōsuetudines seu statuta d uēdicare sibi locum ēt in mrimonio putatiuo; & sic 5 declarato mrimonio illa bona ꝑ alterū acqsita ueniūt diuidēda, ac si mrimoniū tenuisset. cessantibus aūt istis causis, uel si 6 milib⁹ uxori restituit dos dūtaxat, qa oīa ꝑsumunt acqsita ex bonis mariti, ut in l. f certū, C. de dona. inter ui. & uxo. & in l. Quint⁹, ff. e. ti. Et iō si mulier repit aliqd hr̄e ultra dotē, illud pōt ꝑ maritū uēdicari, qa ꝑsumit acqsitū de bonis suis, nisi ip

5 †Et faciūt hæc ad qōnē, quā ponit hic Hoſ. Ep̄s r̄cepit q̄ndā clericū ad ſeruitiū ſpūale p̄ſtādū, ꝑmittēs ſibi certū ſalariū annuatim, donec ſibi ꝑuideret de bñficio cōpetēti, nunqd hoc ſit licitū? & cōcludit, ꝙ ſic dūmodo ſpālīter ex pacto ſe n̄ obligauerit ad ſeruitiū tpale p̄ſtandū. nec cōmittiť ſimonia, ſi remittať poſtea ſalariū, cū ꝯferť bñficiū: qa ſalariū erat ſub cōditione, & facta collatione expirat obligatio, inſti. de uerb. obl. in §. oīs: ſecus, ſi ꝑmiſſio fuiſſet pura & ꝑpetua, q̄a tunc bñ cōmittiť ſimonia, ſi remitteret tpale ꝑ ſpūali cōſequendo, ar. in c. ueniēs, ſ. de teſti. ego putarē primū dictū Hoſ. ꝑcedere, qn̄ p̄latus nō inducit ad cōferēdū principal'r ꝑꝑ ſeruitiū tpale, uel ſpūale recipiendū: ſed qa ille mereť, & in cā impulſiua & nō finali fit p̄ſtatio ſeruitii, ar. in c. graue, de p̄bē. nā uideo, ꝙ nō eſt licitū recipe ꝑmiſſionē bñficii cōferēdi ꝑ uoce p̄ſtanda in electione, ut in c. de hoc, ſ. eo. mō non uideť licitū etiam pro ſpiritualibus ſeruitiis recipere pro-
d miſſionem beneficii conferendi[d], ſecus (ut dixi) ſi iſta eſſet cauſa impulſiua. Et ex his habes deciſum, ꝙ ſecūdò pōt colligi ex gl. nūquid ſit licitū clerico ſeruire prelato ꝑ bñficio conſequendo, & nunquid prælatus hoc caſu licitè confert.

SVMMARIVM.

1 *Notorius ſimoniacus, uel de ſimonia infamatꝰ, ſi ſe nō purgauerit, deponūtur.*
2 *Simoniacus in beneficio non deponitur ab ordine, ſed priuatur beneficio.*
3 *Infamatus de crimine ſimoniæ, ſi nō ſe purgauerit, deponitur, licet contra eū non præceſſerit certus modus agendi, prout fit in aliis criminibus.*
Simonia punitur ex ſola præſumptione p̄cedētibus aliquibus ſignis notabilibus.
4 *Infamatus de aliquo crimine, ſi de eo non purgatur, punitur tanquā conuictus*
Præſumptio probabilis orta ex infamia tranſit in uiolentam, cum reus deficit in ſe purgando.
Præſumptio non eſt ſufficiens ad aliquem condemnandum, niſi ſit uiolenta.
5 *Infamia licet teneat locū accuſatoris; tn̄ facit aliqualē gradum præſumptionis.*
6 *Statuta facientia mentionem de conuictis non uerificantur in deficientibus ſe purgare, licet illi reputentur ut conuicti.*
7 *Statuta an & quando, & qualem recipiant interpretationem.*
Depoſitus a beneficio, quia deficit in purgatione ſimoniæ, an poſſit per diſpenſationem epiſcopi ad illud, uel aliud admitti?

CAP. XIII.

1 INſinuatum. †Notorius ſimoniacus in bñficio ab illo deponitur. Idē in infamato, qui ſe purgare nō p̄t. primò ponit papa narrationē ſibi factā, cōtrà q̄ ſecundò ꝑuideri mādat. ſecunda, ibi: *unde*. Caſus lit. In eccleſiis Ciſterrienſis ep̄atus q̄ plures clerici ꝑ ſimoniā dicunť hr̄e ingreſſum, de quo ſunt infamia notati. vn̄ mādat papa diœceſano ep̄o, quatenus, ſi publicū & notoriū fuerit aliquos in eccleſiis illis ꝑ ſimoniā intraſſe, eos inde remoueat. illis autem, quorū crimen publicū & notoriū nō eſt, ſi tn̄ laborāt infamia publica; indicat cū 5. uel 6. manu ſui ordinis purgationē: in qua ſi defecerint, bñficiis illis ꝑpetuo priuet eoſdē. B. †No. 1. ex tex. ꝙ ſimoniacus in bñficio nō deponiť ab ordi-
2 ne, qn̄ nō cōuinciť ꝑ uiā accuſationis, ſed priuať bñficio ſimoniacè acquiſito, de quo dic, ut dixi in c. inquiſitionis, ſ. de accu. poſſet ēt alia pœna mulctari, cū iſta nō ſit ꝑpriè pœna. ꝑ hoc bo. tex. in c. cū clericis, ſ. de pac. † Secundò no. ꝙ
3 infamato p̄t à principio indici purgatio, alia inqſitiōe ſup ueritate criminis nō p̄cedēte, ſed in ea deficiēs punitur ac ſi fuiſſet cōuictus ꝑ inquiſitionē. Cōtra hoc tn̄ fortiter ob. c. ſignificaſti, ſ. de adult. & quod dixi in c. accedēs, ſ. de accuſ. nā ubi indictionē purgationis nō p̄ceſſit certus modus agēdi, dēt deficiēs in ea tm̄ ſuſpēdi à bñficio, ſed hic nō apparet, ꝙ certus modus p̄ceſſit; ergo nō debēt iſti priuari bñficiis ſuis in caſu, quo defecerunt in purgatione. Sol. ꝯriū uidetur difficile, & nō tactū hic. Sed oportet rn̄dere altero de duobus modis, ꝙ aut hic p̄ceſſit inquiſitio formata ad priuationē bñficiorū; & deficiētibus ꝑbationibus fuit indicta purgatio; uel ſecundò pōt intelligi, ꝙ ſit ſpāle in crimine ſimonię, ubi nō requiruntť ꝑbationes ita claræ & manifeſtæ; ſed debēt incōtinēti repelli de eccleſia, cū aliqua ſigna notabilia cōſtāt de crimine ꝯ ſimoniacū, ut in c. ſicut ſimonia ca, ſ. eo. Et ēt circa unū aliud uideť hoc c. deuiare a no. in c. qual'r, el 2. ſ. de accu. ubi dictū fuit, ꝙ data notorietate criminis, qualitercūq; ꝑcedať, ēt ꝑ uiā inquiſitionis, dēt fieri depoſitio ēt ab ordine, ex quo crimē eſt graue; & facit c. cū ab hoīe, ſ. de iudi. ubi deprehenſus in crimine deponiť; fortius, qn̄ crimē eſt notoriū, deponi dēt. hoc ēt contrariū nō tangiť hic; ſed pōt dici, ꝙ ēt ab ordine iſti potuiſſent deponi, ut factū fuit in c. de hoc, ſ. eo. ſed hic ep̄s iſte tm̄ q̄ſiuit de priuatione bñficiorū; & papa rn̄det, ut in lr̄a. † In glo. fi. ibi:
4 *tranſit in uiolentā, &c* no. iſtā gl. fin. quā ſoleo quotidie allegare ad reddēdā rōnē uerā, quare deficiēs in purgatione puniť vt cōuictus. nō. n. puniť ex p̄ſumptione ꝑbabili tm̄, qa illa nō ſufficit ad cōdēnādū quē de crimine, ut in c. lr̄as, de p̄ſump. ſed p̄ſumptio ꝑbabilis orta ex infamia trāſit in uiolentā, cū reus deficit in ſe purgādo: & uiolēta ſufficit ad cōdēnationē, ut ī c. afferte, ſ. de p̄ſum. & l. indicia, C. de rei vē. q̄ ſic dēt intelligi, ut dico in c. 3. de ꝑba. Simile no. gl. notabilis in c. cū cōtumacia, de hære. lib. 6. ubi p̄ſumptio orta ꝯ ſuſpectū de hæreſi trāſit ī uiolētā, ſi ſtat in excōicatione ꝑ annū: ſic ēt in c. rurſus, & c. qcunq;. 11. q. 3. † Collige ēt ex
5 hac gl. ꝙ ex infamia orta ꝯ aliquē oriť ꝑbabilis p̄ſumptio, licet teneat locū accuſatoris, & facit aliquē gradū ꝑbationis, licet ꝯriū ſentiāt doc. in pal. c. qualiter. Et an & qn̄ infamia, ſeu fama inducat certū gradū ꝑbationis, no. ꝑ canoniſtas in c. ueniēs. 1. ſ. de teſti. & ꝑ Bart. in l. de minore. §. tor-
6 mēta, ff. de qō. † Et p̄dicta pn̄t induci ad ſtatutū, quo caueť, ꝙ cōuictus de certo crimine debeat puniri certa pœna; nunqd deficiēs in purgatione habeať ꝑ cōuicto, ut poſſit puniri pœna ſtatutaria? & uideť ꝙ ſic, qa deficiēs in purgatione puniť tanq̄ auctor ſceleris, ut hic, & in c. de hoc, ſ. eo. & in c. accedēs, ſ. de accu. Itē ſtatuta recipiūt interpretationē à iure cōi, ut in c. cū dilectus, ſ. de cōſu. no. Inn. ī c. cām, ſ. de reſcr. & Bar. in l. oēs ppl'i, ff. de iuſt. & iu. Cōtrariū puto uerū: qm̄
a deficiēs in purgatione eſt interpretatiuè: & n̄ uerè cōuictꝰ[a], ut dicit gl. no. in fi. in c. inter. ĩ. de pur. ca. Sed in ſtatutis nō hēt locū intellectus interpretatiuus. debēt. n. uerba ꝑpriè & ſtrictè capi; nō aūt fictè: qa fictio in eis locū nō hēt, l. 3. §. hæc aūt uerba, ff. de neg. geſ. & no. in c. n̄ra. ĩ. de iniu. Nō ob. ꝙ dixi ſtatuta debere interpretari ſm̄ ius cōe: qa dēt intelligi, qn̄ ius ꝑcedit: non per fictionem[b] & improprietatem; ſicut procedit in hac materia: & facit qđ no. Ioan. An. in regula, ꝑ poſſeſſore, de re. iur. li. 6. in Mer. ubi elegāter ponit, an & qn̄ & qualē interp̄tationē recipiāt ſtatuta. hæc puto vera, niſi ſtatuta diſponerēt in materia iuris nō deuiādo à diſpoſitione iuris; ſed potius alleuiādo pœnā. nā tūc ſtatutū recipit oēs limitationes & interp̄tatiōes iuris ēt īproprias
7 & ſtrictas, ut in c. cū dilectus, & c. ad audiētiā, de cle. nō re. facit, qđ no. Cy. in l. qcunq;, C de ſer. fu. † Vlti. hic qriť de una qōne tacta ꝑ Hoſt. nunqd iſte deficiēs in purgatiōe poſt priuationē factā poſſit diſpenſatiuè ꝑ ep̄m reſtitui ad bñficiū? Et cōcludit ꝙ nō: qa cū iſamia duret, nō poſſet ſine ſcādalo diſpēſari. 2. q. 5. c. p̄sbyter. Sed hoc dictū nō puto indiſtinctè uerū, qa nō dēt plus operari fictio, ſeu p̄ſumptio uiolenta, q̄ ueritas, ut no. in l. 4. ff. ꝑ ſoc. ſed ſi iſte fuiſſet uerè cōuictus de ſimonia, poſſet certo caſu ſecū diſpēſari, ergo fortiꝰ, qn̄ nō fuit cōuictus verè, ſed interpretatiuè. & an & qn̄ poſſit diſpēſari cū ſimoniaco ad illud beneficium, uel ad aliud, plenè no. in c. poſt tranſlationem, de renun. ubi Io. Cal. ponit unam diſtinctionem; not. etiam in c. penul. de elect.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam committit ille, qui pretio, uel fauore cellat peccatorem, uel ante pœnitentiam reconciliat.*
2 *Simonia committitur, quotieſcunque committitur, uel omittitur aliquid ſpirituale pro temporali.*
3 *Sacerdos poteſt ferre teſtimoniū de reconciliatione, & pœnitentia peccatoris.*
Doctor poteſt ferre teſtimonium de uita, & peritia ſcholaris.
Doctores promouentes ſcholarem ſunt idonei teſtes unà cum aliis, qui habent ſcholarem examinare.
4 *Iuſtitia non debet præuaricare reſpectu conſanguinitatis, uel amicitiæ.*
5 *Dictio uniuerſalis, ſi impoſsibile ſit ſtare in ſua uniuerſitate, reſoluitur in particularem in interpretatione diſpoſitionum.*
6 *Simonia eſt ſtudioſa cupiditas emendi, uel uendendi ſpiritualia.*
Simonia non committitur ex ſola uoluntate.
Simonia quotuplex ſit.

CAP. XIIII.

1 NEmo. †Simoniacū eſt pretio, uel fauore cellare peccatorē, uel recōciliare an̄ pœnitentiā, uel dignè pœnitētē à reconciliatione remouere. h. d. Et ſcđa pars principalis, ibi: *nec quēquam*. Caſus lite. Statuit Alex. ꝙ b
nullus presbyter aliquod emolumentū recipiat à quocunq; publicè peccāte, ut ep̄o, uel eius miniſtris cellet pc̄tm̄ illiꝰ, nec ꝑ reſpectu cuiuſcunq; cōſanguinitatis, aut familiaritatis dimittat, qn pc̄tm̄ īnoteſcat. Scđò dicit, ꝙ nullū dignè pœ b
nitētē, uel ēt minus dignè pœnitētē ꝑꝑ grām, uel fauorē ad recōciliationē adducat, & teſtimoniū recōciliationis ferat eidē, uel ꝑꝑ aliquē liuorē, ſiue odiū remoueat a recōciliatione: qa utrunque
2 ſimoniacū eſt. Ber. † No. 1. ex tex. ꝙ ſimonia cōmittiť nō ſolū impēdēdo aliquid ſpūale ꝑ tpali, ſed ēt omittendo ſpūale, qđ tenebať impēdere ꝑꝑ cōmodū alicuius tpalitatis: & ſic cōmittiť ſimonia qn̄ c
cunq; ſpūale cōmittať: uel omittať ꝑ cō
3 modo tpali. † Scđò no. ar. ꝙ ſacerdos p̄t ferre teſtimo. de recōciliatione & pn̄ia pc̄tōris. idē no. in c. teſtimoniū, de teſti. Sic ēt doctor p̄t ferre teſtimo. de uita &
c peritia ſcholaris,[c] vide bo. tex. cū gl. 12. q. 1. in c. 1. & in l. nemini, C. de aduo. di. iu. & ꝑ hæc iura ſemꝑ putaui, ꝙ in numero ſeptē doctorū debētium approbare ſcholarē doctorādū pn̄t cōputari doctores pn̄tātes: qa cū ſemꝑ ip̄i aſſumanť tāquā ꝑprii magr̄i ſcholaris examinādi, melius & uberiꝰ ipſi pn̄t ferre teſtim̄ de peritia ſcho. q̄ alii doc. forēſes, q ꝑ alia tpa nō hn̄t notitiā de peri. ſcho. nec tanq̄ ſuſpecti ſunt repellēdi: qa eoipſo, ꝙ pn̄tāt eū tanq̄ idoneū, vn̄r eū approba-
4 re. † Vltimò no. ꝙ id, qđ eſt iuſtū & honeſtū, n̄ dēt exerceri fauore cōſanguinitatis, uel priuatæ, amicitiæ: aliàs qđ in ſe eſt honeſtū & iuſtū efficiť inhoneſtū & iniuſtū. ſic in ſn̄ia, q̄ pōt eſſe iuſta ex cā, & ex ordine, tn̄ ex aīo efficiť iniuſta, ut cū cōdēnat ſubditū potiꝰ odii cā, q̄ delicti. 11. q. 3. c. ep̄s.
5 §. ſi ergo: & facit ad ea, q̄ dixi in c. cū eſſent, ſ. eo. † In gl. 1. in fi. no. hanc gl. qa facit ad interpretationē ſtatutorū, & contractuū, & alterius diſpōnis, ut dictio uniuerſalis reſoluať ī particularē, ut euiteť abſurditas. nā impoſſibile eſſet, ut ſacerdos poſſet hr̄e quodlibet tpale ꝑ celādo pc̄tō; iō exponitur, qđ libet, i. aliqđ de qbuſdā. In gl. 2. in fi. Itē ex alio ꝯriū eſt multū à remotis: nā loqť, qn̄ qs recipit mercedē, ut indicet furē, ſeu ſeruū fugitiuū, nec poſſet recipe pecuniā, ut nō indicet: qa eſſet ꝯ bonos mores, ut dr̄ in pal. l. 4. de cōdi. ob. tur. cau. & an ex oſtō iudi. poſſit cōpelli ad indicandū, not.
6 ibi, & dicā in c. q cū fure. ĩ. de fur. † Sed op. cōtra glo. & ꝯtra tex. & vr̄, ꝙ hic nō ſit cōmiſſa ſimonia: quia ſimonia eſt ſtudioſa uolūtas, uel cupiditas emendi, uel uendēdi ſpūalia, ut no. 1. q. 1. in ſumma; ſed hic nō uēdiť aliqđ ſpūale; ergo &c. Sol. qdā dicūt, ꝙ illa diffinitio n̄ eſt auth. Hoſt. cōtra dicēs, ꝙ illa eſt ſimoniæ mētalis diffinitio, & dēt addi, cum opere ſubſecuto; quia ſola uolūtas nō facit quē ſimoniacū, niſi ſequať effectus. Triplex eſt ergo ſimonia; q̄dā mētalis, qn̄ nullo p̄cedente pacto exp̄ſſo, ſed tacitè agiť, ut detur ſpūale ꝑ tpali; & diffiniť, ut ſ. dixi, ꝙ eſt ſtudioſa uolūtas, ſeu cupiditas opere ſubſecuto uēdendi, uel emendi aliquid ſpūale, uel ſpūali annexū. Eſt & ſimonia cōuentionalis, qn̄ partes exp̄ſſè conueniunt inter ſe, ut detur ſpūale pro tpali; & iſta diffinitur ſic ſm̄ Hoſ. ꝙ eſt ſpiritualiū, uel ſpūalibus annexorū p̄cedente pacto ꝑmiſſionis, conditionis, modi, ſeruitii, uel alicuius tēporalitatis receptio, uel donatio, & puto, ꝙ comprehendēdo utrūq; poſſit ſic breuiter diffiniri, ꝙ eſt rei ſpiritualis, uel ſpiritualibus annexæ cū aliquo temporali facta cōmutatio; de qua ſimonia cōuētionali no. in c. & ſi qōnes.

SEB. SAPIA.

Non uerè conuictus. Idē tenet Abbas in c. at ſi clerici, in princ. col. 5. ſ. de iud.

SEB. SAPIA.

Per fictionē. An & qn̄ ſtatu. loquētia ī caſu uero trahantur ad caſum fictū, tradit Alex. in l. 1. §. lex Falci. ff. ad le Fal. & remiſsiuè in l. Gallus. §. & qd ſi tm̄. ff. de lib. & poſth. & uide Bal. declarantem in l. 1. C. de nundinis.

De uita & peritia ſcholaris. Ad de Bar. in l. nō aliter, & ī l. nemini, & ibi etiam Bald. C. de aduo. diuer. iu. in 1. cōſtitutione digeſtorum, in §. oēm, in ult. col. & Gemi. in alleg. c. 1. 12. q. 1.

ī.e.sic vr̄ intelligere Host. istū tex.de si-
monia cōuentionali. alii dicūt, ut Tan.
ꝙ largè hic cōmittiť simonia,& nō stri-
ctè.Inn.ita dicit hic,ꝙ isti puniunť ad in
star simonię,quasi ñ sit uera simonia:sed
hoc est ꝯ fi.c.nō.n.hic loqť de pœna:sed
tm̄ declarat utrūq; esse simoniacū:nā pa
ria sunt exercere,seu impēdere spūale ,p
tpali, & cōmittere spūale, seu exercitiū
spūalitatis ,p tpalitate.vtroq;.n.casu.fit
q̄dā cōmutatio. In gl.fi.in fi.& iste vlti-
mus intellectus est melior: qa nō appa-
ret rō diuersitatis inter duos vltimos ca
sus,& priores : sed pp similitudinē,q̄ est
inter priores duos casus,illi hñr ,p uno:
& idē dicēdū in duobus ultimis casib⁹.
Sed extra gl.opp.ꝯ tex. in eo, ꝙ iudicat
tm̄ simoniacū , qñ p̄tiū recipiť a publicè
peccāte.nā idē vr̄,si ab occultè,ut 2.q.1.
c.si peccauerit in te,&c.Satis est ergo,ꝙ
tu scias,ut tenearis denuntiare.sol.doc.
fatenť ꝯrium,qñ esset occultus,& nollet
se corrigere : secus aūt,si esset paratus se
corrigere,ut ibi,& in c.nouit,s̄. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus solus nō potest remittere aliquid, per quod sit quæsitum ius ecclesiæ.*
2 *Alienatio illegitimè facta per prælatum potest per illos de collegio retractari.*
3 *Missio in possessionem causa rei seruandæ habet locum etiam inter religiosos.*
4 *Ius patronatus trāsit cum vniuersitate uendita:quia participat de temporalitate:ius uerò merè spirituale non transit; cum uniuersitate.*
5 *Copulatiua copulat rem copulatam principaliter,& non accessoriè ; secus dictio,cum 6.*
6 *Ius patronatus non potest uendi hoc modo:uendo tibi villam & ius patronatus,quod habeo in ea:sed isto alio modo sic,vt vendo villam cum iure patronatus: quia primo casu uenit principaliter, secundo accessoriè.*
7 *Venditio plurium rerum,quarum aliquæ non poterant uendi,retractatur respectu illarum,non autem omnium.*

CAP. XV.

QVerelam. Ecclia emi, uel redimi
non pōt.h.d.quo ad lrām.Et
primò ponit q̄relā monacho
rū.scđò cōmittit casum instruēdo iudi-
cē in principali,ibi:*unde quia*. Casus lit.
Monachi de Acra quoddā maneriū cū
ptinētis suis, & ecclesiā quandā adepti
fuerūt à monachis de Cardomo sub an
nuo censu.15.librarū,& sup hoc chartā
ab ipsis monachis habuerūt . postmodū
uerò prior monachorū de Acra caplo
suo īcōsulto chartā p̄dictā accepta inde
pecunia dictis monachis de Cardomo
resignauit;vñ monachi isti de Acra con
q̄rebanť se iniustè grauatos.Quare mā-
dat pa.qbusdā,quatenus ptibus cōuoca
tis cām p̄dictā cōcordia, uel iudicio ter
minare ,pcurēt.Sciētes,ꝙ sicut ecclesia
p̄dicta emi nō potuit,ita nec redimi . Si
verò monachi de Cardomo legitimè ci
tati,fuerint contumaces,iudices mona-
chos de Acra inducāt in possessionē eo
rū, de qbus cōtrouersia uertiť inter eos;
nec pmittāt eos exinde absq; iuris ordi

1 ne molestari. Ber.† Not.1.ex tex.solū p̄latū nō posse resci
2 dere cōtractū , p quē aliqđ ius ecclesiæ q̄sitū est.† Secundò
no.illos de collegio posse agere ad remotionē eorū,q̄ p̄la-
tus illicitè alienauit,de quo in c.si qs presbyterorū,de reb.
3 eccl.nō alie.& c.cū olim,de testi.†Vlt.no.ꝙ ēt inter religio
sos hēt locū missio in possessionē cā rei seruandæ pp con-
tumaciā;quod not.,p limitatione c.ex literis,de dol.& cōt.
vbi intuitu religionis fit sequestratio,& non missio in pos-
4 sessionē.pōt.n.fieri missio, ut hic.† In gl.in uer.*emi*,in fi.no.
plura ex hac gl.& primò,ꝙ spūale transit cū uniuersitate uē
dita,licet p se uendi nō possit . Sed hoc nō est uerū simplr,
& iura alle.in gl.loquunť in iure nō spirituali, sed in anne-
a xo,vt in iure patronatus [a], quod cū habeat participiū nō so
lū cū spūalitate,sed cū tēporalitate, transit cū uniuersitate:
sed merè spirituale nō trāsit:qa nō pōt accedere,cū nullum
habeat participiū cū tpalitate,nec possit uenire accessoriè;
de quo tñ dic,ut plenè no.Inn.& alii in c.ex lrīs, de iure pa.
5 †Secundo no.ex glo. ꝙ copulatiua [b] facit copulatū uenire
b principaliter,& nō accessoriè:& sic copulat rē,q̄ principalr
uenire non pōt,sed accessoriè,sic impedit actū:qa (ut dixi)
copulat principalr,qđ & principalr uenire nō pōt;& sic no.
6 de hac copulatiua in l.regula,ff.de iur. & fac.ign.† Et indu-
co hāc gl.ad q̄nem.certū est ius patronatus trāsire cū uni-
uersitate seculari,ut in iur.alle.in glo.quid si facta est uendi
tio hoc modo; uēdo tibi talē uillā,& ius patronatus,quod
habeo in ea,nunqd teneat venditio respectu iuris patrona-
tus? & credo ꝙ non,ut apertè colligiť ex ista gl.qa,ex quo
copulať p hāc copulā, & uideť uenire & uēditū esse princi-
palr,sicut uilla; qđ esse nō p̄t,ut in c.1.de iure pat.& p hoc
puto limitādū dictū Io. An.ī c.1.de iure pa.li.6.ut ,pcedat,
qñ poniť dictio,cū, q̄ denotat accessionē.q̄dā,& nō,qñ po-
niť dictio,&. †Vltimò collige ex hac gl.ꝙ ubi plura uēdunť
7 principalr,& est aliqđ,quod uēdi nō pōt,nō retractať uen-
ditio in oīb⁹ reb⁹, sed tm̄ in re ,phibita uēdi,arg.in l.1.ff.de
euic.& facit l.domū,ff.de ꝯhē.emp.& regula,vtile,& qđ ibi
no.de reg.iur.li.6.Extra gl. vltimò op.ꝯ tex.& vr̄,ꝙ illa ec-
clesia nō poterat cōcedi sub annuo cēsu,vt in c.nō satis,s̄.c.
ergo,ex quo de hoc cōstabat p cōfessionē istorū monacho-
rū,debebat eis papa imponere silentiū,ut fecit in c.cū eēnt,
s̄.e.Sol.dicūt doc.hic,ꝙ ecclia nō fuit vēdita:sed ipsi fructus
fuerūt uēditi,seu locati & qñq; locať ecclia,i.fructus eccle
siæ,ut in c.q̄relā,ne p̄lat.vi.su.Vel secūdò p̄t intelligi, ꝙ fuit
cōcessa istis religiosis retēto cēsu:sīle in c.cōstitutus, de rel.
do.& an & qñ ecclesia sic possit cōcedi, dic,ut ibi no. In gl.
fi.in fi.no.ex gl.iuncto tex. iudicē delegatū posse defendere
possessionē p cū traditā cā rei seruādæ usq; ad sniam diffi-
nitiuā; & hoc mihi plus placet habito respectu ad tex. quā
quod ponit hic Inn. dicēs, ꝙ p ista uerba posita in fi. literæ
isti fuerunt constituti conseruatores, & sic tanquam cōser-
uatores possunt defendere inductum in possessionē.Et no.
hoc dictum Inno. quod dictum est satis notabile;quoniam
alibi non uidi scriptum per ista uerba.

SVMMARIVM.

1 *Pro chrismate non debent exigi pecunia ab ecclesiis, etiam si de hoc sit consuetudo.*

CAP. XVI.

1 EA *quæ*. † Pro chrismate ab ecclesiis pecunia
exigi nō debet , ēt si hoc hēt cōsuetu-
do.& prin ò factū irreprehensibile narrať,quod se-
cundo fieri ,phibet,ibi.*quia uero*. tertiò pœnam cō-
minatur,ibi. *pro certo*. Casus literalis.Quidā ep̄i extorque-
bant nūmos à clericis ,p chrismate, & illos denarios aliqñ
appellāt cathedraticū;aliqñ paschalē p̄stationē;aliqñ con-
suetudinē ep̄alē. sed qa hoc simoniacū est.mādat pa.quate-
nus p̄textu alicuius ꝯsuetudinis, uel p̄lationis denarios p̄di
ctos nullatenus exigant, qđ si fecerint,periculū sui ordinis
& dignitatis non immeritò poterunt formidare.Ber. No.
1.ex text. ꝙ nedū prohibetur pecunia exigi pro chrismate,
inquantum

ZACHARIAS.
a Vt in iure patronatus. Adde Bart. in l. hanc legē,ff. de contrahen.em. Pau.de Cast.& docto.in l.1. in fi. ff. de off.eius,cui mādа.est iurisd. Bal. consi.4.uol.5. So. cōsi.368. & iste in c.quāto, nu.7. vbi plenè dixi in apo. ad istū in uersi.est falsum,s̄.de iudi.
SEB. SAPIA.
b Copulatiua. Vide Ias. in l.1. in princ.ff. de iust.& iu.& Soc.pulchrè. in l.si is, qui ducē ta.§.1.ff. de rebus dubiis, ubi Pau.đ Cast.& alij.
Vide latissimè & melius q̄ alibi differētiam inter copulata p dicti. &,& copulata per dictio. cum , per d.Ant. in c.in literis de rest.spo.Sed ꝙ æquè & pariter copulent dictio, cū,& dictio, & est tex.in l. Titiæ textores,§.pē.de leg. 1.& in l.si quis inquilinos. §. si ita legatum,eo.tit.& de differentia interdict. si,&,cum, uide per Bar. in l. quodcūque. §. nō solum,ff. de uerb. obli.& de q̄st. hic posita ī terminis uide text. in l.ille cū illo,ff. de usuf. leg. sed pro concordia horum iurium uide magistraliter Bar. post gl.in l.1.ff. de manu.testa.Bellen.

inquātū est sacrm, ut p chrismādo aliquē,sed ēt ,p ipso li-
quore chrismatis.nā hic nō exigebať pecunia a chrismato ,
seu cōfirmato,sed ab inferiorib.ecclesiis fortè baptismalib.
a & ēt clari⁹ ,pbať.1.q.1.c.placuit.2. est ergo chrisma [a] quid
spūale nō solū,cū est sacrm,sed inq̄tū est liquor.ergo nec a
cōfirmato,nec ab ecclesiis,qb.cōferť,aliqd tpalitatis exigē
dū est.Scđo no.ꝙ uariatio seu mutatio noīs excusat id,qđ
sui nā ē malū,maxīe cū noīa applia īmutabilia sint.l.si qs ī
fundo uocabuli, ff.đ le.1.noīa tñ ,ppria pñt mutari ad libitū
nisi fiat ī fraudē.l.una,C.de muta.no.,p spūalib. ergo nihil
tpalitatis exigi dēt,qđcūq; nomē tali p̄statiōi imponatur.

SVMMARIVM.

1 *Homagium,& fidelitas quomodo differant.*
2 *Allegans turpitudinē suā est audiendus,quando uult desistere a peccato.*
3 *Gratia concessa per sedem apostolicam non potest probari nisi per literas , & non per testes,excepto quando scriptura sit de perdita.*
4 *Homagium,uel fidelitas an licitè præstetur citra periculum simoniæ pro beneficio consequendo ?*
5 *Pnīa alicuius criminis si fuit apposita illicita,& minor per sacerdotem minus discretum,an peccator sit tutus in conscientia.*
6 *Simoniacus efficitur infamis infamia iuris,non ipso facto,sed per sn̄iam .*
Crimen simoniæ æquiparatur crimini læsæ maiestatis .
Infamia facti tollitur per contrarium factum.
Infamia canonica,quæ irrogatur pro peccato mortali,tollitur per pnīam.
Infamia iuris tollitur per solum principem.
Cōstitò odiosa debet in dubio intelligi,ut sit potius ferenda sn̄ia,quàm lata.
7 *Simoniacus an dispēsetur ad beneficia ecclesiastica per aliū , quā principem.*
Potest esse,quòd quis non sit simoniacus,tamen eius electio, uel collatio sit simoniaca,quia forte facta eo ignorante.
Filius sacerdotis non potest succedere in ecclesia paterna, etiam cum dispensatione episcopi,ne notetur quadam successio in ecclesia dei .
Episcopus an possit restituere quem famæ.

CAP. XVII.

EX diligenti. Pro hēndis spūalib. homa-
giū facere simoniacū est. In
prima supplicātis narratio,petitio,& obligatio .
In scđa petitionis exauditio cū determinatione ,
& lrarū datio,ibi:*quo circa*.Casus lit. Arch.Cātuariē.indu-
xit quēdā clericū,ut faceret ei homagiū & fidelitatē, ita, ꝙ
ipse illi clerico annis singulis bñficiū exhiberet. cleric⁹ ille
uidēs,ꝙ hmōi obligō illicita erat,petiit instāter a d.pa.ab-
solui,dicēs,ꝙ de p̄dicto bñficio nil amplius acciperet.pa.ui
dēs hmōi petitionē honestā & fauorabilē,ipm ab illa fide-
litate absoluit,cū illud ꝯriū fuisset diuinis legib.& humanis
ita,ꝙ ab ep̄o,uł sacerdote discreto pnīam accipiat,& ne ali
qua no.infamiæ possit respgi,cōcessit sibi has lrās,quas pos
sit ostēdere in testimoniū suæ indulgētię ꝯ infamātes eūdē.
1 Ber.†No.1.ex tex.ꝙ homagiū [b] & fidelitas sunt diuersa.[c] Et
b ,ppriè homagiū est,qñ qs facit ,pmissionē alteri genib.fle-
c xis,& manib.intra man⁹ illi⁹ positis,ita,ꝙ efficiť hō illi⁹,&
talis appellať hō ligi⁹,& solet homagiū p̄stari ī patori , seu
regi.ita,ꝙ nō recognoscit alterū supiorē, & de hoc homa-
gio uide gl.in cle.pastoralis,de re iudi.& plene p Spe.in ti.
de feu.§.2.Fidelitas uerò est,cū qs ,pmittit alteri suare fide
litatē,& cōtinet in se hoc iurm fidelitatis multa capitula đ
qb.uide bo.tex.22.q.5.c.de forma,& qđ no.in c ego. N. de
iurei.& hoc iurm p̄t plurib.p̄stari.Scđo no.ꝙ ex reditib. ali
cui⁹ dignitatis, seu ecclesię p̄t certa pensio annua ,p bñficio
spūali cōstitui,& ,p hoc bon⁹ tex.i c.cōq̄rēte,de cle. nō resi.
& sic uno mō p̄t intelligi iste tex.p̄t ēt intelligi , ꝙ de bñfi-
cio cōstituto recipiebat certā pēsionē annuā,sed prim⁹ in-
tellect⁹ uř magis cōgruere lrǽ,& placet Host.†Tertio no.ꝙ
2 allegās turpitudinē,& pc̄m̄ suū audiēd⁹ est,cū intēdit desi
3 stere a pc̄tō.† Vlti.collige,ꝙ de gr̄a a se.apo.facta dēt cōsta
re p lrās.uñ de stylo curię est,ut nō possit ,pbari ēt p testes,
de quo p Archi.in ,pœ.6.nisi lrā semel habita fuisset dep-
4 dita,ut in c.olim,el.1.de priui. † In gl.1.in fi.sed p hoc nō
hř uera rō decidēdi,& maxime qa uř obstare.c.cū clerici.j.
de uer.sig.& 23.di.c.q̄q̄,& c.ergo.N.de iurei.cū si. ubi pa-
tet,ꝙ clerici recipiētes bñficia a supiorib.eis p̄stāt iurm fi

detatis,& ēt iurm homagii,& de hoc ul
tio uř tex.in c.q̄ sit graue,de excessi. p̄la
to.Sol.dñt docto. ꝙ iurm fidelitatis pōt
bene p̄stari superiori habito bñficio ec-
clesiastico;sed iurm homagii non, &c. q̄
sit graue dēt intelligi de homagio largò
mō sumpto,ut cōprehēdat tantū fidelita
tē,ut ibi not.& pōt esse uera diuersitatis
rō,quare homagiū nō dēt p̄stari ,p spūa-
lib.sed iurm fidelitatis sic:qa homagium
continet tpale commodū illi⁹,cui p̄stať.
nā efficiť eius subditus uasallus, & obli-
gať sibi ad certa seruitia,q̄ ,p spūalib. ꝯse
quēdis p̄stari nō debent,& hoc forte uo-
luit hic glo.cū dicit, ꝙ istud erat munus
ab obsequio.i.munus obseq̄ale,qa plura
seruitia inde sequuntur,qđ non sic est in
iurō fidelitatis,cū præstať p̄lato, qa tātū
se obligat,ꝙ erit sibi fidelis , & p̄stať po-
tius dignitati,q̄ psonę,ad hoc.c.uenera-
bilem, in fi.s̄.de ele.Sed dices quare iste
absoluiť nedum ab homagio,sed ēt a fi-
delitate?puto duplicē sol.posse dari. Pri
ma,ꝙ iste Archi.intendebat istū oīno li
gare,ut esset sibi uasallus & subiectus, iō
in totum uitiatur obligatio,argu.in c.cū
super abbatia,de offi.deleg.Secundo po-
test dici,ꝙ pp indignitatem , & peccatū
suum,quia uoluit recipe homagiū , & sic
cōmisit simoniam, ideo uitiať obligatio
in totū,ut nullū cōmodum inde sequať.
Tertio ēt posset dici,ꝙ iurm fidelitatis ,
præstādum est episcopo,uel alteri habē-
ti iura episcopalia pp præeminentiā di-
gnitatis, secus uideť in aliis prælatis in-
feriorib.habentib.collationem certi bñ-
ficii.hoc em̄ iure non ,pbať. habeāt ergo
tantum de iure episcopali , quantum est
concessum , uel prescriptum,argu. in ca.
auditis,& c.cum olim,s̄.de præscripti.&
quod le.& not.in capit.cum ex iniuncto
in fi.de hære.& per hoc declarať intelle-
ctus huius.cap.In glo.super uerbo , *diui-
nis*, in fi.Host.dicit,ꝙ ideo dixit, diuinis
in plurali,ut cōp̄hēderet regulas theo-
logicas,& canonicas simul,ut in capit.1.
de iura calū.quasi uelit Hosti. dicere, ꝙ
per uerbum , diuinis cōp̄hēdať ius diui-
nū,& canonicū.p uerbū, humanis legib.
cōp̄hendať ius ciuile,& ubi sit istud ius ci
uile allegatur in gl.seq. Abb.dicit,ꝙ non
meminit se legisse , ubi sit istud ius hu-
manum , sed pōt dici, ꝙ iste text.habuit
respectum ad ius diuinum, & humanum
generaliter disponentia nihil tempora-
litatis exigendum pro re spirituali ; &
specifice,ꝙ homagium non debeat præ-
stari pro re spirituali,habetur in regula,
5 indignum,j.de reg.iur.† In gl.in uer. de
creto,in fi.nunqd aūt peccator sit tut⁹, si
sacerdos indiscretus imponat pœnitētiā
minorem debito,uel aliter minus debi-
tè exercet offm̄ suū,uide bo.gl. in c.in ēsu
6 rā,de pœ.dist.1.† In gl.in uer.*infamia* .ibi
infames sunt. no.bñ gl. & ꝙ simoniaci sint
infames,,pbať in c.ulti.all.in glo.hic sed
allego tex.meliorē.15.q.3.in c. sane. sed
doc.nostri hic non declarant,de qua in-

SEB. SAPIA.
a Chrisma. uiđ Ab. omnino in ca. ad nostrā.j. hoc tit.
SEB. SAPIA.
b Homagiū . Quid sit homagium,declarat Iaco.đ sancto Georgi. ī tra. de homa.co.1.ubi plura in materia homagii .
ZACHARIAS
c Sunt diuersa.addē Spe.in tit. de feu. §.quoniā,uersi. & nō.& uer.scđo q̄ritur, & uer. prio aūt.& ibi Bald.in apos.in uer.homagiū,ubi etiā,unde dicatur,& quare, & quotuplex sit , de quo etiam per Inn.in regula,indignū.j.đ reg.iu.

famia intelligat ista.gl.& iura pal.nūqd de infamia iuris,an canonica,an facti,sđ puto,q dēt ītelligi de infamia iuris . nā de infamia canonica nō dēt ītelligi : qa illa ꝯhiꝫ ex quolibet pctō mortali,& sub lato pctō tolliꝫ talis infamia,ut no. 6. q. 1.c.2.& 3.in c.testimoniū,de testi. & iura loquētia de hac infamia respectu simoniacorū disponūt ualde specificè,& ī pœnā specificā , & maximè hoc uř uelle tex.in d.c.sanè.ubi ęqparat hoc crimen simoniæ crimini læsæ maiestatis.hoc ēt puto uoluisse hāc gl.dū dicit,q p solum principē cum tali dispensaꝫ . nā infamia facti tolliꝫ p ꝯriū factū,ut no.2.q.3.c. eu femiū.§.hinc colligiꝫ. qđ infamia canonica tolliꝫ (ut dixi) p pniam, sed īfamia iuris est illa, q tolliꝫ p solū principē , ut no.in c.cū te,s.de re iud.& ī l.1.§. đ qua ff.de postu.puto tn̄,q simoniaci nō īcurrūt hāc infamiā iuris ipso facto, sed cū p sniam [a] de hoc crīe fuerūt dānati , & sic tūr sonare iura supius alle.cū loquāꝫ p uerba de futuro, & cōstitō odiosa dēt in dubio intelligi,ut sit poti⁹ ferendę snię, q̄ latæ, [b] ut no.gl.in rła,in pęnis,de reg. iur.li.6.Itē qa hoc est rłare in aliis criminib.publicis,ut demū qs efficiaꝫ infamis sequuta snīa.l.1.ff.de his,qui no. īfa. facit qđ no.Dy.in rła,īfamib.de reg.iur. lib.6.& hoc no.añ tn̄ sniam cōdemnatoriā posset,simoniac⁹ notari īfamia facti, q de facili irrogaꝫ ex publico, & sic ītelligo istū tex.in eo, qđ papa dicit , q ne iste notareꝫ infamia,tradidit sibi literas indulgētiæ,& ut ꝯ latrātiū morsus, &c. q uerba clarè indicāt,q loquāꝫ de infamia facti,simile in c.cū dilectus , in fi. de
7 ord.cog.& in c.cū tu,de testi.† Et in quātū gl.hic subiicit,q cū simoniaco non dispēsaꝫ ad aliqđ bñficiū ecclesiasticū nisi p principē,dicit Host. q ēt p epm poterit dispēsari ad bñficiū simplex,all.c.pe. s.de ele.Io.An.dicit,q illud.c.nō loqꝫ ī simoniaco,sed uult diceꝫ,q simonia fuit cōmissa illo ignorāte,& sic nō erat simoniacus,licet electio,seu collatio fuisset simoniaca.Et p hoc uř Io. An.tacitè sentire, q cū simoniaco nō pt dispēsare per epm ēt ad simplex bñficiū , & certè nec dicta Hos.nec Io.An.,pcedūt , qa p epm dispēsari pt cū simoniaco in bñficio, nedū ad simplex bñficiū,sed ēt ad curatū,ut pbaꝫ.1.q.1.ī c. 1. & c.pen.de ele.loqꝫ de dispēsatiōe fiēda ad illud bñficium p quo fuit cōmissa simonia.nā,ut hēat illud idē , nō ita de facili dispēsaꝫ,sicut ut hēat aliud, ne uideaꝫ p p̄cedēs uitiū illud obtinere,sicut dicimus ī filio lttimo sacerdotis, [c] q ecclesiā paternā ex dispēsatiōe epi hře nō pōt.ne noteꝫ q̄dam successio in ecclesiā dei:sed aliud bñficiū ēt sine dispēsatiōe bñ pt hře.Et an & qñ pt dispēsari cū simoniaco in ordine , uel in bñficio;dic ut no.Cald.post gl.in c.post trāslationē, de renū.Sed dices, quomō poterit inferior a papa dispensare cū simoniaco,cū sit affect⁹ infamia iuris,ut s.dictū est , & episcopus nō possit restituere famæ,ut no.in pall.ca. cū tu ? rñ.q directè nō pōt eps infamen restituere. sed dispēsando in casibus a iure sibi commissis tollitur infamia tanq̄ seque la per quandam cōsequētiā,& p hoc adduco bo.text. in simili in præall.l.1.§.de qua,ff.de postu. & probatur in simili in c.at si clerici.§.fi.de iudi.secundum intellectum , quē ibi ponunt docto.tene menti. Abbas.

ZACHAR.

a Per sentētiā. adde Feli.hic tenere ꝯriū . Sed iste fortè melius p ea, q no. Ge.post gl.in c. 1. de testi.li.6.& qđ no.in apos.ad istū in c.sciscitat⁹,nu. 8.ī apos.ī uer.ipso facto,s. de rescri. Ro.sin.suo.4506.ī ci.fuit a me q̄sitū. Ant.Corse.ī se.sin. 317.in uersi. snia, qđ incipi.cleric⁹ homicida , & istū in c.nisi,num.4.& ibi dixi in aposti. in uer.ipso iure.s. de renunt. de quo uid.remissiue,Cel. in apo.ad Guil.de Cu. in le. cunctos populos,nume. 5. in uersicu.a dignitate, C. de summa trinit.

SEB. SAPIA.

b Quā late Vide Feli.in c.dilectæ,colū. 2.uer. secundo sunt dicta uerba , s.de excep.ubi dicit, q si iudex dicat.mādamus sub pœna excommunicationis,intelligit in dubio ferēdæ & non latæ . In filio legitimo sacerdotis.infero ex hoc dicto,dum dicit filium legitimū non posse habere ecclesiam, in qua pater præfuit filium natū sacerdoti ante sacerdotium dico filiū sacerdotis,de quo p Feli.in c. inter cæteras,in prin.s.de rescript.& bonus. text. in c.ad extirpandas, s.de filiis presbyt.

SVMMARIVM.

1 *Munera an inducant simoniam,considerari debent personæ dantis & recipientis,qualitas & quantitas muneris .*
Ordinatio uel consecratio non censetur simoniaca, si ordināt aliquid fuerit donatum,non tamen ex pacto.4.
2 *Conscientia debet esse consona iudicio rationis,& ex tenui & scrupulosa conscientia qu is non est laudandus sed uituperandus potius.*
3 *Donatio an præsumatur per ista uerba,tolle hanc pecuniam ?*
Mutuum probatur.si testis dixerit,uidi pecuniam sibi numerari , licet non dicat nomine mutui.
5 *Verba formalia non curantur,dummodo substantia non mutetur.*
6 *In simonia consideranda attenditur multum,an talis consueuerit committere simoniam,adeo,quòd in his,qui soliti sunt committere, omne paruum munus præsumitur simoniacum.*
7 *Eleemosyna debet dari condecens non minus recipienti,quàm danti,adeo,quòd potius est peccatum dando pauperi cibos delicatos.*
8 *Officialis an licitè possint aliquod munus accipere ?*

CAP. XVIII.

1 a ET si quæstiones. [a] † Summatur sic ſm Abb.Cardinalis pro palafreno a nobili uiro recepto nō p̄sumiꝫ cōmittere simoniā.h.d. Vel sic. In arbitrādis munerib. an īducāt simoniā,dēnt cōsiderari psonæ dātis,& recipiētis qualitas,& quātitas muneris,& donatiōis.h.d.uř aŕr & melius.Ordinatio,uel cōsecratio nō cēseꝫ simoniaca,licet ordinatori aliqd donatū fuerit ñ ex pacto.h.d.Diuidiꝫ.In prima q̄rētis cōsciētiā a puritate cōmēdat,& scrupulosam curiositat ē reprehēdit.in scđa,ibi:*in hoc itaq;*.factū narrat distinguēdū,soluit,& cōcludit soluēdo in scđa.ibi;*cum in accipientis*.tertiū,ibi *si ergo*.in tertia principali,ibi:*quod autē*,rñdet authoritati ex qua dubitatio insurgebat.Casus lit.Quidā elect⁹ fuit in archiepm Strigon.& cōfirmatus.papa p quē dā Cardinalē eūtē p mare trāsmisit ei palliū,frater illi⁹ electi occurit obuiā cardinali,& cū cardinalis paucas eqtaturas hřet,obtulit ei palafrenū,epo electo ignorāte,& recipiētē postmodū palliū ab eodē,postea archieps hoc intelligēs dubitauit,an esset sibi in aliquo īputādū, cōsuluit papā sup hoc,& ipse rñdet,q in his ultra,q̄ oporteat, dubitare non dēt,cū dicāt humanæ leges,q q̄dā cōtēnūt sacra ēt necessaria exhibere quadā tenui religiōe,dicētes tenuē religionē, q dubitat,ubi dubitādū nō est. & iō frater eius si cardinali equū unū illo ignorāte trāsmisit,nullo mō ipm dubitaꝫ oportet,cū paucas eqtaturas ueniēs p mare secū hřet, qa in accipiēdis munerib.uel dādis tria sunt maxime cōsiderāda s.qualitas dātis,& accipiētis,& quātitas muneris,& tps donatiōis.qualitas psonarū,ut a quo,& cui,uc3 an a paupe diuiti.uel e cōuerso,q̄titas muneris,s.an magnū, uel paruū sit donū,tps,an instāte necessitate,uel alio tpe doneꝫ. Si p̄dicta cōsideraꝫ,ñ fuit magnū,si frater ille equū unū Cardinali donauit,quē histriōi,& nō petēti donaret,& poti⁹ hoc fecit necessitate inspecta,q̄ alia intētiōe.Qđ āt dř beatus,q excutit manus suas ab oī munere,de donis illis dictū est,q solēt accipiētis animū allicere,uř puertere.in aliis,q accipiētis animū nō mutarēt Romana ecclia īterp̄tari cōsueuit ac
2 cipiētē nō delinq̄re,uel donātem.B.† No.1.ex tex.q puritati cōsciē ñ dēt deesse iudiciū rōnis.uñ ex tenui ꝯscia,& scrupulosa nō est qs cōmēdādus,sed poti⁹ rephēdēd⁹; dēt.n.cōsciā ex iudicio rōnis īformare,ad idē uř tex.ī c.ñ solū,de regu.iur.li.6.& in psal.Trepidauerūt,ubi nō erat timor , &c. Et an dēat qs uenire ꝯ cōsciā scrupulosam añ,q̄ eā deponat no.in c.p tuas,el.2.j.e Et no.ex hoc & ex tex.ꝯ istos fratricellos abstinentes a iuramentis licitis tanq̄ a peccatis . itē ꝯ dubitantes in minimis ,[quod est redarguendum in iurisperito,ut in cap.cum in iure peritus,de elect.& in cap.cum in iure,de offi.deleg. facit.l.quod Labeo,ff. ad Carbo. in l. 1.ff.ad munici.Secundo no.quòd quandoq; cardinalis mittitur ad tradendum pallium archiepiscopo,& in effectu tūc

dicitur

dř nūtius,ut ī c.significasti, de ele. licet p honore cardinalis deꝫ sibi legatio.† Tertio no.sin.istū tex. an & qñ ī dubio
3 dēat p̄sumi donū gratuitū uel ne.nā dēnt cōsiderari circunstātię qualitatis ſm psonā dātis,& recipiētis.nā a diuite locupleti facili⁹ p̄sumiꝫ libera donatio,q̄ a paupere diuiti.itē f dēt cōsiderari q̄titas muneris.nā de facili qs nō p̄sumiꝫ cōferre liberè ea,q sunt maximi p̄tii,qa nemo p̄sumiꝫ iactare suū,in c.sup hoc,de renū.& l.cū de indebito,ff.de pb.itē cōsideraꝫ,& donationis tps.nā facili⁹ qs p̄sumi dēt donare in stāte necessitate alteri⁹,q̄ ubi nulla subest necessitas. Et per istū tex.& supradicta defendiꝫ,& ampliaꝫ gl.ualde no. ī l.cū qd,ff.si cer.p-e.in illa.q.si qs dixit alteri ī uulgari, tolle hāc pecuniā,nūqd p̄sumaꝫ donatio,an đpositū,seu mutuū,& certè ex p̄cedētib.ꝯiecturis dēt p̄sumi qñq; mutuū,uř depositū, seu donatio,& in dubio cessantib.istis cōiecturis dēt p̄sumi mutuū,uel depositū pp illā p̄sumptionē,q nemo p̄sumiꝫ iactare suū.Et ex his no.Bar.in d.l.cū qd,testē pbare mutuū,
a si simpľr dicat,uidi pecuniā sibi numerari: [a] sed nescio , an donauerit,seu mutuauerit,de quo dic,ut p eū pleni⁹ ibi no.
4 † Vlti.collige, q in traditione spūaliū pñt interuenire aliqua encænia modici p̄tii , pacto oīno cessante,& intellige, ut dixi in c.1.s.eo.ti.ut ex quadā charitate , & nō p ipsa re
5 spūali cōferāꝫ.† In gl.1.ibi.*in l.dicitur,&c.*No.q aŕr,seu sub alia cōceptiōe uerborū loquūꝫ leges, q̄ papa hic referat in tex.& p hoc arguit Hos.rephēdēdū,si docētes, uel legentes aliqñ uerba mutēt.nā de uerbis nō est curādū, dūmō substātia nō muteꝫ,ut j.de uer.sig.intelligētia,& ī c.nihil.In gl.in uer.*dandis munerib*.ibi: *munus species*. Itē donū sine cā mun⁹ ex cā,& istas duas dřias inter mun⁹ , & donū ponit tex. in l.
b inter donū, [b] ff.de uer. sig. uel ſm Hos. p̄t dici donū exile , & tenue;mun⁹ uerò p̄tiosum,sed hoc nō placet p istū tex.ubi appellat mun⁹ rē modici p̄tii. Itē & donatio cōsistit ī re p̄tiosa,ut ff.de don.īter ui.& uxo.p totū,& ī c.fi.s.e.ti.In ea. gl ibi;*attendas quatuor ista*,aduerte,qa ſm hoc uř hic p̄p diminut',cū dicat hic tria p̄sertim attēdēda. Itē quo ad tex.
6 nostrū gl.ista nō pcedit,qa si interueniret petitio, nō euita
c reꝫ simonia,ut in c.ex tuæ.ī.e.& iō ſua gl.in aliis munerib. seu in alio casu,q̄ in isto,de quo in tex.† Itē pōdera text.in eo,qđ ponit dictionē,maximè, [c] ut ista tria hic exp̄ssa maximè attēdi dēant,ergo & q̄dā alia attēdēda sunt.puta cōsuetudo capiētis.qd.n.si a clerico ordināndo daꝫ res modici
d p̄tii ordinatori suo,q sine p̄tio nō cōsueuit ordinare, certè iudicabiꝫ simoniacū. [d] qa attēdēda est cōsuetudo patrisfami.c.illo uos,in fi.de pig.& ī l.q semissem,ff.de usur. & idē dic in aliis circūstātiis.Itē attēdi dēnt uerba p̄cedētia,ar.l. si ſuus pluriū.§.fi.ff.de leg.1.† In e.,gl.ibi;*cynicus quasi ribaldus reprehensor*. & dř a cynos , qđ est canis,quasi rephensor mordax,siue mordēs,siue latrator,facit.c.ex diligēti,s.e.in fi.& ī gl.Vel dic melius,q in cōferēdis munerib.seu ī faciendo eleemosynā uirtus semp tenere dēt mediū,ut ñ solū habeaꝫ respectus ad dātē,sed ēt ad recipiētē.uñ Seneca rephēdebat Alex.q cū daret ciuitatē cuidā paupi illi asserēti non cōuenire humili fortunæ suæ,rñdit Alex. non q̄ro,qd te oporteat dare,& appellat Sene.Alex. hoc casu tumidissimū , qa ex supbia,& elatione quadā illa uerba ptulit,& ad idē , uide bo.tex.in c.nō cogāꝫ.40.di.& in c.unū orariū.§.aŕs ea demū.25.di.ubi no.q potius qs peccat,q̄ mercaꝫ p̄stādo pauperib.epulas dedicatas,& p̄tiosas,uide ēt bo.tex.de mō faciendi eleemosynā.42.di.c.qescamus,& bo.tex.86.di.c. ñ satis . In gl.ī uer.equuū unū,ī fi.hæc gl.tacitè opponit,& ñ soluit. nā si sex solidi inducūt simoniā , ergo forti⁹ donatio unius pretiosi eq.Sed solue ſm Hos.q ibi iteruenit pactū,hic donatio fuit facta pure,& ex liberalitate quadā.& dic plenius
8 ut dicā ī d.c.ex tuę.† In gl.fi.ī fi.sed ꝯ gl.& tex.opp.& uř, q nihil dēat capi ab administratore,seu iudice, uel supiore q̄ tūcūq; modicū,ut in l.1.C.ad leg.Iul.re.pe.& l.3.C.de asses & ī auth.ut iu.sine quo suffra.in §.si qs,facit.c.exigit,de cēsi.li.6.imo dēt reddi quadruplū.1.q.1.c.iubemus,& c.cōcuſ sionis.Sol.duplex ſm doct. ut ꝯria pcedāt in exigēte hoc.c.& similia , qñ spōte aliqd donaꝫ,uel ꝯria pcedāt in habente salariū de publico, [f] alia uero iura in nō hēnte ſm Host.de iure cano.pōt dici arbitrariū,an & q̄tū possiꝫ recipi dūmō nō excedat,qđ hř in c.statutū,§.insup đ rescrip.li.6.Et certè illud.c. loqꝫ in iudicē delegato,q nōn pōt recipere nisi esculenta & poculenta, quæ in paucis dieb. pñt consumi , & idem potest dici in ordinario, sed in legato, & ēt in aliis prælatis , fortè licitè pñt fieri alia dona , si omnino cessat fraus,ar.in isto tex. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Abbas si pro aliquo accipiendo in monasterio acceperit pecuniam,committit simoniam.*
2 *Simonia cōmittitur ex sola conuentione,dūmodo una partium ad.mpleuerit,licet altera non adhuc.*
3 *Simonia cōmittitur non solū si datur prælato.sed etiā si datur suis familiar.b.uide infra c.proxi.in 2. no.*
4 *Simonia non uitiat monachatum.*
Excommunicatio non impedit monachatum.

CAP. XIX.

1 VEniens. † Abbas, & maiores de conuentu,si p receptione monachi receperūt pecuniam ex pacto,ab offō & bñficio suspēdūꝫ,& taliter recepta pecunia restituiꝫ,& in aliud monasteriū transfert.prima pars ponit querelam p̄sbyteri.scđa dat iudicē,cui tria mādat, *quoniam*.Casus lite. Quidā præsbyter. F. nomine uoluit fieri monachus in quodam monasterio.Abbas & fratres noluerunt eum recipere in monachū,quousq; conueniret eis dare.30.sol. facta cōuentione.sequēti die receptus fuit in monachum. monachi postulauerunt ab ipso. 30.sol.abbas.x.familia.12.pro postu.dicentes hāc esse consuetudinē monasterii.monachus ille accessit ad papā pponens coram papa prædicta. Vñ mandat papa cuidā,quatenus,si est ita,compellat abbatem,& monachos ad restituēdam pecuniam prędicto presbytero indignè acceptam , & eidem. F. pręcipiat , ut in alio monasterio in habitu monachali studeat domino deseruire,abbatem & maiores personas monasterii ab executione officii sui suspendens pro tantę prauitatis excessu. Ber.† No.primo ex text.q ex sola conuentione dandi temporale pro spirituali committitur simonia,spirituali recepto,licet non tradatur temporale promissum.nam hic ante ingressum religionis interuenit duntaxat conuentio. †
3 Secundò collige,q simonia committitur nedum , quando temporale confertur conferenti, sed etiam quando cōfertur ministris,& familiarib.conferentis,sicut dicimus ī Giezi,qui fuit seruus Helisei.1.q.1.in summa,& c.cito turpem. Tertio no.q ex malitia abbatis,& monachorum puniuntur Abbas,& maiores de conuentu,sed hoc intellige,qñ ipsi tm̄ fuerunt culpabiles,secus,si excōicato cōsilio omnium delictū extitit explicatum.nā tunc oēs dēnt puniri, arg. in c.Romana.§.in uniuersitatem,de sen.exco.li.6.puniūꝫ etiā illi,qui fuerunt in capi licet tacuerint,quia debebant cōtradicere,ut no.sin.Inn.in c.1.de his,q fi.a ma.par. ca. Vltimo no.q receptus in monachum per simoniam non debet in eodem monasterio remanere , nec etiam in seculo uiuere . sed debet intrare aliud monasteriū. An aūt sit uere monachus.j.subiiciam.† In gl.fi.ibi.*apparet q monachus fuit*. nota bñ hoc principiū gl.ex quo apparet , q simonia cōmissa in.

a Numerari. Adde , an testis tunc mutuū probet Ludo. Ro consi.20.

b L.inter donū,uide tex.in l.munus, ff.de uer.sign.& q hic dixit.An.Bar.

c Maxime.de hac dictiōe uide Frā. de Are.cōsi.l.Ale.cōsil.67.

d Simoniacum. bene facit,qđ no.d. Ab.in c. cum dilectus,de cle.nō resi. And.Barb.

e De publico. an ordinarius possit accipere esculenta , uide gl.in l. plebi scito , ff. de offi. præsi. q dicit , qđ nō,licet aliter dicat,d.Ab.hic. Iac. But.ibi sequitur illam gl. & Pet. de Anch.in d.§. in sup & Ioan. de Imo. in c.cum ab omni de ui.& hone. cle. licet Bar.& Gui. ꝯ dicāt.And.Bar.

SEB. SAPIA.

f De publico. An salarium dēat habere ordinarius,uide Abb.in capitu. cum ab omni,s.đ uita & honest.cleri.Feli.in ca.lic et in princi.s de offic.ordi.Iaso. in l. nec quicquam §. ubi decretum,col. 1.ff.de off. procō. & in l. ius ciuile , ff.de iusti. & iure.

monachatu ñ uitiat monachatū. nec ob.
qđ subiicit ī gl. qa hic nō fuit pactū fa-
a ctū,ut iste existēs monachꝰ [a] hr̃et pecu-
niā,sed ut monasterio traderet pecuniā,
& hoc nō est ꝯ substātiā monachatꝰ. Itē
pecunia restituit sibi, ut intret aliud mo-
b nasteriū, ne sit onerosus [b] scđo monaste-
rio,ñ aũt ut eā sibi retineat ille īgrediēs,
& hoc ēt uñr sentire doc. Quidā uerò di-
cūt,ꝙ hic nō ꝓbat istū remanere mona-
chū.nā in prin.appellat p̄sbyter,& mona-
chus.Nec ob.finis.c.ubi mādat.ut intret
aliud monasteriū, qa potuit esse, ut ibi
ageret pnīam,& hāc cōsiderōnē facit hic
dom.Anto.sed ego sequor primū dictū.
prio ꝑ fi.hꝰ,c.ubi dr̃, ꝙ dēt deseruire in
habitu monastico ergo nō, ut agat pnīā
tm̃.Itē nō mādat,ut fiat monachus,sđ ut
alio monasterio deseruiat in habitu,er-
go remāsit monachꝰ.Ad idē adduco tex.
q iudicio meo hāc sniam ꝓbat in c.quo
niā.j̃.e.ubi dr̃, ꝙ dr̃et sic receptꝰ intrare
monasteriū,ne dānabiliter in seculo ua-
get;q̃ uerba clare indicāt sic trāseūtē re-
manere monachū,nec p̄cipit, ut agat pœ
nitētiā,sed ne in pc̄tō stet in seculo,ar.in
c.fi.de reg.Itē ꝓprie simonia cōmittit,
nō respectu monachatꝰ.sed ut hēat locū
in illo monasterio,uñ ingressus respectu
illiꝰ monasterii uitiat,sed monachatꝰ te
net.Est em̃ qdā obligatio deo q̃sita, q̃ ñ
īpedit ꝑ factū recipiētis pecuniā. nā cū
iste intēdat se obligare deo,prauū factū
alteriꝰ nō īpedit hāc obligōnē, facit qđ
no.Io.An.in c.fi.de cōdi.ap.sicut uidemꝰ
in fili,ꝙ excōicatio monachatū ñ īpedit
ut in c.cū illorū.j̃.de sen. excō. & ex hoc
hēs casum ī quo simonia nō uitiat actū.

SEB. SAP.
a Monachꝰ. An sit simonia, si fiat promissio abbati, de dādo aliqd si receperit talē in monachū, uide Bar. tenētē, ꝙ sic in l. Titio cētū, §. 1. ff. de condi, & dem, Ias. in l. Titia, in prin. col. 4. uer. tertio limita, ff. de uerb. obli. & in l. 2. col. 2. C. de instit. & substi.
b Onerosus. Adde ꝓ hoc, quod consuluit Anton. de But. eius consi. 33.
c Et inducas. adde uidendum Fede. de Sen. consi. 140.
SEB. SAP.
d Præcise cōpellēdi. Vide Car. in clem. 1. 11. q. s̃. de of. de leg. Gemi. in ca. si pauper, de pb. in 6. ubi reprobat Arc. tenētē contrariū.
ZACHAR.
Adde istum in ca. 1. & ibi Fel. latè in prin. s̃. đ test. cog. & in c. 2. de spon.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus si receperit pecuniam ex pacto, pro ordine conferendo, committit simoniam.*
2 *Sacerdos si aliquid scit tanquā deus puta in cōfessione, ēt si fiat papa, & reuelauerit, sibi nō creditur.*
3 *Per ista uerba, moneas, & inducas, non datur potestas pracisè compellendi.*
4 *Simoniacus in ordine, si ingrediatur monasteriū, non habilitatur ad exercendum talem ordinem simoniace receptum.*
Ingressus religionem non tollit defectus contractos cum peccato ingredientis, secus sine peccato.
5 *Simonia an, & quando inducatur, siue ante, siue post aliquid dando, & quando debeat restitui.*
6 *Religiosi an impediantur promoueri ad sacros ordines ex sola ꝓhibitiōe sup̄ioris, alia cā nō apparēte?*
7 *Religiosi non īpediūtur exequi sacros ordines susceptos ex sola prohibitione, alia causa non apparente.*
8 *Simoniacus in ordine ipso iure est suspēsus ab ordine. Suspensus & excommunicatus a iure poterit iterum suspendi & excommunicari ab homine.*

CAP. XX.

1 EX tua. † Si ordinatus pñtatori suo aliqd dedit ex pacto,simoniacū est, nō tñ deponit,si est occultū.prio ponit consultatio scđo rñs.ibi:*unde*.Casus lit.Quidam dū uellet ad sacerdotis ordinē ascēdere, accessit ad Archi.ut eū pñtaret ad ordinē sacerdotis,q nolebat eū ad ordinem pñtare,nisi prius.6.sol. soluisset eidē. & sic ordinē ipm ꝑ eū pñtatus accepit.Eps
Diœcesanus,cui sacerdos hic ī secreto fuerat cōfessus, q̃rit
qd de ipso esset agēdū?Rñ.pa.si hoc est secretū,eūdē sacer-
dotē moneat,ꝙ inducat,ut ordinē alicuiꝰreligiōis assumat
& ꝑpetuò abstineat ab offō sacerdotis,qđ illicite acqsiuit,
alioqn nō dēt ipm ab offō sacerdotis arcere,cū sit secretus
2 excessus:pnīam tñ secretā sibi iniūgat.Ber.† No.1.ex tex. ꝙ
ex cōfessiōe facta in foro pnīali nō pōt qs deponi,nec aliter
ab offō coerceri inuitus,ēt si cōfessio sit facta epō,uel ēt pa-
pę,qa eorū uterq; scit ut deus,nō ut hō,cōcor.c.si sacerdos,
de of.or.& qđ no.in ca. dilectus,de exces.p̄lato.hic. n. ista
cōfessio fuit facta papę,& epō in foro pnīali. iō dicit papa,
ꝙ si excessus sit secretus & c.posset ēt intelligi,qñ cōfessio,
esset facta in pñtia solius iudicis.sibi.n.nō credit, cōfitente
negāte.6.q.2.c.si tm̃,& c.placuit.s̃.de testi.c.cū a nobis.Se
cūdo no.ꝙ simonia cōmittit in ordine nō solū,qñ pecunia
dat cōferēti ordinē,sed ēt cū dat ministro,seu ministranti
3 ad ordinē,ut hic,& c.s̃.e.† No.ꝙ ꝑ ista uerba,moneas,& in
c ducas,[c] nō dat ptās p̄cise cōpellēdi. [d] De quo tñ dic,ut no.
d in c.2.de spō.† Vlti.colligo,ꝙ ꝑ ingressum religionis simo
4 niacus nō habilitat ad exercēdū ordinē simoniace receptū
q̃q̃ ꝑ ingressum religionis tollat defectus sine pc̄tō ingre-
diētis ꝯctus,ut in c.1. de fi.p̄sby. nō tñ tollit ꝯctus ꝑ ꝓpriū
5 delictū,ut legi.& no.in c.1.de aposta.† In gl.1.ibi;*intentio est*
consideranda est.Hosti.dicit, ꝙ sola intentio non inducit si-
moniam conuentionalem,sed tm̃ mentalem, quę per solā
pœnitentiam abolet absq; restitutione,ut in cap.pen.j̃.eo.
ti.& dic,ꝙ gl.habuit bonū intelrm,& eius mens est ista, ꝙ
sine intentione nō committitur simonia,ut qñ ex liberali-
tate confertur aliquid,& recipitur,& sic loquitur.c. & si q-
stiones,secus autem, ubi adest affectus committendi simo-
niam. Et dic latius prosequendo quatuor membra. Aut
enim ex pacto aliquid temporale confertur,& illud, quan-
tumcunque modicū sit,inducit simoniam, sicut dicimus in
furto,& usura,& ita loquitur iste tex. & dr̃ tunc simonia cō
uentionalis,nec dimittitur peccatum,nisi restituatur male
receptum,ut in c.de hoc,s̃.eo.& c.ueniens. Aut non inter-
† Vlti.q̃ro in §. eos. nũq̃d occupãs bona alicuius teneať ad restõnẽ de occupatiõe simul facta [b] ꝑ alios.Circa qd' multũ instat hic Inn.ponẽdo magnã gl.q̃ multũ solet allegari , & uersať ut plurimũ in foro pnĩali,& pone exẽplum magis clarũ,& quotidianũ . aliq simul cõcurrũt ad spoliandũ aliquẽ,uel ad supponẽdũ castrũ,uel ciuitatẽ spoliis, uel ad faciẽdũ uastũ,ut fit q̃nq; tꝑe guerræ,nuq̃d un' teneať de facto alteri'.& cõcludit Inn. ꝙ si unus nõ fuit in culpa in subtractiõe facta ꝑ aliũ,nõ teneť nisi de ꝓpria spoliatione.q libet ergo teneť de facto suo.Si uero fuit in culpa in facto alteri' & tũc aduertẽdũ ad qualitatẽ culpę.nã si dedit cõsilium, ut spoliũ faceret,tũc teneť actiõe de dolo. uñ licet interdictũ uñ ui,aut ui bo.rap. nõ cõpetat ꝯ consilium dantem , ut in c.cũ ad sedẽ,de rest.spo.tñ in defectum principalis,ut qa nõ reperiť,uel qa nõ est soluẽdo,uel ex alia iusta cã nõ uult passus dãnũ agere ꝯ cũ,puta q a est terribilis p̃sona,tũc p̃t agere in iudicio actione de dolo ꝯ eũ,q cõsiliũ dedit, ar.in l. 1. ff.de dolo.In foro aĩę teneť oĩno iste ad restitutionẽ,& satisfaciẽdũ integrè dãnũ passo.qa & ipse fuit in culpa dando cõsiliũ,& ꝓcedit ẽm Inn.siue reperiať principalis,siue non. Itẽ siue iusta cã,siue iniusta nolit agere ꝯ principalem.Item ex his hẽs differentiam inter forum contentiosum , & forũ pęnitentiale.Nam in contentioso tunc agitur contra consilium dãtẽ,qñ nõ p̃t agi ꝯ principalem, facit. ff. de eo , per quem.fa.erit.l.ex hoc edicto.in foro pnĩæ teneť indistinctè, qd' bñ no.Et p̃t esse diuersitatis rõ:qa in foro animę nõ curam' de stricto mõ intentandi actionem : sed attendiť ip̃m factũ purũ.uñ, ex quo ipse dedit cãm dãni teneť ad emendã dãni,qd' no.quia quotidianũ,& practicabile. Caueãt ergo isti cõsiliarii dñorũ.nã teneť ad restõnẽ malè ablatorum ꝑ ipsos dños,& hoc uerũ ẽm Inn.nisi aliq̃d ad eum ꝑuenisset, qa tũc teneť illico restituere.secus dicẽdum est, e cõuerso . nã si liberať p̃stãs cõsiliũ,nõ intelligiť liberatus principalis ꝑ rl̃am gñalem accessoriũ sequi cõuenit naturã sui principalis,de reg.inr.li.6.Si uerò nõ dedit cõsiliũ ad rapinã com mittẽdã,imò eã dissuasit,sed associauit raptorẽ, ne lędereť ab alio,tũc aut principalis fuit capt' in rapina,& sic nihil ab 3 latũ est,& nõ teneť iste,q associauit,aut aliqua inde asporta uit,& tũc si alius iuisset,& asportasset sine societate isti',nõ teneť iste ad restitutionẽ.Et sic no.dr̃iam inter p̃stãtẽ con siliũ,& auxiliũ.nã p̃stãs cõsiliũ teneť ẽt in totũ.p̃stans auxiliũ tenetur tantum ad id,super quo auxiliũ p̃stitit,& quaten' auxiliũ ꝓfuit.Rõ diuersitatis est,qa cõsiliũ uagať ad totã rapinã,& ideo cõsulẽs tenetur in totũ,sed auxiliũ restringitur ad id,super quo prę stitum fuit,quod bene no.& quędã alia, quæ prosequiť Inn.hic , uide ꝑ teipsum.

SVMMARIVM.

1 *Homicida est ille sacerdos,qui dũ uult percutere causa disciplinæ,adeo modum excessit, ꝙ ex uerberibus ille mortuus est.*
2 *Clericus deponitur non solum per homicidium uolũtarium,sed casuale,dũmodo culpa sua præstiterit.*
3 *Vulneratus,si moriatur post aliquos dies, an præsumatur mortuus ex præcedenti uulnere?*
4 *Homicidium,& aliud delictum,uel damnum datũ, si fuerint commissa sine dolo,non sunt punibilia in foro pœnitentiæ.*
5 *Medicus si promisit aliquem sanare ab infirmitate sua,qui sanatus post aliquos dies reincidit in infirmitatem,an dicatur sanatus , uel non ad hoc,ut possit petere pretium sibi promissum?*

CAP. VII.

PResbyterum. † A sacerdotio deponiť ꝑcutiẽs cã disciplinę, si modũ excedat , & mors inde sequať.Vel gñalius & sic. Homicidiũ casuale imputať ei,q dabat operã rei licitę,etnõ adhibuit diligẽtiã,quã debuit.Casus lit. Quidã presbyter cã disciplinæ ꝑcussit quẽdã puerũ in capite,q post paucos dies mortuus est. q̃riť, quid est agẽdũ de ipso.Resp.papa, ꝙ ab oĩ ministerio altaris dẽt ꝑpetuo remoueri,& ab officio sacerdotali deponi , si percussione ipsius interiit , uel aliã infirmitatẽ incurrit,uñ mortuus est. Ber. Nota pri-
mo argu.quod magister,uel doctor licitè instat circa correctionẽ scholarium , dũmõ modũ nõ excedat,ad hoc ca.1. &
2 c.cum uolũtate,de sen.excom.† Nota.2. clericũ deponẽdũ nõ solũ ꝑꝑ homicidiũ uoluntariũ,sed ẽt casuale, [c] si culpa præcessit homicidiũ . Vltimo no.irregularẽ coercendum ab omni altaris ministerio.nõ solũ ergo deponitur a sacerdotali officio , sed ab omni officio cuiuscunque ordinis potest tamen ꝑ episcopum dispensari in minoribus , ut in capit. ad audientiam, in fi. infrà eodem.sed in sacris solus pap.dispensat , ut ĩ.cap it.proximo.Sed quæro, an hoc sit uerum indistinctè.Sol.dicunt quidam , quod si homicidium fuit commissum post baptismum, tunc causatur irregularitas,ut hic secus,si ante baptismum, quia in baptismo tollitur nedum peccatum,sed etiam sequela peccati.26.distinctio.capit.deinde,ubi de hoc,& dic,ut not.in capit. gau demus,de diuor.† Sed circa text. quęritur in eo,quòd ponderat,quòd post paucos dies expirauit, quid si post plurimos dies.Gof.ꝙ idẽ,sed cũ post paucos dies , tũc est magis p̃sumendũ , ꝙ ex p̃cedenti

a Ex fuga.No.ꝙ clericus teneť fugere sed uide.d.Abb.in c.2.de ui.& ho.cl. ubi distinguit , ꝙ dẽt fugere ut non occidat, sed bñ p̃t uerberare . Andr. Barb.
b Simul facta . adde uidendum. Alexã. consi.102.lib.1.
ZACHAR.
c Sed ẽt casuale.ego nõ puto istud indistinctè uerum, nisi fortè intelligam' hoc dictũ de depositiõe uerbali ꝑ ea q̃ no.in c. clerico, 1.dis.& c.seq. & ꝑ Gemi.di.90.c.1.§. si uero.& cap. studeat.1. dist. & per Bal.in l.cũ fratrẽ, C.ad Sylle.

pcussiõe, [a] qđ no.& ꝑ hoc facit tex.in c. seq.ubi deceſſit pⁿ dies octo, & attribuit uulneri ꝓcedẽti:& idẽ dicẽdũ eſt de longiori tpe,dũmõ ꝓſtaret uel re ipſa,uł me dicorũ iudicio mortẽ cõtigiſſe ex ꝓcedẽti uulnere:ſed in dubio,ubi uł cõualuiſſe quo ad pẽnã ꝛponẽdã potius iudicandũ qđ nõ deceſſit ex illo uulnere: ſecus ſi pⁿ [b] paucos dies, [b] de quo tex.cũ gl.in c.2. de cle.pcuſ.& l.diſt.c.ſi qua femina.ꝑ gl. & Bar.in l.ſi rixa,ff.ad l.Cor.de ſica. aliqd tangam in dicto.capitu.2.† In glo.1.ibi: *quia iſte quantum ad gratiam.* No.gl.q ĩ foro aĩæ ñ punit qs de homicidio,licet culpa ꝓceſſerit homicidiũ,ex quo defuit uolũtas ĩ cõmittẽdo homicidiũ; ꝑ hoc facit notabile dictũ Inn.in c.ꝓcedenti, ubi dicit,ꝙ ſi dãnũ eſt datũ alicui ex negligẽtia alicuius,puta qa nõ bñ coopuit ignẽ qa tũc licet in foro cõtẽtioſo ꝑp culpam ꝓcedẽtẽ teneaꝫ ad refectionẽ dãni, ut in l.ſi ꝙus ſeruũ.§.itẽ ſi arbuſtũ,ff.ad l.Aq. tñ in foro aĩæ nõ iniũgeit [c] ſibi dãni ſatisfactio:ſed tm̃ puniet de negligẽtia:qa nõ habuit aĩum dãnificãdi,facit.15.q.1.cap. inebriauerũt,& 34.qõ.1.i c.i lectũ,& hoc uerũ ſm eũ,niſi lata fuit culpa,uel habuiſſet a prin.animũ nocẽdi. [d] tũc.n.teneť,licet nõ habuiſſet ita animũ dãnificãdi, ꝑp ut poſtea cõtigit,& ſic ꝑt litari iſta gl & illud.c.ſi qs nõ irat⁹,in ea allegatũ.In gl. fi.ibi: *qui cauſam cauſæ præſtiterit.* No. gl. & uide qđ no.in c.ſicut,de teſti.& in rꝛa imputari,de reg.iur.li.6.& in c.1. de cuſto.Eucha.In eadẽ gl.ibi: *in l.ultima.* facit illa lex in ꝛriũ: qa equus cuiuſdã muliõis olfecit mulã.mula aũt mota ꝓcuſſit mulionẽ,dr̃ ibi,ꝙ mulio ꝑt agere ad damnũ ꝛ dm̃n mulæ licet equ⁹ ſuus ꝑſtaret cãm cãæ,nõ tm̃ attribuit equo,ſed cãę proximæ,ſ.ipſi mulæ.Sed gl.rñdet,ꝙ ibi mula fuit mota ꝛ näm.nult dicere gl. ꝙ equus nõ ꝑſtitit cãm, ꝙ mula dẽret moueri ad pcutiẽdũ.uñ ex ſe, & ꝛ näm mota fuit, qa nał̃ nõ debat moueri. Secus aũt, qñ nał̃ aliqd ꝓcedit ex cã ꝓcedẽte,qa quicqd poſtea ꝓuenit,attribuit primę cauſę, de quo dic,ut in iurib.ſuperi⁹ alleg. ad q̃ remiſi Et in fi.gl.no.bñ caudã gl. qa reciduatio attribuit primo morbo . uñ ñ uł liberatus,ꝙ uiſus eſt cõualeſcere,ſi poſtea reincidat.† Et facit ad illã qõnẽ, medic⁹ [e] ꝓmiſit liberare aliquẽ ab aliqua ęgritudine,ęgrotãs uiſus eſt conualeſcere, ſed poſtea recidiuauit ,nũqd dr̃ eũ liberaſſe, ut ꝓcipiat mercedẽ ꝓmiſſam?Iſte tex.facit ꝙ nõ;facit ẽt.c.ad audiẽtiã,ꝛ.eod ſed in ꝛrium facit . qa nõ ꝑt qs ſanus longo tpe exiſtere.ſatis enim eſt eum ſemel liberaſſe.ſatis in hoc puto attẽdẽdũ iudiciũ medicorũ.nã credẽdũ eſt peritis ĩ arte ſua de cõſan.& affi.c.1.ď ꝓſcri.c.quia *indicãte*.& qđ no.Bar.in ꝓę.fforũ, & in d.l.ſi ĩ rixa.uñ quo ad gl.dicit Io.And.ꝙ ſi cõſtat aliũde uenille recidiuationẽ,ſeu ꝓceſſiſſe ex corruptione humorũ,tũc nõ teneť iſte ſacerdos.,ꝓcedit ergo,qñ reciduatio ꝓceſſit ĩmediatè ex illa infirmitate,& ſic ꝑt dici in ſolone qõnis ꝓpoſitę.ñ.n.dr̃ receſſiſſe, q ñ ſtetit.11.q.3.c.certũ,de pę.di.1.c.diuortiũ,& c.1.de iud.

SEB. SAP. Percuſsione. Qũo hoc ꝓcedat, uide latè Sal.ĩ l.1.C.de emenda. ſeruo, & Bal.in c.1.colũ. 3. uer.6.qro, quibus mo.feu.amit. & in l.ſi ab hoſtib. §. ſi uir,ff.ſolu.mat.

b Paucos dies. adde Pet.de Anch. cõſi. 285.Cõpo.cõſ.28.

c Nõ iniungeť.adde Lu.Ro.ſingu.ſuis. fo.6.

d SEB. SAPI. Animum nocẽdi. an ille,ꝙ eſt i lata culpa,teneaꝫ in foro cõſciẽtiæ, uide And.Sicu.ĩ c.Raynaldus,col.114 de teſta.uer.itẽ inquã tũ.do.aob.Deci.in c.1.in 2.lect.col.5. uer.5. adde de conſti.Corſe.in ſingu. ſuis,in uerbo,forũ cõſciẽtię.Fel.in c. ꝓcedẽti,in fi.

e Medicus. Vtrũ medicus,ꝙ ꝓmiſit curare infirmũ ꝑ certo ſalario teneatur eũdẽ reincidẽtẽ curare, uide de iſta.q.Io.An. in regul.q̃ cõtra ius de reg.iu.in Merc. & gl.& Bar.ĩ l. Martius,ff. loc. & plenißl.Spe.de ſala.§. 1.circa princi. De hoc ẽt uide Fr. de Imo.in l.& iõ hæſitatur, ff. de uerb. obli.ubi in hac q. ſequitur dicta per Barto.in d.l.Martius.Bellen.

SVMMARIVM.

Homicidium caſuale imputatur ei qui dedit cauſam reiillicitæ,uel licitæ,dum modò diligentiam non adhibuerit.
Homicida caſualis non diſpenſatur niſi per papam, ſi culpa præceſſerit cãm, intellige in ſacris ordinib.ſecus in minorib.4.
Ludus an ſit prohibitus clericis cum laicis.

CAP. VIII.

Ontinebatur. † Homicidiũ caſuale imputať ei, q dedit opã rei illicitę,uel ẽt licitę ſm aliũ intellectũ, ſi ñ adhibuit oẽm diligẽtiã,quam debuit.Cõis diuiſio.Secunda,ibi,*ideoque*.Caſus lit.Cũ quidã diaconus & alii quidam clerici a uineis ſuis opere completo redirent cã leuiãdi laboris ſcrutati ſunt quendã ludũ uiatorũ proiiciẽdo baculos ſuos indirectũ,ut alter alteri⁹ ſuſtæm feriret, cuius ludi cõditio talis eſt,ut ille,q ꝓcutit baculũ alterius,quaſi uictor ꝑ equo utiť alio:ſed clerici equitãdi lnĩa nõ utẽtes ſola iactatiõe cõtẽti erãt.Quidã laicus ſuperuenit,& ꝓcuſſit baculũ diaconi ꝓdicti:ipſe ſtatim indiſcretè dorſum ipſius diaconi inſiliit,& a ſalce ipſius diaconi,quã ad cingulũ,hẽbat,mortale uulnus accepit, de quo intra octo dies expirauit:poſt hoc diaconus cũ literis archiepi ſui negotiũ continẽtib.ad papam acceſſit.uñ mãdat papa eidẽ archiepo,qua tenus,ſi res ita ſe habuit,eũdẽ diaconũ ſine lnĩa Romani põtificis ad ſuperiore ordinẽ nõ aſcendere,nec in offo diaconatus miniſtrare ꝓmittat in ſubdiaconatus uerò officio miniſtrare diſpẽſatiuè patiať.Ber.No.1.ar.prò & ꝛ, an lud⁹ ſit clericis ꝓmiſſus ad alleuiãdos labores,de quo.j.cũ gl.Not. 2.ꝙ ludus eſt alleuiatio laboris iuxta illud.Interpone tuis, &c.† No.3.ꝙ cũ homicida ẽt caſuali ſolus papa diſpẽſat in ſacris ordinib ſi culpa ꝓceſſit caſum.In gl.1. ĩ fi. Ex hac glo. colligiť unus intellectus ad tex.ꝙ iõ iſtud homicidiũ caſuale imputať diacono,qa dabat operã rei illicitę,qa ludus ñ cõgruebat clericis.Hoſt.dicit qđ talis ludus bñ eſt clericis ꝓmiſſus,ſed ñ ludi cõditio,ut hr̃et licẽtiã ꝙitãdi.Ex hoc colligit alius intellectus.Tertiò põt dici, ut in gl.ſeq.ꝙ ludus erat illicitus ꝑp cõmixtionẽ laici,qa clerici nõ dẽnt ludere cũ laicis.Et no.bñ hũc intellectũ,cauẽdũ ergo eſt clericis a tali cõmixtione.nã caſus inde ꝓueniẽs imputať eis. Alius intellectus eſt,ꝙ ludus eſt ꝓmiſſus,& ẽt ludi cõditio. Sed clericus ille erat in culpa in nõ reddẽdo ſe aptũ in cõditione ludi. debuit.n.deponere falcẽ.Sed q̃ro,qđ ſi ſubdiaconus expreſsè ꝓhibuiſſet equitãdi licentiã? uł qđ nõ incidit in irregularitatẽ.Cõtrariũ ſentit Hoſt.ꝙ ꝑp ludũ debebat cogitare hoc euenire poſſe:ſed de hoc dubitarẽ ex poſt facto:ſed potius uł cõſulendũ in fauorẽ clerici.In gl.fi.in fi tene primã ſolutionem.nã c.ſequẽs ꝓcedit de iure cõmuni ut ibi dicã ſup glo.fi.Et no.glo.quod pluries repetit ludum alias clericis licitũ effici illicitũ ꝑp cõmixtionẽ laicorum † Sed q̃ro cx̃ gl.qa ꝑp hic dicit, qđ diſpẽſatiuè poterit iſte archiepus pati hũc archidiaconũ miniſtrare in archidiaconatus offõ,nũqd hoc caſu archiepus diſpẽſet iure ſuo?cõiter tenent quod nõ:ſed diſpẽſat ut cõmiſſarius⁹ papę, qa in ſacris ordinib.ſolus papa diſpẽſat ẽt cũ homicida caſuali, ſed in minorib.diſpẽſat epus iure ſuo,ut in c.ad audiẽtiã ĩ. eo. Et no.ex hoc & ex illo.c.ꝙ licet cũ homicida uolũtario nõ diſpẽſet,ut ſaltẽ ñ de facili ut in c.miror.5 o.diſt.tñ cũ homida caſuali ſolet diſpẽſari,ut hic,& in c.ad audiẽtiã,ꝑalleg.

SVMMARIVM.

Homicidium caſuale non imputatur ei,qui non fuit in culpa.
Ludus ſolatioſus non eſt clerico interdictus.
Clericus licitè põt portare cultellũ aptũ ad incidendũ panẽ,& non aliter.

Irregularitatem non incurrit clericus, ſi commiſit homicidium caſuale ſine ſua culpa.
Libere dicimur aliquid poſſe facere, quando non indigemus alterius auxilio.

CAP. IX.

Ator †Homicidiũ caſuale nõ ĩputať ei, q nõ fuit in culpa.h.d ſcđa, ibi:*ideoque*. Caſus lit.Quidã clericus⁹.P.noie cũ quadã die cũ quo dã clerico luderet,cõtigit,ꝙ ille clericus proiecit iſtũ.P.ad terrã cuius.P.cultellⁿ,quẽ ad latⁿ habebat,incidit in illũ clericum proiicientem, & occubuit uulneratus,unde ille.P.accesſit ad papã exponẽs ſibi caſum,mãdat papa diœceſa,quatenus, ſi eſt ita,& alia iuſta cauſa non impediat,ꝑmittat.P.ad ſacros ordines liberè promoueri.Ber. † No.1. d ibi:*cum quodam clerico luderet*,ꝙ lud⁹ ſolatioſus [a] nõ eſt clerico interdict⁹,nã ſi eẽt ꝓhibit⁹, ĩputareť ipſi clerico homicidiũ,cum dediſſet operã rei illicitè,ut d.c.ꝓx & intelligit Inn.de ludo ſchacorũ,ꝙ nõ ẽ clericis ꝓhibit⁹, uel alio leui. Idẽ no.gl.iuris ciuilis in auť.interdicim⁹, C.de epi.& cle.li cet Cy.aliud ſenſerit,ſed primũ ueri⁹,ar. hic & in c.clerici. 2.de ui.& ho.cle. iſte tñ intellectus licet ſit ueⁿ ĩ ſe,ñ tñ uł cõgruere lr̃ę,q̃ dicit,ꝙ ex ludo cõtigit, ꝙ ille proiecit eum ad terrã. nã proſtratio nõ cõtigit ex ludo ſchacorũ.uñ põt intelligi, ꝙ ſic ſolatioſè ludebãt ad brachia, ſed tũc põt intelligi,ꝙ ille lud⁹ nõ fuit deliberat⁹, alias fuiſſet ĩputãdum clerico non remouenti à ſe cultellũ, ſed forte ali⁹ influit in eũ ludẽdo,& proiecit eũ ad terrã, & ſic in nulla culpa repe rit proſtrat⁹.† No.2. ꝙ licite clericⁿ defert cultellũ,alias eñ fuiſſet ei imputãdũ hoc homicidiũ,qa fuiſſet in culpa defe rẽdo cultellũ [b],ſed dẽt intelligi de cultello apto ad inciden dũ panẽ,& no.hoc;qa poteſt quotidie accidere, ſecⁿ dic de alio gladio, ut in c.clerici,de ui.& ho.cle.Vltimò no.ꝙ dixi in ſummario , ꝙ ẽt clerico nõ ĩputať homicidiũ caſuale, qñ nõ reperiť in aliqua culpa.†In gl.ſi.in fi.tene primum in tellectũ, ꝙ de iure cõi iſte ꝓmouet, qa nullã irregularitatẽ incurrit,ex quo nõ fuit in aliqua culpa,ut notatũ fuit.ſ.c.,ꝑ xi.in gl.ſi.& pro hoc,qđ hic nõ exigit diſpenſatio, facit lr̃a, ibi,*libere permittas,&c.* nã non libere ,ꝓmoueretur,ſi egeret [c] diſpenſatione,ad hæc, ꝙ de uerbo,libere [c],no.ĩ c.licet epus, de ꝓbẽ.li.6.itẽ pa.hic ſe refert ad factũ,ibi;*ſi res ita ſe habet, &c.*& ſic de iure ꝓmouet,& nõ ex diſpenſatione,quod no.

SVMMARIVM.

1 *Clericis non eſt licitum aliquem occidere pro defenſione rerum ſuarum,ſed ſe aliter defendere citra mortem ſic.3.*
2 *Homicida dicitur non ſolum ille,qui interfecit,ſed ille, qui ligauit hominem, ut facilius interficeretur.*
4 *Clericus dẽt potius fugere,quã alium interficere,ſi fugiendo poteſt illũ euadere.*
5 *Abbas poteſt monachum ſuum punire,& contra ipſum inquirere.*

CAP. X.

Vſcepimus. Is,ex cuius opera illicita ſequit homicidiũ, irregularis efficit uel ſic.Homicidiũ ĩputať ei,q fuit in culpa. Cõis diuiſio ſcđa,ibi;*uerum*.Caſus liter. Duo monachi erãt in cuſtodia cuiuſdã domⁿ de mãdato abbatis, & dũ in cuſtodia eẽnt,qdã latrones de nocte ingrediẽtes ad eos cœperũt eos in ꝑſonis affligere,& ueſtimẽtis ẽt denudare,monachi iſti reſumptis uiribⁿ ligauerũt illos, & retinere uoluerũt, quouſq; capꝛo nũtiarẽt dũ unus illorũ ad notitiã abbatis rẽ ꝓferret,dimittẽs illos in cuſtodia fratris ſui , & latrones illi ſe ſoluere niterenť,frater ille timẽs,ne occideret ab illis,illos occidit.Iſte,q rẽ ad notitiã abbatis deferebat,dubitãs,an factũ illud ſibi ĩputareť, ad dm̃n papã cũ lr̃is abbatis ſui accesſit.uñ ſcribit papa ipſi abbati dicẽs,ꝙ potiⁿ expediebat relinquere tunicã,& pallũ,& rerũ ſuſtinere iacturã q̃ ꝑ rebus cõſeruãdis uilibⁿ & trãſitoriis tã acriter ĩ alios exardeſcere.uñ iſte abſtineat a miniſterio altaris, & ut. rq; illorum ad arbitrium abbatis ſtudeat peccatũ ſuũ expiare, qa cõſtat eos ex ſtudio utriuſque elle interemptos. B.Not. 1.ꝙ fur & latro capiunť æquiuoce,& ſunt ſinonima,nã iſti, q accelſerũt ad furãdũ de nocte, in principio nuncupantur latrones, & poſtea ipſi iidẽ appellantur fures nã illa differẽtia, q̃ aſsignãt doct. [a] ſ̃.eo.ĩ c.2.nõ ẽ ꝑpetuo uera,ut hic patet, cõcor.ſ̃.e.c.ſi ꝑſodiẽs, ut ibi dixi.Secundò no.ibi;*ueſtimentis propriis*,ꝙ largo modo ꝓt frater appellare ueſtes ,ꝑprias eas, ꝙbus induiť; appellanť ,ꝑprię ad differẽtiã aliarũ rerũ monaſterii, ꝙbus non ita utiť,ſicut iſtis ueſtib.,de quo uide ꝙ no. gl.in c.nolo, & in c. non dicatis. 12.q.1. †Not. 3. caſum aptiſsimũ & notabilẽ,ꝙ ꝑp rebⁿ d cõſeruãdis nõ licet clerico occidere latronẽ, licet aliter res cõſeruari ñ poſſent,imo potiⁿ dẽt ſuſtinere omnem iacturã rerũ, & nullibi ita bene ꝑbat,ut hic,tñ ipſas res ñ ,ꝓhibẽt defendere, ut ĩ c.oli.1.de reſt.ſpo.& dic, ut ibi dico ſup [b] gl.†Itẽ.4. no. ꝙ ita teneť de homicidio ille,q interfecit, ſicut ille q ligauit,pro hoc tex.ĩ l.itẽ Mela.§.ſi aliⁿ,ff.ad l.Aq.l. vbi teneť de dãno ille,q tenuit,ſicut ille, q ꝓcuſsit,qđ probat hęc lr̃a in fine iũcta gl.ubi dicit,qđ utriuſq; opera illi fuerũt interempti,& tñ tñ unⁿ ꝑſtitit operã in ligãdo.†In gl.1.ſi.ex hac gl.collige duplicẽ ĩtellectũ ad lr̃am primũ ꝙ iõ ĩputatur homicidiũ ſequens,licet defenſionis cã factũ ſit,qa ꝓceſsit culpa ĩ ligãdo. nã, ex quo iſti habebãt res ſuas ſaluas,ñ debebãt ligare, ſed eos exꝫ monaſteriũ mittere.Scđus ĩtellect⁹ ẽ,qđ iſti ĩterfecerũt ꝑp rebⁿ ſaluãdis,ꝙ ñ ẽ licitũ clerico,nec ob.c.2.ſ̃.e.qa defendẽdo ſe & ſua fecutũ ẽ homicidiũ;ſecⁿ ſi ꝑ defenſione rerũ tãtũ,nec obſt.huic intellectui c.dilecto,de [e] ſen.exc.li.6. qa ſm Hoſt.licet clerico ꝑ rebⁿ ſaluãdis ĩuocare brachiũ ſeculare,& ciⁿ auxiliũ,ita loqť ille text.ſed ñ dẽt in ꝓpria ꝑſona arma mouere, ut hic,& ita trãſeũt cõiter doct. ſđ certè iſte ĩtellect⁹ nimis reſtringit illã lr̃am,ꝛriũ ſenſit ibi gl.ſi.& gl.q̃ ẽ ĩ verbo, bonis. iõ cõclude, qđ ꝑ dẽfenſione rerũ licitũ ẽ clericis manⁿ iniicere & defendere cũ baculo,& gladio,ñ dẽnt tñ ꝓcedere ad ſęua, & ad occiſionẽ,& hoc uoluit iſta lr̃a,ibi, *tam acriter in illos exardeſcere,&c.* ñ ergo ,ꝓhibeť licita & moderata defenſio, & ſic uł intelligere Inn.ĩ c. ſi uerò, el.1.de ſen.exc. ꝙ no.An aũt laico licitũ ſit ĩdiſtinctè occidere ꝑ ſaluãdis rebⁿ, dixi ĩ.c.2.ſ̃.eod. dic,ut ibi.†Tertia lect. colligiť ex gl. q̃ ẽ [d] in uerbo,*interimeretur*,quod iſte poterat fugere,dum ſe ſoluere nitebantur,& nota ſingulariter iſtam gloſsã iuncto textu quod non excuſatur clericus ab homicidio, ſi fugiendo poterat illud euitare. [e] Idem no.gl. in cle. ſi furioſus,de homi. & notabiliter uult gloſſa iſta probare iuncto tex.in fi.quod non ſolũ cauſať irregularitas, ſed ẽt peccatũ,qa excesſit eccleſiaſticã mãſuetudinẽ uolẽdo potiⁿ occidere , proximũ,quã fugã capere, in laico uero Bart.tenet ꝛriũ ĩ.l.1.C. unde ui,qa cũ fugari ſit opprobrioſum & iniurioſum,ꝓt licite reſiſtere,ut ſe liberet ab illa iniuria, vñ ꝙ dixi ĩ d.c.2.ſ̃.eo. Alius intellectus aſsignatur, quod iſte fuit in

ZACHARI. Lud⁹ ſolatioſus. Ego limitaré hoc dictum tã in clericis, q̃ laicis procedere,ſi nõ ludať ultra unũ ſolidũ ut no.in authent. alearũ uſus, C.de reli.& ſump.fu.& Bar. in l.ificiãdo, §.infans,ff.đ fur. & quis dicatur eẽ permiſſus ludus, & quis ꝓhibitus, uidẽ Bar.ĩ. l.ſi gratuitam.§.fi.& ibi gl.ff.de præſcript. uer.& in l.1.C.de ſpec.li.11.

Cultellum nota ibi qđ licitè clericus portat cultellum,& ſic uidetur hic caſus pro gl. i auť.de armis. §. pe. iuncto c. 2.de ui.& honeſta.cle. And.Barba.

Libere. Facit gl. in cle.ſi. de æta.& quali.And.Barba.

SEB. SAPI. Pro rebus. Vide Iaſ. in l. ut uim, col.6. uer. tertio, limita,ff. de iuſt. & iu. ubi hoc probat, ut per eum.

SEB. SAPIA. Euitare . Vide Car.in cle.1.ĩ.25. q.de homi. An.de Are. l.ĩ tracta.malefi. in uerbo, defẽdẽdo, ubi Aug. Arimi.Alexan.in conſil.111. incip. uiſis & , ut oportet , conſideratis, col. 6. in 1.uol.

culpa in dimittēdo ibi duos, licet ligatos,ī cuſtodia vni⁹.In gl.ī uer.*iactu ram*,ī fi.quaſi velit gl.dicere,ꝙ in.l.furē,,pbaт, qđ nō licet indiſtinctè laicis interficere latronē; ſđ qñ ñ pñt aliter euitare mor
a tis periculū.[a] Sed text. intelligiт multipliciter, & cōiter đ rerū periculo,& tūc ſolue ɔ̃riū,ꝙ licet hoc liceat laicis non
5 tñ clericis;dic ut dixi in c.2.ſ.e.† Itē gl. penul.ī fi.& ex hac gl.no. ar.abbatē poſſe inqrere,& punire monachū ſuū de homicidio, nā ipſe abbas retulit hoc papæ non autem ſe impediuit epiſcopus & facit pro opi.Io. de Lig. in cle.in agro,de ſta.reg. quod abbas poteſt inquirere cōtra monachū ſuū iudicialiter,& punire, plenius dixi in rep.ca.ſi quis contra clericum,de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis eſt ille, qui dat cauſam homicidio.*
2 *Verbum,non uidetur mihi,tantum importat, quantum uerbum,non eſt,quod nota pro teſtibus.*
3 *Cauſa intelligitur de propinqua,non aūt de remota, Cauſa remota an & quando puniatur, uide remiſſiue.*

CAP. XI.

b D*Ecætero.* [b]† Dans cau
1 ſam homicidio irregularis eſt hoc dicit.
2 †Nota primo, ibi,*non uidetur*, qđ ꝑ hęc uerba reſpondeт de iure, & tātū eſt dicere,nō uг,quātū,non ē, & facit pro dicto teſtis. Sed q̄ro, qa lr̄a loqтur de diacono, qd de alio clerico?dicēdū, ꝙ idē,& idē ī laico,ſed hic narratur factū.Scđo q̄riт,qa hic dг, ꝙ nō ē promouendus ad ſacerdotiū,nunqd poſſit miniſtrare in,aliis prius receptis, & dicendū ꝙ nō, qa ex quo incurrit irregularitatē, remouēdus ē ab omni miniſterio eccleſiaſtico,ut ī c.p̄sbiterū, ſupra eod. †In gl.prima in fi.noc. gl. iuncto tex.qđ
3 appellatione cauſæ intelligimus de propinqua, & nō remota,& qđ cā propinqua imputaт, & nō remota pone exemplum in cauſa remota,feci feneſtram in domo,aliquis ſponte precipitauit ſe de ea. tūc enim ego ſum cauſa remota,nec ſum in aliqua culpa. Sed cauſa propinqua fuit fatuitas illius ſe præcipitantis, ſed inquantum gl.alle.c.preſbiterū, ſupra eodem ad probandum, quod cauſa remota imputatur, ubi fuit anim⁹ nocendi,dicit Inn. quod ibi fuit cauſa propinqua. Et an & quando imputetur cauſa remota, uide quod no.ī c.ſicut,de teſti.& in regula imputari, de regulis iuris,libro ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale imputatur ei, qui licet dederit operam rei licitæ, tamen non adhibuit diligentiam.*
2 *Peccatum,uel delictum, uel irregularitas,ubi in dubio poſſunt eſſe & non eſſe,ſemper ad cautelam in foro animæ debemus conſiderare, quod ſint, ſecus in foro contentioſo, uide infra eo. in c ſignificaſti, el.2.an.4.no.uide infra eo. c.ſicut, nu.7.*
3 *Homicida diſpenſatur in ſacris per ſolum papam, in minoribus uero per epiſcopum.4.*
5 *Irregularitatem incurrit aliquis ex ſolo conſilio, propter quod ſecutum eſt homicidium, ſiue directè,ſiue indirectè, niſi forte conſuleret quis rem licitam, puta mori pro fide,& ſimilia.*
6 *Mandatarius ut committeret maleficium,ſi fuerit in illo interfectus, an mādans in aliquo teneatur maxime quo ad irregularitatem mandantis.*
7 *Mandatarius ſi poſt longum tempus ultra determinatum interfecerit aliquē, mandans tenetur,ſi mandatum non reuocauit.*

CAP. IX.

c A*D audientiam.* [c]†Homicidiū caſuale ī
1 putaт ei,q dedit operā rei licitę,ſi ñ adhibuit diligētiā,q̄ debuit.Cōis diuiſio.ſcđa,ibi;*quia uero*.Caſus li.Quidā p̄sbiter uolēs corrigere quēdā de familia ſua cīgulo,quo cīgi ſolebat, ipſū uerberare tētauit,cōtingit,ꝙ cultellus de uagina,q̄ cingulo adhærebat,elapſus ī dorſo aliquātulū vulnerauit,poſt modū cū ille uulnerat⁹ aliquandiu uixiſſet, & cōualuiſſet,a vulnere grauiore(vt dг):infirmitate ꝑcuſſus deceſſit,q̄ſitum fuit a papa,qđ de ipſo ſit agēdū?Rñ.papa qa dubitabaт utrū occaſione uulneris deceſſit, & in dubiis tutior uia ſit eligēda,p̄dict⁹ ſacerdos in ſacris ordinib⁹ ñ miniſtret,tñ iniūcta ſibi pn̄ia cōpetēti cōcedi' ꝑ teidē, ut minorib. ordinibus ſit cōtēt⁹.Si uerò ille ex alia infirmitate deceſſit,ut pri⁹ ſuum officiū exequaт.B.No.1.ꝙ clericus licitè inſtat circa correctionem familię ſuę etiam moderatè uerberando, nec caſus inde contingens ſibi imputatur ſi modum in corrigendo non exceſſit,ſecus autem, ſi modum in corrigendo excederet,& ita intelligiт iſte tex.,ꝑ hoc ca.cū uolūtate,de ſent.
2 excō.†No.2.ꝙ in caſu dubii dēt qs potius reputari irregularis,& vг iſte tex.ɔ̃ Inn. q dicit hic,qđ cū irregularitas ſit de iure poſitiuo,nō dēt iudex aliquē in dubio reputare irregularē,quia pœnæ moliēdæ ſunt poti⁹,q̄ exaſperādę,de pęni. di.1.c.pœnę,& in.l.interpretatione,ff.de pœnis,& in rг̄a,in pęnis,de reg.iu.li. 6.Sed certè nec primū dictū,nec ꝰm vг ī diſtinctè uerū nā irregu'aritas,q̄ cauſaт ex homicidio uolū
d tario, eſt etiam de iure diuino, cum deus dixit ad Dauid [d] poſt homicidiū,non ædificabis mihi tēplū:qa uir ſanguinis es tu,de conſecra.diſt.1.in prin.uide bo.gl.21.di.in ſum.facit tex.ſecundum unum intellectum in c.1. ſupra eo.ꝙ not. gl.in c.ſicut dignum,eo. tit. Item ſecundum dictum non eſt uerum,ut pateт hic, & ī c.ſignificaſti infra eo. dictum tamē
e Inn.ſolet communiter allegari pro notabili,[e]& male,quia non procedit indiſtincte, unde ſic diſtinguerē,ꝙ in foro cōtentioſo, ubi agiт de pœna imponēdā pro irregularitate contracta, non debet quis in dubio reputari irregularis, quia pure tunc agitur ad pœnam, & hoc caſu procedat dictum Inno.& ita loquuntur iura alle.per eum,aut agitur in foro pęnitentiali ad imponendam pœnitentiam, & in dubio debet potius reputari irregularis,quia in foro pœnitentię ſemper tutior pars eſt eligēda, licet uideaт durior,quia in illa parte nullum ſubeſt periculum,ad hoc pręalleg.c.ſignificaſti,& idem dic, vbicunque dubitatur de aliquo delicto,ad hoc uide gl.no.in c. unico, de ſeruti. in ordine faci. nam bonarum mentium eſt timere culpam, ubi culpa minime reperitur 5.di. c. ad eius uero,not.in c.2.de obſer.ieiu. Idem eſt,ubi agitur in foro quaſi pœnitētiali,ut puta qa nō agiт ad pœnā proprie,ſed ut ab altaris miniſterio abſtineat uel ut abſtineat a cōtractu mr̄imonii, uel ab alio actu exercendo,in quo exercendo ſubeſſet peccatum, tunc enim debemus interpretari in partem ſecuriorem, licet illa ſit durior,de hoc optimus text.hic,& in pręallega.c.ſignificaſti, & in c.iuuenis,de ſpon.cum ſi.& ad prædicta facit,quod no. per Inn.in c.cum tu,de teſti.& hoc nō.In gl.1.in fi. no.glo. pro intellectu illius c.lator, debet enim ille text. reſtringi, quando ille non facit inſultum, ſecus autem, ſi irruiſſet in alium etiam ludendo,quia tunc fuiſſet in culpa,ideo poſtea caſus contingens ſibi imputaretur. In gloſſa.2.in final.reſtringe hęc generalia gloſſę ſecundum ea, quæ dixi in ſecundo notabili.In gloſſ.fin. dicit Hoſtien.quod ſolus papa in ſacris diſpenſat, ut in.c.continebatur ſupra eo ſed in minoribus poteſt eps ſuo iure diſpenſare, pro hoc facit iſte tex.

a Mortis periculū ſed an teneatur fugere,& non occidere pro recuperatione bonorum, uide d. Abb.in c. 2. de uita & ho. cle.And. Barba.

b De cætero.Vide Bal. i c. unico §. iniuria, de pace iur. fir. ubi dicit ꝙ qñ unus mādat Seio, ut occidat Titium, Seius dicit occidiſſe nomine ſuo,nō creditur ſibi, & allegat hic notata,uide etiam Bal.in l. mandatum.C.mā. & in.l.1. C.de ſer. fug.Bellen.

c Ad audientiam, Vide Bal. in.l. nō ideo C. de accuſ. in fin.Bellen.

d Ad Dauid. Vide Feli.in c.fin.co.2. uerſi. extra materiam, ſupra de maio.& obedien.

e Ipſe idem abb. allega.ipſum pro no.in c.gaudem⁹, ſuper gloſſ.de diuor.Bellen.

4 tex.*poteris,concedere,ut minorib.&c.*† No.ergo hoc dictū, & cōclude latius, ꝙ cū homicida uolūtario nunq̄ diſpēſaт in aliquo ordine: p̄p tñ diſpēſat licet de facili nō faciat,ut dixi ī c.ſicut dignū,ſ̃.eo.cū homicida uerò caſuali p̄t eps diſpēſare ī minorib⁹ dūtaxat,ut hic.In ſacris aūt ſec⁹:qa ſol⁹ p̄p dipēſat, & ſolet diſpēſare,ut ī c.cōtinebaт,ſ̃.e.& qđ no.
5 ī c.ſicut dignū,p̄alleg.† Extra glo.q̄riт hic:qdā cōſuluit iactū baliſtæ,uг machinæ,uг īſultū alicuius caſtri,ex tali cōſilio ſecutū ē homicidiū,nūqd cōſulēs ſit irregularis, ex quo directè nō cōſuluit in mortē alicuius.Inn.cōcludit ꝙ ſic qa fuit,cā ꝑpinqua homicidii. đbuit.n.cogitare,ꝙ ueriſiг ex talib.ſequereт homicidiū.Idē cōcludit in cōſulēte,ut furtiuè aliquis capiaт uel aliquod caſtrū ꝰm eū.licet.n. de facili nō ſequaт homicidiū,ſicut in p̄dictis caſib. tñ ſępe ex hoc homicidiū ꝑuenit,& iō ſecuto homicidio cōſulēs eſt irregularis,& hæc no.qa extēdūt iura dicētia,quē effici irregularē ex ſolo cōſilio.50.diſt.c.ſi qs uiduā, & c. ſicut dignū,ſ̃. eo.ut ꝑcedāt nedū qñ directè cōſuluit in mortē alicuius, ſed ēt qñ p̄ſtaт cā ꝑpinqua ad mortē. Et hoc intellige ubi cōſuliт res illicita:ſecus,ſi licita ꝰm Inn.puta conſuluit qs, ut maleficus capiaт,uel ut exponat ſe morti ꝑ patria,uel ꝑ fide. nā ſi tūc ſequereт inde homicidiū,nō imputaт cōſulēti.23.q.8.c. oī timore,& c.hortaт.Idē ſi cōſuluit alicui, ut
6 exponat ſe morti ꝑ fide chriſtiana,& idē dic ī ſimilib.caſibus.† Secūdo q̄ritur,qdā cōſuluit amico ſuo, ut interficeret aliū de illo ɔſilio interēptus fuit iſte,q dēbat aliū occidere,nunqd cōſulēs ſit irregularis; & primò uг ꝙ nō:qa cōſuluit in mortē illius,ſed nō in mortē alterius.ergo nō cōmiſit homicidiū nec facto,nec ɔſilio,nec p̄cepto.In.& Hoſ. cōcludūt, ꝙ ſi ueriſiг iſte poterat occidi ab inuaſo, tunc eſt irregularis, qa debebat cogitare hoc poſſe euenire, ſecus, vbi ceſſat illa p̄ſumptio,ſeu uerisimilitudo,vt qa ille,cui datū erat cōſiliū, erat illo lōgè fortior,ſed Io.And.in c.ſi.ſ̃.e. ti. li.6.ɔ̃riū tenet ꝑ tex.illū,& iſtud uerius.nā oī caſu iſte īcurrit irregularitatē, tanq̄ dans operā rei illicitę, qa, cogitare debuit hoc euenire poſſe.nā,ſi mādo uel cōſulo, ut Titius uerbereт,& iſte mādatarius excedēdo fines mādati illū interficiat,ego teneor, qa p̄ſtiti cauſam ꝑpinquā morti,ut eſt tex.in dicto.c.ſi.ergo forti⁹,qñ dedi cōſiliū ad mortē ꝑ illū tex.idē dicendū in caſu noſtro,ſi cōſuleret,ut occideret, & inuadēs fuiſſet occiſus,ut tūc cōſulēs ſit irregula-
7 ris tanq̄ dās operā rei illicitæ.†Vlterius q̄ritur,qd ſi cōſului amico ut occideret aliquē inimicū ſuū. ille īcōtinēti ñ
a fecit,ſed lōgo tꝑe interpoſito.[a] Inn.cōcludit, ꝙ cōſulēs eſt irregularis,qa debebat conſiliū reuocare,& ſi putabat amicū ſuū nō obtēperaturū in reuocatione, debebat hoc intimare illi cōtra quē cōſuluit,ut ſibi caueret,aliàs nō euadit irregularitatē,& ſimiles.q.uide ꝑ Inn. & maximè de tenēte,urſum,uel leonē,ex quib.aliquis peremptus eſt,ſi nō te-
b nebat ipſos ligatos [b] per gl.in l.2.ff.ſi qua.pau.fe.dica.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium caſuale non imputatur ei, qui dat operam rei licitæ nec fuit in aliqua culpa.*
2 *Equus alicuius,uel aliud animal,ſi præter uoluntatē domini aliquod damnū fecerit,non tenetur eius dominus ad aliquid.*
3 *Iudex,qui aliquem,licet iuſtè,ad mortem condemnauit,non poteſt promoueri ad ſacros ordines ſine diſpenſatione.*
4 *Homicidium caſuale & ſine culpa non facit quem irregularem.*

CAP. XIII.

1 D*Ilectus.* † Homicidiū caſuale nō imputaт ei, qui dat operā rei licitæ nec fuit in culpa.Cōis diuiſio.Secūda,ibi:*ideoque*.Caſus lit. Quidā capellanus.A.nomine cū infirmitate corporis grauareт,ut comedēdi appetitū excitaret, equū, quē nutriebat,aſcēdit,q cū bñ nō pareret habenis, ſed p̄ter uoluntatē ſedeutis cœpit ſaltib. laſciuire,capellanus, ut eum refrenaret,uim intulit freno,& equum calcarib.ſtimulauit & freno fracto equus currebat feſtinātеr, arbitrio proprio relict⁹ qdā mulier īſantē portās veniēs ex obliquo obuiauit,equ⁹ ī eā ruēs puerū interfecit,ꝑcul abiecto ſeſſore. Capellan⁹ ad dñm papā accedēs eidē p̄dicta expoſuit.vñ mādat diœce.Ep̄o quaten⁹,ſi ē ita,ipſū ñ īpediat,quomin⁹ ſuū offm̄ exequaт,cū ipſe nec uolūtate,nec actu homicidiū perpetrauit, nec dabat operā illicitę rei.B. No.1.tex.ꝙ cleric⁹ licitè aſcēdit equū, ēt ꝑ ſalute corporali,vt hic patet ī fine lr̄ę vbi dicit,qđ iſte dedit operā rei licitę.nā ſi fuiſſet ī culpa ex tali cā eqtādo, caſus inde ſequēs
2 ſibi fuiſſet īputat⁹.†No.ſcđò,ꝙ act⁹ cōtingēs ex ferocitate eq p̄ter uolūtatem & culpā ſeſſoris ſeſſori non īputaт quo ad irregularitatē.Et idē puto quo ad l. Aql.uel ad refectionē dāni, de quo tñ dicēdū,ut ī l.1.ſi quadru.pau.fe.dica.&
3 in l.Aqlia,ff.ad leg.Aqui.† In gl.ī uer. *nec actu*.pōdera bñ gl.nā,ſi eēt uera,habereт maxima limitatio ad multa iura, vt ſolus actus ī homicidio cōmiſſo etiā p̄ter culpā & uolūtatē redderet quē inhabilē ad ordines ſuſcipiēdos,licet nō īpediat iā promotū.Et fortè gl.fuit mota imponēdo hāc ſpecialitatē in ꝑmouēdo,ex eo,qđ dicimus đ iudice, ut im
a pediaт ad ordines, ſi aliquē, licet iuſte, fecit occidi,ut l.diſt.c.1. Sed hęc differentia inter ꝑmotū & promouēdū nō bene probaт iure,ut dicit Ioan.An.nec ob.dictū de iudice, qa in eo fuit uoluntas faciēdi occidi,ſec⁹ aūt,ubi īteruenit ſol⁹ act⁹ ſine uolūtate;& ſine culpa,exēplū ī īcidēte arborē,& clamāte, vt quis ſibi caueret.Nā tūc,ſi ex inciſione arboris,uel rami aliqs cōprimaт,ille nō efficitur irregularis, nec inhabilis ad ordines,ad hoc 50.di.c.ſi duo, & c.hi,qui arborem.

SVMMARIM.

1 *Presbyter parochialis ſi non poteſt eſſe ſine ſcandalo in parochia ſua,epiſcopus debet ipſum mutare ad aliam parochiam etiam inuitum.*

CAP. XIIII.

E*X literis* Sūma,vt.ſ̃.ca. ꝑx.Prīo ponitur cōſultatio.Scđo Papæ indagatio.Scđa,ibi;*nos*. Tertia, ibi;*ad te*.poniт deciſio.Caſus li. Quidā p̄sbiter,dū uellet fenū de curru deponere,ꝑticā, qua fenū ligaт,ꝑiecit ī terrā, & dū fenū in terrā proiecit,quēdā puerū iuxta currū qdā inuenit ſemiuiuū,q modicū liuoris in fronte habebat,& nihil aliud læſiōis,dubitauit Sacerdos,an hoc eſſet ſibi imputandum. Et ideo acceſſit ad dominum Papam cum literis epiſcopi ſui.Papa quęſiuit ab eo,utrum circa currū ſolicitè circūſpexit añ.q̄ ꝑticā ꝑiiceret ī terrā, an eēt aliquis circa currum,qui reſpon.quod diligenter circunſpexit,ſed neminē uidit unde Papa ipſum remiſit,mandans,quatenus,ſi ē ita,ipſū libere ꝑmittat offm̄ exeq Sacerdotisniſi ɔ̃ eū graue ſcādalū ſit obortū, uel tāta laboret infamia quod inde

SEB. SAPIA.

a Interpoſito. Vide Bald. in l.1. col. 3. uerſic. ſed poſtea, C.de ſer. fugi.Imo.ī l.poſt dotem, in princi. ff.ſolu.matri.Sali. ī l.nō ideo minus col.7.C.de accuſatio.Iaſ.in l.1.C.de ſer. fugi. Ange. Are. in tracta. maleficio. in uerbo, Sēproniū mandatorē,ubi late Aug. Arimi.

b Ligatos. Adde quę ſit pœna eorū, qui ducūt animalia fera, ſi illa aliquem occidūt, Lud.Ro. ſin. ſuis, fo.17.

ZACHAR. Adde,ꝙ uoluit allegare Lud. Ro. ſingula. ſuo.764 fo.25. quod inci. quæro a te iſti locatores ubi poniт qua pœna puniantur,non autem ꝙ irregularitatē cōtrahant.

debeat se purgare. Ber. No.1.Presbyterũ licitè insistere circa curã rerũ suarum,seu operis ruralis.unñ casus inde cõtingẽs nõ imputat̃ sibi tãq̃ insistenti rei licitè , pro hoc.c.1.de cele.miss.No.2.ꝙ ubi nõ reperit̃ accusator, credit̃ petẽti cõsiliũ circa circũstãtias act⁹.In gl.2.ibi: *reddit hoĩem irregularẽ*,& sic uĩ gl.ĩtelligere tex.ꝙ ubi subesset scãdãlũ,puta qa puer interempt⁹ erat de magno genere, & scãdalũ facerẽt parẽtes,si celebraret,tũc ꝑꝑ scãdalũ dẽt iste cessare a diuinis:secus,si subesset infamia tm̃: qa tũc sufficit, ꝙ se purget, Et idẽ uĩ uelle gl.sequẽs in prin.Sed in fi.uĩ ab hoc recedere cõcludẽs purgationẽ indicẽdã tã ꝑꝑ scãdalũ, q̃ ꝑꝑ infamiã , sed Host.tenet primũ qa ꝑꝑ purgationẽ nõ cessat scãdalũ,licet cesset ĩfamia.Io. An. dicit,ꝙ si purgatio facit scãdalũ cessare, ꝓcedit scd̃a opi.aĩs ꝓcedat prima,& bñ loquit̃.Nam cessante scandalo debet iste posse administrare,sed imminẽte scãdalo dẽt desistere, qa nihil agẽdũ est cũ scã-
1 dalo,de ꝑscrip.c.nihil. † Imò si sacerdos nõ posset esse sine scãdalo ĩ parochia sua dẽt Eps eũ ꝑmutare ad aliã ecclesiã etiã inuitũ quo uide ꝑ In.ĩ c.ueniẽs,de renũ.& facit in c.cũ teneamur,alleg. ĩ gl. Priò ergo inducat̃ purgatio,& si ea ꝑstita cessat scãdalũ,bñ qdẽ,aĩs seruabit̃ prĩa opi.

SVMMARIVM.

1 Clamare nõ tenetur ille,qui proĳcit aliquã rẽ in locũ solitũ,per quem personæ non solent transire.

CAPI. XV.

EX literis. Sũmat̃, & diuidit̃,ut s̃.c. dilectus.Casus lit. Quidã monachus,dũ deponeret de cãpanili cãpanã,quoddã lignũ corruit,& quendã puerũ occidit,q̃rit̃ qd iuris sit?Rñ.Papa,si monach⁹ rẽ necessariã & utilẽ agebat,& ĩ loco,ꝑ quẽ nõ crederet aliquem trãsire,uel ibidẽ esse,uel aliquẽ illuc de ꝯsuetudiue uenire,qñ lignũ mouebat , bñ poterit ad maiores, ordines , ꝑsertim in monasterio, ꝓmoueri.B.No.ibi , *necessariã rem agebat & utilẽ*,ꝙ ad hoc,ut casus ñ imputet̃,oportet ꝙ qs agat rẽ necessariã & utilẽ.Sed certè qd̃ tex.dicit,*necessariã*, nõ puto,ꝙ de necessitate requirat̃. Satis .n.est,ꝙ qs dat operã rei licitæ, ut s̃.e.c. dilectus.Nã ibi nõ erat necessariũ,ut clericus ascẽderet equũ,sed cã utilitatis fecit,ergo sufficit,ꝙ qs ꝓmoueat cãm uti-
1 lẽ.† No.2.ꝙ nõ tenet̃ qs clamare, qñ ꝓiicit aliquã rẽ ad locũ solitũ , & ꝑ quẽ nõ cõsueuit qs trãsire,ut in l.si putator,ff.ad l.Aquil.& c.si duo, & c. hi q arborẽ.l.di.

SVMMARIVM.

1 Homicidium casuale non est punibile.
Equus alicuius,si equitãte dño,furibũdus aliquod dãnũ alicui intulerit ẽt mortem, dominus nõ tenetur, quia præsumitur ignorasse uitium equi.

CAP. XVI.

1 Significasti. † Sũma,ut s̃.eo.c.dilect⁹.Casus lit.Quidã Clericus dũ equitaret equus tã se q̃ ipsum ꝓiecit in aquã,ꝑꝑ quod clericus equũ grauiter calcarib.stimulauit. equ⁹ uerò cũ esset bucca dur⁹,ꝑter uoluntatẽ sessoris raptus est ĩ cursum,& quandã mulierẽ,q̃ obuiã habuit,interfecit.Clericus ad pa.accessit,& ipse fecit inquiri ab ipso clerico,utrũ equi uitiũ pri⁹ sciret,& ille asseruit se ignorasse. mãdat Pa. epo suo,quaten⁹,si est ita,ad cautelã iniũgat ei pñiam cõpetẽtẽ,qua peracta,nõ impediat ipsum,quominus & in suscepto ordine ministret,& ad maiores ualeat ꝓmoueri. Ber. No.1.ꝙ homicidiũ actu cõmissum ꝑter uolũtatẽ & culpã occidẽtis nõ imputat̃, ẽt quo ad susceptionẽ maiorũ ordinũ. Et sic facit ꝓ his,q̃ dixi in c.dilectus,s̃.eo. ut ẽt in ꝓmouẽdo nõ impediat solus actus sine uolũtate,& culpa. No.2.ibi *istud asserit se ignorasse*,ꝙ nõ imputat̃ equitãti,si ignorat ui-
b tiũ [b] equi,& ꝓcedit s̃m Io.An.tã in equo ꝓprio,q̃ in alieno.nã si erat ꝓprius,ex quo ignorauit uitiũ,excusandus ẽ si erat alienus,nõ debebat illũ præsumere esse uitiosum , & hoc in dubio,ꝓcedit quo ad irregularitatẽ cõtrahẽdã.Sed nũquid potest agi ad refectionẽ dãni.dic,ut in l.1.ff. si qua. pa.fe.di.nã si equus motus fuit ꝯ naturã aliorũ equorũ,põt agi cõtra dñum equi ad dãnũ,uel ut det equũ,vel vt reficiat dãnũ.de quo dicẽdũ,ut in ꝑall.l.1.In gl.in uer.*si est ita*,in fi.
c No.gl.qa ex quo cõstat aperte de casu,sup circũstantiis[c] casus,alia ꝓbatione deficiẽte, stat̃ iurõ ꝑpetrãtis actũ.Et inquantũ gl.dicit *de purgationib.addendis*,Host.hic limitat,qñ subesset infamia,alias soli iuramento staretur,quod no.

SVMMARIVM.

1 Irregularitatẽ an & quo casu incurrat clericus,qui cum inciperet aliquã rixam,superuenerunt eius affines,& interfecerunt unum.
2 Irregularitatẽ an incurrat Clericus,si scit aliquem tractatum & nõ reuelat?

CAP. XVII.

d Petrus. [d] Non censetur homicida is,quo ꝓhibente & causam nõ dãte à consanguineis homicidiũ cõmittit̃.Primò facti narratio.Secũdò ꝓuisio.Scd̃a,ibi: *quocirca*. Casus lit. Petrus diaconus & Monach⁹ sancti Io.de Puna.olim,dũ in habitu seculari quoddã bñficiũ obtinebat in ecclesia de Rigello,Abbas illius ecclesiȩ ipsum eodem bñficio spoliauit, ꝓpter quod amici illius cõmoti,nocte quadã in domo diaconi conuenerunt,& cœna facta dicebãt,ꝙ uolebãt uindictã sumere de abbate;sed diaconus illis expresè inhibuit, ne Abbatẽ occiderẽt,& aliquid facerẽt,unde posset periculũ sui ordinis inccurrere,ipsi nihilominus irruerunt in eũ, & plagis impositis semiuiuo relicto abierunt,qui post aliquot dies expirauit Monachus iste do.Pa. rẽ ꝑ ordinẽ expilauit.unde mãdat Pa.diaco.quatenus, si ꝑmissa uera sint, prȩdictus Diaconus nõ solũ poterit in Diaconatus officio ministrare,sed ẽt ad superiores ordines poterit ꝓmoueri nisi aliud canonicũ impediat,ꝑsertim si sup hoc nõ fuerit ĩ famatus,cũ sibi obesse nõ dẽt,quod cõtra ꝓhibitionẽ ipsi⁹ expressam,eo causam non dante,fuit à suis cõsanguineis attentatũ.Ber.No.1.bonã cautelã. eũ clericus uehemẽter suspicat̃,ꝙ cõsanguinei eius faciẽt homicidiũ, uel mutilationẽ,ut expresè ꝓhibeat cõsanguineis, ne hãc rẽ illicitã attentẽt.No.2.ꝙ homicidiũ cõmissum per cõsanguineos fauore clerici nõ imputat̃ ipsi clerico ignorãti:secus,si sciret
1 & non contradiceret.†Vltimo nota,ibi: *causam uel occasionem non dante*,ꝙ homicidium commissum per alios , clerico dante consilium,uel fauorem, imputatur ipsi clerico. Et inducitur ad. q. clericus fecit rixam , & exercebat illicitè cum aliis : ab amicis seu consanguineis superuenientibus fuit aliquis interfectus , nunquid clericus sit irregularis?

a Significasti.Vide Bar.in l.interdũ.§.si ꝑꝑ necessitatem,ff.de publi. vbi ꝑ illũ tex. dicit,ꝙ si statutũ dicat,ꝙ equus , non moueatur per plateam uiolenter,ille,qui est super equum,nõ tenet̃,nisi præcesserit culpa.Bellen.

b Vitiũ equi. Vtrũ existens sup equũ teneatur, si equus currens ruat ĩ aliquem, de quo ui d̃ Lud. Ro. ĩ l.fin.§. si ꝑꝑ,ff.de publ.& Flor.ĩ l.q foueas, §.si naui,ff.ad leg. Aqui.& Sali. in l. nõ iõ min⁹,uer.& ex his colligebat C.de accus.& vide tex.in c.tm̃. 50.distin. Bellen.

SEB. SAPIA.

c Super circũstantiis. Vide Iaso.in §.sed iste circa gl. magnã , instit.de act.ubi est gl.similis huic, ꝙ in his, q̃ depẽdet ex aio nostro , stat̃ iurõ nostro, & ad hoc ẽt allegat hãc gl. Iaso. in repe. l.ad monẽdi, char. 30. col.2.d̃ iereiu.qd̃ qualiter ꝓcedat declarat Are.in c. ꝑsentiũ, de testi.& Fel.hic,& ĩ c.si diligẽti , col. 3.s̃.de ꝑscri.& Dec.in c. pastoralis,col. 3.ĩ prĩnc.s̃.de excep.

d Petrus.Adde hic gl.pen.in c.cũ ad sedẽ,de rest. spol. quæ ponit, qñ uis fuit illata ab illis de familia,utrum præsumatur de cõsensu dñi.Itẽ uide omninò , qd̃ not. Spe.d̃ leg.§.iuxta propos.uer. quod amici mei. Bellẽ.

laris? cõcludũt doc.ꝙ sic,ꝓ hoc facit iste tex.nã iste nõ excusat̃,qa dedit causam,uel occasionẽ,sec⁹ uĩ,ubi clericus nõ fuisset in culpa,exercẽdo rixã,qa tũc factũ aliorũ sibi nõ est imputãdũ,arg.c.proxi.Itẽ hoc ꝓcedit,ubi amici, uel cõsanguinei illius clerici interfecissent inimicũ illius clerici:secus,si superuenissent inimici illius,cũ quo clericus , discepꝛabat,qa tũc homicidiũ ꝑ illos ꝯmissum nõ imputat̃ clerico,ut no.doc.ĩ.c.ꝓxi Rõ diuersitatis est,qa prĩo casu homicidiũ cõmissum fuit intuitu clerici,sed scd̃o casu cõmissum fuit propter inimicitiã,quȩ erat inter illos. Et hoc not.qd̃ factũ amicorũ sibi imputaretur, seu cõsanguineorũ ad irregularitatẽ.Et propter hoc caueat sibi clericus a rixa.In gl. in uer.*prohibitionis*,in fi.No.bene gl.& ꝓ ea facit, qd̃ no. 2.
2 q.4.c.auditũ,s̃.de testi.in c.cõstitutus.† Sed circa hoc dubitat̃,nũquid clericus sit in culpa nõ reuelãdo tractatũ ei⁹,de
a cuius ꝑiudicio[a] agebatur.Inn.refert opi.& uĩ cõcludere,ꝙ si uerisimiliter prȩsumebat eos nõ obtẽperaturos suæ prohibitioni,ñ tenet̃ ad reuelationẽ,arg.opti. hic ubi nihil dĩ de reuelatione tractatus,sed tm̃ põderat̃ prohibitio secus, si crederet oppositũ.Alii dicũt, ꝙ indistinctè nõ tenetur reuelare.Satis.n.est eũ prohibuisse . nã nõ põt sibi homicidiũ imputari nec quo ad voluntatẽ,nec quo ad factũ.Io.And.dicit posse distingui,an dolosè tacuerit, an nõ ut primo casu imputet̃ sibi,secundo non,arg.in c.quãto,de sent. exc.quod placet.Sed consilium est,ut reuelet.nã propter opi.de quibus.s̃.saltem in foro animæ reputaretur culpabilis.

SVMMARIVM.

1 Irregularis est ille,qui vulnerauit aliquem,qui mortuus est , licet ignoretur, an ex illo uulnere,uel habuit animum ipsum occidendi.6. uel lætaliter uulnerauit.8.idem si non lætaliter, tamen propter illud uulnus non potuit fugere,ideo ab aliis occisus.10.11.
2 Clericus non potest alium interficere , etiam pro saluandis rebus sacris , sed aliter defendere potest etiam uulnerando.
3 Periti in aliqua arte an sint habendi plures,uel unus,ut iudicent aliquid spectans ad artem ipsorum,& quid si non reperitur nisi unus.
Testes deponentes de iudicio intellectus ,an debeant iurare ?
Sententia lata de consilio peritorum,quæ transiuit in rem iudicatam, an renocetur,si apparent peritiores asserentes contrarium?
4 Peccatum ubi potest esse & non esse,& si agitur ad pœnam imponendam, debemus potius considerare non esse si uero ad pœnitentiam,secus.
5 Defensio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ,& quid est dictũ cum moderamine inculpatæ tutelæ.
7 In foro animæ creditur confitenti de omnibus,quæ dicit.
9 Defensio rerum suarum,uel personæ,an & quando,& quomodo sit permissa tã clericis,quam laicis?
12 Irregularitatem incurrit clericus, uel alius,si clamauit, cũm uiderit furem, vnde uicini uenerunt,& furem occiderunt.
13 Homicidæ omnes censentur,quando non apparet,ex quo uulnere ille mortuus fuerit.

CAPI. XVIII.

1 SIgnificasti. † Est multũ allegabile, & ita cõiter solet summari Quo ad legẽ promotionis,ut qs censeatur irregularis hr̃ is ꝑ homicida qui uulnerauit licet nõ posset sciri,an uulnus fuerit lȩtale, ex quo uulneratus ab aliis obiit.Sed ego summo aliter euacuãdo mentẽ totius literȩ: & sic irregularis censetur,q aliũ percussit,licet ab aliis fuerit extinctus idẽ si nõ apparet an lȩtaliter,si ẽt percussus ab aliis obiit,& nõ apparet,ex quo uulnere decesserit.Idẽ,si percusserit non lȩtaliter,si animũ occidendi habuit,& ex aliorũ uulnerib.percussus expirauit. h.d.notabiliter.In prima ponit̃ cõsultatio.In secũda respõsio distinguens,ibi:*nos*.Primũ mẽbrũ prosequitur,ibi:*Et quidem*. Secundũ,ibi:*quod si &c*.Casus lit.Quidã maleficus intrauit ecclesiã,ut ornamenta altaris , & libros ecclesiasticos,& eucharistiã asportaret.Lau.presbyter eiusdẽ ecclesiȩ Canonicus regularis,accepto ligone, maleficũ illũ percussit:sed si ad mortẽ fuerit ictus huiusmodi, pȩnitus ignorauit.Parochiani illius ecclesiȩ uidẽtes illũ ornamẽta ecclesiæ asportantem, arreptis fustibus & gladiis interfecerunt eundem . Presbyter iste de sua salute cogitans cõsci... est Abbati suo prȩdicta. Vnde Abbas. d. Pa. supplicauit,ut

cũ eo misericorditer agere dignaretur. Dñs pa in casu ꝑmisso dicit distinguendũ,utrũ cõstare posset,ꝙ ꝑfat⁹ Sacerdos ñ iflixit mortalẽ ꝑcussionẽ,de qua mortuus fuisset, si aliorũ uulnera nõ fuissent subsecuta,& si ille ꝑcussor nõ habuit uoluntatẽ occidẽdi, nec studio ipsius,cõsilio,uel mãdato ꝓcesserunt alii ꝯ illũ.Et si hoc ita est,post pñiam ad cautelã iniũctã in officio suo poterit ministrare religionis fauore,& sine scãdalo sacerdotale officiũ põt exercere cũ regularis existat,cũ de his sit ei credendũ,q nõ accusat̃,uel denũtiat̃,sed ꝑ seipsum cõsiliũ appetit salutare. Quòd si discerni nõ possit,ex cuius ictu mortu⁹ fuerit , hoc dubio tanq̃ homicida dẽt hr̃i sacerdos, q̃uis homicida fortè nõ sit , à sacerdotali officio dẽt abstinere potius,q̃ celebrare pro eo,ꝙ in abstinẽdo nullũ periculũ in celebrãdo timebat̃.Si verò sacerdos pri⁹ percussus ab illo malefico (ut dicebat̃) cũ ligone ipsum ꝑcussit i capite , quãuis uim ui repellere liceat , qa tñ id debuit fieri cũ moderamine inculpatæ tutelæ, nõ ad sumendã uindictã, sed repellendã iniuriã,nõ uĩ Sacerdos ab homicidio excusari tũ rõne instr̃i,quo ipse ꝑcussit,qd̃ nõ solet leuẽ plagã inferre,cũ graue sit, tũ rõne partis,in qua fuit iste ꝑcussus,in qua de modico ictu mortaliter qs solet lȩdi.B.† No.1.arg. opti. ꝓ saluãdis reb.
2 maxime ecclesiasticis licitũ esse ẽt clerico defensionẽ capere,& arma mouere,& ꝑcutere,nõ tñ ad occisionẽ. Nã si põderet̃ litera respectu solius ꝑcussionis non lȩtalis,nulla pñia induci ꝑꝑ hoc tm̃,qd̃ no.Pro quo optimè facit.c.olim.1.de resti.spo. ubi ẽt Eps ꝓ recuperãda possessione iniecit manus uiolẽtas in expulsores ecclesiasticos,nec fuit notat⁹ ex occisione,si modũ nõ excessit,ut ibi no. ꝓbatur.hæc faciũt ad intellectũ,quẽ dedi.s̃. e.c.suscepim⁹,ut nõ oĩs defensio rerũ sit ꝓhibita clericis,hẽs tñ ex illo tex.& singulariter tene mẽti,ꝙ ẽt maleficũ [b] & la-
b tronẽ simul nõ licet clerico occidere ꝓ reb.ecclesiasticis saluãdis & eucharistia, ex cui⁹ deportatione uerisĩr timebatur scãdalũ.No 2.ꝙ ubi insurgit dubiũ ꝓbabile,qd̃ iure nõ ꝑt decidi, sed eget iudicio peritorũ in illa arte, dẽt iudex sumere ꝑitos in illa arte,& s̃m illorũ depositionẽ sentẽtiare.Et no.qd dẽt assumere peritos ĩ rei ueritate.† Itẽ no.ꝙ dẽt as-
3 sumere plures,ut patet ex dictione,peritorũ.ergo uni soli nõ est credẽdũ.Circa hoc tñ cadũt multæ opi. siue dubitationes,q̃ alibi decidũtur. Quid si nõ põt reperiri nisi un⁹? Itẽ nunqd illi hẽnt iurar̃ cũ nõ ꝑñt deponere de sensu corporeo,
c sed d iudicio intellectus.[c] Itẽ qd si ad depositionẽ peritorũ lata sit sñia, & postq̃ trãsiuit in rẽ iudic.apparẽt ꝑitiores asserẽtes ꝯriũ,nũquid dẽt talis sñia retractari,de quib.in c.proposuisti,de ꝓb.per Bar.in proœ.fforũ.& in l.traditio.C.de
4 pig.† Itẽ no.ꝙ ĩ dubio,vbi ñ agit̃ ad pœ

SEB. SAPI.

a Præiudicio. Vide,q̃ scribit Aug. Arimi.ĩ tract.maleficiorum.Ange. Aret.ĩ uerbõ,che hai tradita la tua patria, ubi Ange. tradit de sacerdote, qui audiuit in cõfessione,ꝙ cõsitẽs nõ poterat resistere tentationi qn occideret aliquem,an teneatur reuelare.

SEB. SAP.

b Maleficiũ.Cõtrariũ tñ tenet Ang. in l. quoniã multa, C.ad l.Iuliam de ui. Sed reprobat Iaso. in l. ut uim,co.6.uer.Tertio limita , ff de iusti.& iure.

c Intellectus. Adde quæ posui in proœ. fforum in apostil.ad Bar.in stampa de tortis, & an testis deponẽs de peritia debeat esse magister in illa arte, uide Are.cons.8.

a Excessit. Adde uidendum Are.con. 80. Alexan. consi. 82.li.1.

b Censendus & si dubitatur, ex cuius uulnere sit mortuus, an omnes teneantur de occiso uide glo.in c.cupientes. §. cæterum, in uersi. quia culpabiles, de elect.in.6.gloss.in c.nolite, 13.q.3.& glo.in c. quiescamus.42. dist.Bellen.

c Cum armis. Adde, quando ex homicidio secuto quis fit irregularis, Fed. consilio 168. Cepo. consilio 9.

ZACHARI.

lectū c. qrit de notabili & satis dubia q
stione.Pater puælle pmisit certā quāti-
a tatē pecunię[a] p dote suo genero,& psti
tit cautionē de numerāda certo tēpore,
& pmisit dare iterī certos denarios pro
libra quolibet mēse: nūquid liceat?& vr
priò q sic.Nā sicut p dilata dote lucrifa
cit marit' fruct' rei pignoratę, ita licitē
dēt posse aliqd recipere, donec sibi dos
fuerit soluta.Io.An. sentit hic oppositū,
dicēs, qđ q dicit hūc casum licitū,dēt al
legare casum exp̄ssum.nā ī iure nō habe
mus nisi istū tex.q loqt in fructib' posses
sessionis, q subiiciūt diuino iudicio.q.d.
istud nō ē lucrū certū: qa poterit eē,qđ
nihil percipiet,ex possessione:sec',qn ex
pacto facto qd certū recipit. Nec obst.si
diceres,hoc pmittēdū, ut maritus possit
sustinere onera mrimonii: qa posset re-
spōderi p id,q habet in d.c. p uestras,in
fine.q.d.q ipsa dos dēt depōi apud mer
catorē vt ex honesto lucro possit suppor
tare onera mrimonii d.An.vr ad huc ma
gis restringere ītellectū hui' c. dicēs,qđ
aut nulla mora cōmissa ē ī dote numerā
da,ut qa in prīcipio cōuētū extitit de ea
soluēda in certo termino,& tūc nihil pt
gener licitē ɔseq, nec ēt fruct' rei pigno
ratę:qa ex quo nulla mora pcessit,nullū
dēt esse interesse:aut pcessit mora, ut qa
dos debebat solui ī cōtinēti;& tūc pro ī
teresse pt pcipere fructus. Itē posset pe-
tere, quātū uerisimiliter fuisset lucratus
cū illa pecunia, ut sic habeat rō interesse
lucri cessantis,sicut lati' dixi ī c. ɔquest'
s.co.sed nō vr d.An.uidisse Cal. q dicit,
qlicet opi.Io.An.sit tutior;ɔria tn vr es
se.verior vt a prīcipio posit cōueniri cū
socero,put.s.dixi.nec ob.dictū Io.And.
qa iste tex.loqt indistinctē, ut lucret fru
ctus possessionis,& qnq; tales fruct' sūt
certi:ut qa ē dom' solita lucrari,uel pos
sessio ad affictū cōcessa. Vn circa hāc qō
nē satis dubiā putarē sic dicēdū, qđ aut
a prīcipio simplr dat'fuit termin' ad do
tē psoluēdā nō īteruenīete pacto inter-
uētionis pignoris, licet ex postfacto pi-
gn' fuerit redditū & tūc nihil pt gener ɔ
seq.Nā sicut pt vxorē sine dote ducere,&
đ pprio tenet alere,vt no.ī d.c.p uestras
ita potuit vxorē trāsducere dato termi-
no ad dotē psoluēdā,sed si a principio ī
teruenit datio pignoris tūc credo opi.d.
Ant.pcedere, qa gener recipiēdo pign'
vr cōfisus authoritate hui' c.& recipere pign', ut lucret fru
ct' ī cōpēsatiōe dotis dilatę. Et puto ēt,qđ a principio pos
sit cōueniri cū socero de pcipiēdo aliqd annuatī vsq; ad so-
lutionē dotis, dūmodo sit solit' mercari,uel pōere pecuniā
apud mercatorē,cū iste nō capiat p mutuo, nec p dilatiōe
data:sed,ut sustineat onera matrimonii,& sic poti' capit ut
4 interesse, nec vr hoc ɔ bonū charitatis.†Scđo principalr q-
rit, qd ī hęrede mariti posidēte seu detinēte pign' p' mor
tē mariti,nūqd lucret istos fruct', sicut maritus,Innocēti'
tenet,qđ nō: qa ī optione hęredis est,qn restituere pignus,
& liberare se ab obligatiōe;q nō ē ī marito, cū ipse teneat
ad onera mrimonii,sicut ēt pt qri de uxore,cui soluto mri-
monio datū ē pign' p restitutiōe dotis,nūqd lucret fruct',
& coiter tenet,qđ n licet.n.uxor alimētetur ex dote sua,tn
cū ipsa nō sustineat seruitia mrimonii soluto matrimonio
dēt cōputare fruct' ī sortē,& iō sit cauta,ut faciat sibi dotē
5 solui,uel possessionē dare ī solutū.†Et faciūt[b] hec ad.q.In
b multis locis statutū ē,vt soluto mrimonio,q̄diu hæres ma-
riti steterit ī dote psoluēda,teneat dare certū qd uxori reli
ctæ,ut possit īde se alere,nūqd ualeat statutū,ut possit mu-
lier cū bōa cōscia recipere istud?& sępe uidi ī facto dubitari.
c Io.de Lig.in cle.2.e.ti.cōcludit,qđ statutū[c] nō ualet p ea,q
s.dixi;qa uxor nō sustinet seruitia mrimonii,iō nō dēt ali-
qd lucrari,sed dēt agere,ut dos sibi restituat, seu persolua-
d tur[d].†Ego aūt aliter dicerē, & pro decisione huius qōnis ē
6 examināda alia qō, nunqd hęres mariti teneat alere vxorē
relictā,donec psoluerit sibi dotē? & licet sint opi.mihi plus
placet illa opi.qđ si nō hēt uxor alia bona,dēt ali ab hęre-
de mariti, ēt infra annū datū hęredi ad dotē restituēdā,&
e hāc opinio.tenuere gl.& Bar.[e] ī l.1.§.exactio,C.de rei uxo.
ac.& Spe.in ti.q si.sint le.§.1.uer.nūqd uxor hoc supposito,
ad pmissam.q.dico,qđ aut sumus in casu,ī quo uxor dēt ali
ab hærede mariti, & tūc ualeat statutū loco alimētorū,de-
cernēs certā quātitatē , cū honestius sit recipere quantita-
tē,quā alimēta annuatī,aut nō dēt ab hærede mariti ali,&
tūc sec' &c.In gl.fi.ibi:*cretifodino fundo*.expono,i.ī fundo,in
quo fodit creta p faciēdo tegulas, siue lateres.In ea.gl.ibi:
secus est in fætu ancillarum dotalium,&c.Rō aūt,quare partus
ancillę dotalis n cedit lucro mariti ē,qa humana creatura
n cōputat ī fructu: imò rerū nā gra hoīs īduxit oēs fruct',ut
dicit tex.ī l.ī pecudū,ff.đ vsufru.Et Cicero.li.1.đ officiis.Vn
cū marit' dēat lucrari fruct', & partus n ē ī fructu,ergo &c.
In ea gl.ibi:*& in arboribus non cedendis*. secus ergo in arbori
bus cædendis,uel cęduis, ut quia intra breue tēp' renascun
tur.nam tunc potest dici fructus; secus,ubi nō renascuntur.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius non repetit usuras sibi ab alio extortas,nisi ipse restituat, quas aliis ipse,uel suus auctor extorsit.2. 5.*
3 *Procurator si repetat usuras,quæ suo principali fuerint extortæ , non potest sibi obiici,ut ipse restituat, quas extorsit, quia uenit ex alterius persona.*
4 *Hæres tenetur restituere usuras, quas suus defunctus extorsit , licet ad ipsum nihil peruenerit,quia conuenitur ex quasi contractu defuncti condictione indebiti.*
5 *Rescripta non extenduntur ad personas non expressas, nisi ex dispositione iuris personæ non expressæ comprehendantur.*
6 *Vsurarius,qui extorsit usuras nomine alterius , an & quo casu teneatur ipsas restituere.*

CAP. XVII.

1 MIchael. †Repetens usuras non audiatur, nisi
restituat extortas per se, uel per aliū,
a quocūq; causam habeat h. d. Prio ponit partis
querelam . Secundo clausulam , quam stilus cu-
rię apponit in literis, quę impetrantur ad recuperādas usu
ras. Casus literalis. Michael laicus conquestus fuit dom.
Papæ,quod M.& quidam alii ciues Bononien. multa extor
serūt ab ipso,& a patre suo, cuius hæres extitit per usurariā
prauitatem.

SEB. SAP.
a Pecunię. uide Bal. nouellum in ī tract. de dote in 7.parte primi tēporis in.3. priuilegio.Pet.de Ancha.in consi.150. inci.in qōne,quæ uertitur.Alexā.in consi.41.inc.uiso themate,in.5.nolu.Pau.de. Cas.in l.insulā.§. usuras ff.soluto matri.

SEB. SAPIA.
b Et faciunt. Vide Paul.de ca.in.l.1. C.de sum.tri. & si de cath.Bal.i.l.fi. §.pterea, C de iure do.Ias.in d.l.1. in utraq; lectura, & in l. de quibus ff.de legi. & in.§. fuerat, ff. de act. Are.in.l.diuortio in prin.ff.so.ma. Paul.de Cast.in.l. Titia,ff. de sol. & Fel.in c. consultationibus, de offi. dl.practi Pa.i forma libelli,quo agitur ad dotis restitutionē,& Ale. in consi. 63. in.4. volum.
c Concludit statutum nō ualere, & ita exp̄sse ēt determināt Bal.& Pau. de Ca.in.l.1.C.de sum. tri. cōtrariū tenet idem Bal.in l.fi.§.pręterea,C. de iu.do.

SEB. SAPIA.
c Persoluatur. Ad hanc materiam, uide Alex.in cōs. c.in.1.uo. & ī cōs. 48.in.3.uol. & in con.27.in.4.uo.& in cons. 56.& in consi.133.ī.4.uol. & in cons. 74. & consi.142.& consi.156.in. 5. uolu.
d Et adde Bar. & alios in.l. insulā. §.usuras,ff.so. matri.ī.l.at q natura,§.nō tm, ff. de neg.ge.& in cons. inci.Francis.uxorem quandam nomine Thomasiā, & multum latē & diffuse Lu. Rom. consi.5c7.inci. In tā propositæ consultationis circa celeberrimorū d. consilia,&c. Pe.đ Anch.in con.138. inc.In q.quæ uertitur inter nobilem.d. & d. Alex. in consi.203.inc.

prauitatem. Vnde mandat episcopo Bononiensi, ut in cau
sa procedat, secundum quod de iure fuerit procedendum:
prouideat tamen attentius,ne in negotio procedat eodem
authoritate literarū,nisi dictus Michael restituerit,si quas
ipse aliquādo,uel pater extorsit usuras.B.No.prio ex text.
laicum posse adire Papam contra laicum pro usuris resti-
tuendis,& rescriptum impetrare.nam hoc casu iudex eccle
siasticus habet iurisdictionē inter laicos, ut in c.quia,supra
eodē,& dixi sup rub.& no.in c.cū sit gnale,de foro compe.
No.2. filiū posse exigere usuras extortas a patre,& ītellige
2 de filio hęrede,& idē ē ī quolibet hęrede extraneo.† Item
nota,qđ nō auditur repetēs usuras, nisi restituat exortas p
se & p patrē suū. Et idē puto cōsimili rōne de extortis p r
defunctū,cuius hęres iste extitit,& hoc addit iste textus ad
c.quia frustra,s.eodē,qa ibi fit mētio tātū de extortis p im
petrantem, seu repetentem: hic autem etiam de extortis p
3 patrē.† Sed dubiū ē aliquod ī clerico repetēte usuras noīe
ecclesiæ,nunquid possit excipi, q ab aliis ipse extorsit usu-
ras? & doctores] cōmuniter tenent, q non:quia agit nomi
ne ecclesię, ideo delictum suum non debet obesse ecclesię,
ut in regula,delictū,de regulis iuris,li.6. & facit c.frequēs,
in fi.de resti.spo.eodē li.Idē dicēdū in procuratore, cōsimi
li ratione,ut non possit excipi de extortis per se.Et decla-
ra huius c.materiā,prout habuisti in capitulo,quia frustra,
4 supra eodem.†In gl.fi.ibi:*sed potius ex quasi contractu ratione*
indebiti.No.gl.fin.quia facit ad decisionem multarum quæ
stionum.Primò potest inferri , quod etiam de iur. ciui.hę-
res tenetur restituere vsuras extortas per defunctū,licet de
usuris nihil peruenerit ad hęredē,qa nō cōuenitur ex deli-
cto hæredis,sed ex quasi ɔctu,& sic cessat.l.1.C. ex deli.de-
functorū.Secūdo pōt inferri cōtra opinionē Fede.ut hęres
teneatur,si nō cōfecit inuētariū pro restitutione usurarum
ultra uires hæreditarias,sicut dicim' in aliis obligatiōibus
ɔ defunctū,ut in l.scim',C.de iure delibe. de quo dixi in c.
tua,s.eodē,& in c.in literis,de rapto.Sed tunc fortiter opp.
cū glo.si nō agitur ex delicto, sed ex quasi ɔctu,qd ad eccle
siā contra laicū?Sol.licet agatur ex quasi contractu, tamen
uersatur delictū,q ē mixti fori,vt dicit gl.in capitulo,si epi
scopū.16.q.6.Et ad prædicta uide,q no.Bartolus in lege 1.
5 C.de priua.deli. † In ea gl.ibi:*quod potius credo*.cōcludit in
hoc gl. q siue in rescripto sit facta mentio de usuris extor-
tis a patre,uel defuncto,cuius hęres iste fuit,siue nō sit facta
mentio,semper potest excipi contra impetrantem, vel agē
tē,ut prius restituat usuras extortas per se,uel per alium,cu
ius hæres fuit,& hęc conclusio cōmuniter approbatur.Nec
ob.si dicatur, quod cum in literis nulla fiat mentio de pa-
tre, non potest de eius facto excipi, quia non extenduntur
ad personas non expressas,ut in capitulo.P.& G.de offi.de
leg.Sol.ista obligatio, seu prouisio non oritur ex uirtute li
terarum sed ex iuris dispositione ex quo enim iste impetra
tor siue ex persona sui, siue alterius tenetur usuras restitue
re,non debet ante alium impetrare, quam ipse restituat ex
6 tortas p se.† Et in fine gl.Nota, & tene bene menti in eo,
a q cōcludit,quod is,qui usuras extorsit noīe alterius[a],non
b tenetur[b] ad restitutionē, nec pōt cōtra eum excipi.Sed cō
trariū sensit glossa in capitulo sicut.26.di.Hosti.&.Goffre.
in eorū summis huius ti. ut refert hic Ioānes Andreas,qui
uidet eorū seq opi. cōcludunt, quod aut principalis est sol
uendo , & non tenetur iste ad restitutionem, alias secus,&
hęc opi.mihi placet,ut ex quo dedit causam delicto,teneā
tur,alio non ualente satisfacere,quod no.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi compelluntur soluere decimas de possessionibus suis , & oblationes ecclesiæ dare,de quo.infra nu. 5.ubi plene.*
Iudæi compelluntur restituere usuras quas extorserunt.
2 *Vsura qua ratione prohibeatur.*
Testis pauper non solet admitti ad testimonium ferendum.
3 *Iudæi ratione usurariæ prauitatis sortiuntur forum ecclesiasticum.*
4 *Iudæi possunt acquirere rerum dominia.*

CAP. XVIII.

1 QVanto. †Iudæi, qui extor
quent graues usu
ras a Christianis,uel de posses
sionib' decimas,uel oblatiōes
solitas percipi per ecclesias,eis non so- a
luunt, priuātur Christianorum commu
nione. Vel sic breuius Etiam Iudęi com
pellendi sunt ad restituendas usuras ex
tortas a Christianis, & ad soluendas de
cimas, & oblationes de eorū possessioni b
bus.h. d. Sunt duo dicta. secundum,ibi:
Hac eadem.Primū dictū facit tria.Primo
ponit cām statuti. Scđ ò statutū, ibi:Sy-
nodali. Tertio prouidet ɔ grauamē suspi
catum,ibi;*Principibus*. Casus lit. Quāto
amplius Christiani cōpescūt ab exactio
ne usurarū,tāto grau' Iudæi super his ī
festāt,grauiores & immoderatas extor-
quēdo ab eis usuras.vn statuit cōcilium
gnale,ut si de cętero Iudęi quacūq; oc-
casiōe graues & immoderatas Christia
nis usuras extorserint,Christianorū eis
pticipiū subtrahat,donec de tāto graua
mine satisfecerit,& si opus fuerit,Chri-
stiani p cēsu.eccl.appel.postpo.cōpellāt
ab eorū cōmerciis abstinere.pcipit īsup
cōciliū prīcipib',ut pp hoc n sint Chri- b
stianis infesti: sed poti' Iudęos cōpescāt
a tāto grauamine.In fi.dicit,qđ eadēpę
na cōpellāt Iudæi ad satisfaciēdū eccle
siis pro decimis & oblationibus debitis,
quas a Christianis đ domib'& possessio
nib' aliis pcipere cōsueuerūt anq ad Iu
dęos quocūq; titulo peruenissent,ut sic ec
2 clesiæ cōseruētur indemnes. B.† No.pri
mò unam cām, quare usura prohibetur.
nā diminuūtur facultates hominū,& sic
breui tēpore reducunt ad paupertatē,&
paupertas ē res periculosa ēt animabus
iuxta illud Salomonis:Diuitias,& paup d
tatē ne dederis mihi &c.hinc est,qđ pp
suspitionē pauper n admittit ad testimo
niū.4.quæstio.3.c.si testes§.testiū,& hāc
c rōnē [c] ēt ponit In.super rub. & uide bo.
tex.in c.1.e.ti.li.6.ibi:usurarū , quę ani-
3 mas deuorat , & facultates exhaurit.†Se
cundo no.q ratione usurarię prauitatis
etiam Iudæi sortiuntur forū ecclesiasti.
vn indirectē hic compelluntur per eccle
siam ad restitutionē,de quo dixi ī c.post
miserabilē,s.e.No.tertiū modū cōpellē
di Iudeum per ecclesiam,ut subtrahatur
ei cōmerciū Christianorū,& ad hoc pōt
excōicare Christianos contra faciētes,
& ista est maxima pœna , s. inter homi-
nes esse,& hominū carere cōmercio l.hi
qui sanctam,C.de aposta.excōmunican
tur.n.indirectē. Quarto no.ar.optimū,
qđ oblationes sunt in pcepto,& de iure
parochiali ecclesię Iudęi tenēt ipsas sol
uere, si stāt in domib' solitis habitare p
4 Christianos,de quo infra. † Vltimo no.
quod Iudęi possunt acquirere rerū do-
minia,de quo latius per Inn. in capitul.
quod super his,de uoto. In glossa.1.ibi:
a contrario sensu.Nota glossam iūcto tex
d tu, quia solet allegari,quod argumētū

Viso processu causę uertentis inter Ioannem.
Adde eundē Abba.consi. 84.

Nomine alteri'. Adde uidendum Lap. allegat. 93. ubi an ualeat testamentum taliū administratorū.
Non tenetur. Et ita propriè determinat Anc.in d.c. sicut non suo. 46. dist.& Bal.in aut. quas ob res. §. si tollat & uide hic Ant.& Car.tex. & gl.in reg. non licet, lib.6. & Bal. post Din. in. l. si mater tua, C. de usur. & quterque teneatur ad restō nē usurarum , tene expresse Bart. in.l.cum oporter, circa med. prin. C.de bon.quæ lib. Bellen.
Hanc rationem Adde Io.Pe.đ Ferra.Papien.in practica sua sup for. li.in actiōe hypothecaria in gl. in uer.sine aliqua,in 3.col. ubi enumerat 7.causas, quare usu.de iure diuino & canonico sint prohibitæ.ponit etiam rationē quare ius ciuile eas permiserit.
Quando ualeat arg.a contrario. Adde gl.in.c.1. đ æta.& qual.Io.de Imo.qui.illam gl. alle.ī.l.si ita fideiu.ff.de fideiusso. Adde, an ualeat ar.a contrario sensu.Lu.Rom. cons. 379.

ZACHAR.
Adde ultra alle. per istos An. Car se.sing.suo,in uer. argumentum, qđ est sing.1.ī nu.ubi habes, an & quando,& in quibus p cedat arg. a contrario sēsu, đ quo per Alex.cons.68. incipit. circa pręmissa,col.2.uolu. 4.& consi.7. co.si. uol.5.

a Decimas. Adde Old.consi. 91.
SEB. SAPIA.

b Nauiganti. Nouum intellectum ad hunc text. ponit Archiepi. Floren.in.3.parte suæ summæ, ti.in.c.7. uersi.22.uidelicet ꝙ intelligatur, qñ illud, quod recipit ultra sortẽ, recipitur ratione mutui tm̃. nam tunc est usura non obstante, ꝙ mutuãs suscipiat i se periculũ. Secus, si mutuans præcise reciperet rõne periculi, cui intellectui uidentur repugnare uerba tex.ibi recepturus aliqd &c. Aliũ intellectum dedit frater Angelus de Clauasio in summa sua in uerbo, usura.j.uer.38.qđ intelligitur, quando mutuans nolebat mutuare nisi cum tali pacto susceptionis, periculi, & propriè grauat debitorem in aliquid plus ex mutuo, & ideo usura est. sed si qs liberaliter mutuaret, deinde post post mutuum ad instentiam debitoris suscipit in se periculum, quod dicit assecuratio si aliquid recipit, non est usura. Ali⁹ intellectus colligitur ex uerbis eiusdem fratris Ang. in uerbo usura.1.uersi.46. ꝙ intelligatur, quando mutuũ principaliter fiebat spe habendi ultra sortem aliquid tunc enim usura, secus, ẽ si mutuum fieret liberaliter, & postea propter susceptionem periculi aliquid acceperit. De quo uide Soc. & Moder. in. l. si quis nec causam, in prin.ff. si cert. peta.

a contrario sensu nõ procedit, ubi insurgit absonus intellectus, uel alibi reperitur contrariũ & de hoc plene dico in capitulo, cũ apostolica, de his, quę fiunt a p̃la, no.Io.An.& Cal.in capitulo, publicato, de ele.uel dic & aliter ſm Hos.qđ oĩs usura solet esse grauis.vn ñ pmittit aliquo modo. In ea gl.ibi: *legitimum modum &c.* nã đ iure ciuili nõ poterãt usuræ ad libitũ exigi; sed vsq; ad certã mẽsurã, uel summã tm̃, ut habet i l.oẽs, C. de usur.& dic, ut ibi; de quo nõ ẽ hodie instãdũ, qa oĩno usuræ hodie ꝓhibent,
5 ut.s̃.eo.p totũ, &.j. eo.c.fi.† In gl fi.ibi: *res transit cum onere suo.* Põdera gl.sentit eñ tũc Iudęos cõpellẽdos ad oblationes, & decimas ꝑsonales, & p̃diales, qñ illa possessio ꝑuenta ad Iudęũ hẽat hoc onus annexum, & hanc opi. antiquitus tenuit Hos.& sequutus est Gof.& postmodum ab ea recessit, & tenuit indistin
a ctè Iudeum debere cõpelli ad decimas[a] personales, & etiam oblationes, quas ecclesia consueuit recipere a Christianis habitantibus in illa domo, ne per factũ Iudæi ecclesia patiatur detrimẽtum. nã posset sequi, quod Iudæi emerẽt ferè totam parochiam, & sic diminuerentur iura parochialia. Ego in hac diuersitate, ubi onus non esset annexum, rei satispu tarem standum consuetudini secus, ubi esset annexum rei, ut in decimis prædialibus. nam in dubio etiam omnes in fideles tenentur soluere decimas prędiales, etiam si Christiani nũquam illa prędia possederint, ut in c.de terris, & ĩ c.aliquibus, de deci.& tenet Oldra.cõsilio.25. nec ualet ibi argumentum a cõtrario sensu, tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius est etiam ille, qui recipit aliquid ultra sortem, licet suscipiat in se periculum.* 3.
Emens uel uendens rem plus, uel minus iusto prætio, an, & quando sit usurarius, 6.7.
2 *Vsura committitur etiam in modico, quod ultra sortem recipitur.*
4 *Diues debet gratis succurrere proximo pauperi ĩ suis necessitatibus.*
5 *Recipiens ex pacto aliquid ultra sortem dicitur usurarius ab usura, & unde dicitur usura.*
6 *Vsura quo ad formam contractus non committitur, nisi in contractu mutui, sed quo ad intentionem deprauatam committitur in aliis contractibus.* 8.
9 *Peccatum ubi potest esse & non esse quo ad conscientiam, debemus potius attendere, quod sit peccatum, quo ad forum uerò contentiosum secus.*
10 *Res an possit esse plus, uel minus ualitura, statur consuetudini, & etiam attenditur id, quod frequentius accidere potest.*
11 *Societas coita ut ad unum tantum spectet periculum sapit naturam usurariam, ideo non ualet.*
12 *Deponens pecuniam apud unum banchum, ut capitale sit semper saluum, & lucrum communiter diuidatur, non est usurarius.*
13 *Vsurarius an sit censendus ille, qui relicta quadam mercantia, in qua erat uerisimiliter lucraturus decem mutuauit ad preces alicuius illam pecuniã ad mercantiam præparatam cum hoc, quod id, quod ipse in ea poterat lucrari, talis mutuatarius soluat ratione interesse, & lucri cessantis?*
14 *Motuatarius si fuit in mora restituendi mutuatam pecuniam, poterit conueniri ad interesse sine metu usuræ.*
15 *Mercator uolens transportare suas merces ad alium locum, ubi carius uenduntur, & alius antè, quam mercator portet illas ad locum, offert id, quod poterat ibi carius uendere, non incurrit crimen usuræ, si talis mercator sibi uendat.*
16 *Vsura committitur, si recipitur aliquid ultra sortem, etiam quod consistat in facto, puta quod tu doceas me aliquam artem, uel uadas pro me perusium, & similia.*
17 *Doctor mutuans pecuniam scholari, ut intret secum, committit usuras, si de hoc doctor sperat aliquid lucrari.*
Molendinarij uel furnarij mutuantes ad hoc, ut ueniant ad molendinum, uel furnum suum, committunt usuram, quæ est restituenda pauperibus.
18 *Vtrum & quomodo liceat rem emere, ut carius uendatur.*
19 *Emens rem minus, quam ualeat scienter, & uenditore ignorante, non caret peccato.*
Mercimonia prohibitum est clericis exercere, si tamen indigent, possunt aliquam honestam negotiationem facere, ut emere chartas, & scribere libros, &c.
20 *Mutuas frumentum, quod ualebat tunc decem, si tempore receptionis ualet uiginti, an posit cum conscientia recipere, si plus ualet?*
21 *Vsurarius an teneatur restituere quicquid ex usuris lucratus est?*

CAP. XIX.

1 *Nauiganti.* † b Vsurarius est, qui a debitore recipit aliquid ultra sort. etiam si suscipiat in se periculum hoc dicit primo. Non est usurarius emptor rei minus iusto pretio, si tũc uerisimiliter dubitetur, an tempore solutionis plus, uel minus sit res ualitura. hoc secundò propter dubium excusatur is, qui ex eo, quod differt solutionem pretii, si vendit rem plus, quam ualeat, si non erat eam alias uenditurus, hoc tertio, & sic tria dicta esse patent. Secũdum, ibi: *Ille quoque.* Tertium ibi: *Ratione huius dubij.* Casus lit. Aliquis mutuauit certam pecunię quantitatem alicui nauiganti ultra mare, uel eunti ad nundinas, & pro eo, quod creditor recipit in se periculum pecuniæ; recipit aliquid ultra sortẽ; quæritur utrũ usurarius sit censend⁹. Et respondet Papa ꝙ sic. Secũdò ponit aliam questionem. Ecce aliquis dedit decem solidos, ut alio tempore recipiat totidem mensuras uini, olei, uel frumenti, quę tunc plus ualent. Queritur, utrum ille sit usurarius censendus; Respondet Pa. si dubium sit, utrum plus uel minus fuerint res ualituræ tempore solutionis, non debet pp hoc usurarius reputari, & iõ pp dubiũ excusat. Tertio ponitur alia qõ. Ecce aliquis uendit pannos, uinũ, granũ, uel res alias, ut amplius recipiat termino cõstituto, quã ualeãt tẽpore uẽditionis. Quærit, utrũ iste usurarius sit censendus? Respõdet Papa, qđ iste ẽt rõne dubii excusat ab usura, dummodo merces suas tẽpore cõtractus nõ fuerat alias uenditurus. B. † Not. 1. ex tex. ꝙ recipiens ex mutuo aliquid
2 ultra sortem, pacto interueniẽte, est usurarius, & not bene, qđ tex dicit, aliquid. Ex hoc infert, qđ qcqd sit illud, ꝙ recipitur, ex quo potest pecunia ęstimari, quantumcunq; modicũ sit, inducit usurã. 24.q.3.in ca.1.2.&.3.& uoluit beatus Tho. secunda secundę.q.78.ar.2.† No. secundo, quod occa
3 sione mutui non potest recipi aliquid ex pacto etiam si mutuans suscipiat in se periculum pecuniæ mutuatę, ẽt si mutuet nauigãti, uel eũti ad nũdinas, q exponũt se uariis periculis, & uadũt cã lucri. Et sic no.bñ, qđ nõ ẽ licitũ recipere etiam a mercatore, ex quo tu contrahis secum mutuum, licet ipse recipiat, ut lucret, qa posset euenire contrarium, ut ipse ꝑderet ex mercimonio, et usurari⁹ eẽt in tuto, & semp
4 lucraret. † Fortius ergo cõmittit usura, qñ mutuatur nõ uolenti exercere mercimonia, sed pro necessitate sua, quia debet quis subuenire proximo gratis in necessitate, & peccat qs nõ subueniẽdo ꝓximo ĩ necessitate cõstituto, ut not. ĩ c.
7 consuluit, s̃.eo.facit c.sicut.47.distin.& quod ibi no. † Nota quod recipiens ex pacto aliquid ultra sortem dicitur usurarius

5 cõsuluit, s̃.eo.facit.c.sicut.47.dis.& qđ ibi no.† No.qđ recipiẽs ex pacto aliqd ultra sortẽ dr usurari⁹ ab usura, & usura pt deriuari, & dici ab usuris crediti: uel fortè qa ibi rapit u-
6 sus, quia uẽdit usus pecunię, q ñ ẽ ĩ rerũ nã, cũ ex usu pecunię cõsumat dñiũ, ut dixi sup rub.† No.ex uer.ille quoq; ꝙ usurari⁹ est cẽsend⁹ ille, q emit rẽ de pñti min⁹, quã ualeat ex eo, qa differt traditionẽ rei emptæ, & soluit p̃tiũ de pñti nisi dubiũ sit, qđ plus uel min⁹ sit ualitura res tpe traditionis. & si diceres, usura nõ cõmittit nisi in ꝯctu mutui, ut in c. cõsuluit, s̃.eo.& dixi sup rub. ergo nõ dẽt hic cõmitti, cũ sit ꝯct⁹ emptitius. rñdeo, ꝙ quo ad formã ꝯctus nõ ẽ usura: sed quo ad intẽtionẽ deprauatã est usura, qa ꝑinde i⁹ fingit, ac si illã pecuniã mutuaret illi uẽditori, ut recipiat illud lucrũ qđ est ultra uerã ęstimationẽ rei. Itẽ no. ꝙ rõne dubii quis
7 excusat ĩ foro iudiciali, sed ĩ foro pnię stabit cõscię † No.ulti.ex uers.si qđ, qñ uẽdit res pl⁹, q̃ ualebat, & differt p̃tiũ rei
a ad certũ terminũ, [a] duo dẽnt cõcurrere ad hoc, ut ꝯct⁹ nõ cẽseat usurari⁹. Priò, ꝙ dubiũ sit, an tpe solonis p̃tii res sit ualitura pl⁹, uel min⁹. Scđo. ꝙ iste uẽditor nõ erat alias uenditur⁹ tpe ꝯctus. Si ergo certũ, sit ꝙ tpe solonis ñ ualebit pl⁹, uel minus, q̃ iste erat uẽditur⁹ nũc ꝓ minori p̃tio, si habuisset pecuniã in pñti, tũc ꝯct⁹ cẽsendus est usurari⁹, & hoc rõne dicta in q. p̃ce. nã fingimus emptorẽ soluisse p̃tiũ, de pñti, & uẽditorẽ sibi illud mutuasse usq; ad terminũ p̃fixũ ꝓ il
8 lo lucro, qđ est ultra uerũ p̃tiũ rei.† In gl.2.ibi. *usurarius est censendus.* No.bo.gl. ꝙ licet inter ꝑtes descriptus sit ꝯct⁹ emptiõis, & uẽditiõis, & in ueritate nõ possit repeti p̃tiũ, tñ pp
b fraudatã mẽtẽ emptor pt dici usurarius, b licet ex forma sui ꝯctus ñ appat usurarius. Ex hac gl. posset defendi libellus, ubi talis dr usurari⁹, licet Host. dubitauerit in c.in ciuitate, & c.cõsuluit.s̃.eo.& facit iste tex.in §.ille, qui uenit aduersati
9 uẽ ad p̃cedẽtia.† In ea.gl.ibi. *sunt in talib.consciæ suæ, &c.* gl. formalr nõ soluit ꝯriũ. Et iõ dic, ꝙ in dubiis qs dẽt abstinere a tali ꝯctu, ex quo ad cõsciẽtiã suã, & in foro aĩe dẽt fieri interpretatio poti⁹ ꝯ eũ, quia illa ꝑs est benignior, quæ ẽ tutior, ut hẽs gl.no. in c.unico, de scrut.in ord.fa.facit text.in c.significasti, el.2.de homi.sed in fo.cõten.interp̃tatio fit in benigniorẽ ꝑtẽ, & ita loqt tex.iste, & facit.c.cũ tu.& qđ ibi
10 no.Inn.s̃.de testi.† Sed quero, qñ pt dici certũ, ꝙ res uale-
c bit pl⁹ tpe solonis? [c] Sol.dicit Hosti. ꝙ dẽt attẽdi cõmunis opi.& cursus regionis. nã communiter minus ualet frumentum tpe messium, quã tpe palchę, & licet qnq; accidat contrariũ, tñ pp hoc nõ est recedẽdũ a dicta p̃sumptione, quia dẽt cõsiderari id, qđ frequẽter accidit. l.nã ad ea, ff. de legi. & in c.literas, de despon.impu. In glo. fi. declara hunc ulti-
11 mũ. §. prout no. fuit in c.in ciuitate, s̃.eo.† Sed extra gl. q̃ro ꝓ declaratione primæ partis.c.hic non est licitum mutuare, & aliquid recipere ultra sortẽ, ẽt si creditor suscipiat in se periculũ, quid in istis, qui quotidie contrahunt societatẽ, & unus apponit operã, & alius pecuniam. Gof.dicit realem, contractũ societatis licitũ, ex quo cõicat sibi dãna, & lucra, & de hoc uide bo.glo. q̃ solet allegari.14.q.3.c.plerięq;, q̃ dicit hunc ꝯctum societatis nõ esse licitũ, si unus uellet sentire lucrum, & ñ damnũ Host.in sum.huius ti.§. in aliquo uers. sed quid si periculum, tenet oppo.dicẽs, qđ sicut in aliis cõtractib.ex quorũ nã periculum spectat ad alterum, pt apponi pactum, ut periculum ad alium spectet, ut in c.unico, de commo.& l.1.ff.depo.ita dicendum est & in hoc cõtractu societatis, ut licet ex eius nã periculum spectet ad utrunq;, tñ ex pacto põt ad alterum duntaxat ꝑtinere. nã contractus ex conuentione legem accipiunt, ut in rła, contractus, de reg. iuris, lib.6.& ꝓ hac sua opinione adducit bonum textũ in-
d sti.pro soc.in §.de illa, [d] cum uersiculo sequenti. sed Accu. & Azo.tenuerunt oppositum, & sic concordant cum glossa allegata in lege, si non fuerit, ff.ꝓ soc.& idem Io.Cald.hic. Non ob dictũ Host.quia in aliis contractib.est nõ cõtra, sed p̃ter naturam contractus. Sed in contractu societatis cũ habeat instar cuiusdã fraternitatis. l.uerũ, ff.pro socio, est pro

priè cõtra naturã cõtractus, ut unus sol⁹ sentiat dãnũ, Nec ob.§.de illa, qa nõ dẽt intelligi ſm eũ in capitali, sed dẽt intelligi in aliis lucris, & dãnis, ut in illis ualeat pactũ, ut sentiat de lucro, sed nõ de dãno. Darẽ aliũ intellm ad illũ tex. ut loquat in recipiẽte pecuniã, & ponẽte operã tm̃, ut ex pacto possit dãnũ nõ sentire s. pecuniæ. satis est, si sentit dãnũ operũ amissarũ. nã sicut in lucro pecunia & opa ęquiparãt, ita & in dãno sentiẽdo, sđ ex ꝑte pecuniã dãtis nõ pt hoc pactũ interuenire, quia ꝓpriè est ꝯ ipsam societatẽ, qa recipiẽs pecuniã posset sentir duplex dãnũ, uc3 operũ amissarũ, & pecunię receptę, & ali⁹ nullũ dãnũ sentiret, cũ hret suã pecuniã integrã. Et scias, qđ hęc opi.
12 ẽ tutior, iõ est amplectẽda.† Sed aduerte ad unũ dictũ Io.An.de quo Io.Cal. ñ facit mẽtionẽ in c.ꝑ uestras, de dot. post di.resti.ubi sensit, qđ pecunia dotalis pt deponi apud mercatorẽ, q dẽt cauere đ pecunia ĩtegralr restituẽda, sed lucra debẽt cõpẽsari cũ dãno, & quicqd superit de lucro poterit diuidi, & sic aptissimè
e sentit, ꝙ possit apponi pactũ, ut capitale semp sit saluũ: [e] sed ur sentire, ꝙ sit spãle in dote, cũ allegat.l.1.ff.so.mat.ubi dr ꝓuidẽdũ, ut salua sit dos mulieris. Ego sẽper dubitaui de illo dicto. nam non ꝓbat iure, imo in ꝯriũ facit tex.in c.super eo, s̃.eo. nã si cõtractus in se esset usurarius & illicit⁹, talis cõtractus non posset recipere aliquã cõpẽsationẽ propter bonũ, qđ inde seqt, maxime propter bonũ charitatis & corporale, ut no.in d.c.sup eo, & no.Io.An. in regula, peccatũ, đ re.
13 iur.li.6.† Scđo q̃ro de alia qõne notabili. Quidã mercator parat⁹ erat proficisci ĩ aliã regionẽ, empturus merces, in qb⁹ uerisimiliter fuisset lucratur⁹ cẽtũ, accessit amic⁹, & rogauit eũ, vt mutuaret sibi illã pecuniã, q̃ ꝓmittebat sibi restituere ĩ termino cũ lucro sperato, nũqd ꝯct⁹ sit cẽsend⁹ usurari⁹? Inn. qđ sic, licet aliq oppositũ teneãt; qa daret mã cõmittẽdi hãc prauitatẽ usurariã. Hos.in c salubriter, s̃.eo.dicit, ꝙ iste ẽ obligatus creditori ad id, qđ uerisimiliter fuisset lucratur⁹, quasi hoc ꝑcipiat creditor rõne ĩteresse, & nõ rõne usuræ. Io. An. dicit hoc dictũ Host. ꝓcedere post morã cõmissam, sed ante morã nõ, qa ibi nullũ ẽ ĩteresse, alias usurarius posset fingere se uelle ire ad emendũ merces, vt mutuaret pecuniã
14 sub isto colore ad usuras.† No.prio & ñ tradas obliuiõi id, qđ sẽtit Io.An.ex his verbis, vt ẽt ĩ ꝯctu mutui possit peti post morã ĩtereẽ lucri uerisimiliter cessãtis, đ quo dixi ĩ c.cõquest⁹, s̃.e. Sed an a principio possit hri istã rõ, posset forte dici, qđ ubi mutuãs ducit bõa intẽtiõe, & poti⁹ mutuat, ut seruiat amico, q̃ ĩ fraudẽ, ꝙ tũc excusat a peccato, licet alia opinio
15 sit tutior.† Circa hoc dubitatur etiã de alia quæstiõe. Aliquis habet hic merces, quas intẽdit deferre ad aliã regionẽ, & uẽdere ꝓ cariori p̃tio, alius apparet hic,

a Ad certũ terminũ. Adde Ale.cõs. 72.1.lib.& 172.2.lib.

a Terminum. Adde hic Abb. in c. ad nostrã, de em. & uend. ubi dicit, ꝙ testamenta uendentium res maiori p̃tio pp dilatã solutionẽ, & minori, si incontinẽti soluatur, non ualet, & ita etiam dicit se consuluisse, quod dicit esse uerũ, si hoc faciebant publicè. & si quis uendit nunc rem pro eo p̃tio, quo nunc ualet, hoc pacto, ꝙ si plus ualebit in posterum, illud plus teneatur, tradere uẽditori, & si minus ualebit, non diminuatur, de p̃tio, quia ista dr ẽt usura, quia ꝯctus claudicat, ita dicit ar.in c.fi.14.q.3. Bellen.

b Vsurarius. Facit qđ habetur in c. illo uos, de pign, ubi ꝑ Io.de Imo. & quæ dixi pridie in cõs.quodã. An.Bar.

c Tempore solutionis. Vide latè Ale. in.l. pretia rerum ff.ad le.Falc. Bar. & alios in.l.2.ĩ fi. C.de rescin.uẽdi.

d De illa. Et ibi uide plene ꝑ Ang. & Are.de hac qõ.

e Sit saluum. Adde Lu.Ro.consi.238.

& offert idē ꝑtiū hic qđ poſſet hēre in lo
co deſtinato,nūqd liceat facere hūc ꝯctū?
Inn.qđ ſic,nā ſicut rōne tꝑis excuſat̄,qui
uēdit merces plus,q̄ ualeāt,ut hic ī fi.ita
& rōne loci.Hoſt.inclinat in ꝯriā ſniam
& mouet̄: qa nō ſine magna neceſſitate
mouet̄ ad emēdū,cū & ille ſubiiſſet labo
res ī itinere,& fortè ꝑdidiſſet aliquo ca-
ſu.Io.An.dicit,ꝙ aut ꝑtiū ſoluit̄ de pñti,
& ꝯctus eſt licit⁹:qa uult fortè deferre ad
aliū locū.Aut differt̄ ſo'o ꝑtii,& ꝓcedit
opi.Hoſt.Pōt dici qđ ēt hoc ultimo ca-
ſu,ubi ceſſaret fra⁹ adhuc ꝓcedit opi.In.
qa fortè uult deferre ad locū, ubi ſperat
mai⁹ lucrū.Itē ex quo iſte ñ erat hoc uē
16 ditur⁹,ꝑ iſto ꝑtio,ſatis cōpēſat̄.† Vlt.hic
q̄ro,dr̄ hic,ꝙ nō eſt licitū aliqd recipere
ultra ſortē ex pacto, qd ſi recipiat̄ aliqđ
ſeruitiū uerbale,uel facti,puta mutuo ti-
bi decē,ut inſtruas me, uel filiū meū, uel
ut ītercedas ꝓ me apud deū,uel ut uadas
ꝓ me Romā?Ray.& Gof. ī eorū ſummis
h⁹ ti. quos ſeqt̄ Cal.cōcludit,qđ ñ eſt li-
citū:ſed hoc intelligēdū eſt,qñ illud,qđ
recipit̄ ē pecunia æſtimabile,ut ſ.dixi ſm
Tho. nā nulla incremēta recipi dēnt ex
mutuo,q̄cūq; ſint,& qualiacūq;.14.qō.3.
17 c.1.2.& 3.† Et ex his infert̄ ad qō.doctor
a mutuat pecuniā ſcholari, a ut intret ſecū
& alias nō erat mutuatur⁹,nec ſcholaris
intratur⁹,uel mutuauit uni,ut ueniat ad
moledinū,uel ad furnū ſuū.Io.Cal.dicit
ꝙ ſi iſte mutuās recipit aliqđ cōmodum
pecunia æſtimabile,ꝙ ꝯmittit̄ uſura.exē
plū ī doctore,q ex cōcurſu ſcholariū effi
cit̄ magis famoſus, & hēt maiores cās ꝑ-
manib.uel ex hoc ampliat̄ ſibi ſalariū,&
ita ī dño molēdini, qa plurimi ꝑp hoc
cōcurrūt. nā uerè ex mutuo iſti recipiūt
aliqd ultra ſortē,iō tenēt ad reſtōnē,ſđ
cā dare dēnt pauperib.qa ab illis,qb.mu
tuauerūt, nō extorſerāt iſtā pecuniā, &
ad hāc cōcluſionē dēnt reduci gl.iuris ci
uilis,una eſt in l.1.ff.de of.pte.ur. Alia in
l.2.ff.de calū.& ſenſerūt, qđ cōmitteret̄
ſimonia, b qđ nō eſt uerū: qa ſcholaris ñ
b uēdit doctrinā doctori: imo doctor in-
ſtruit ſcholarē,& ad hoc mutuat pecuniā
ſed cōmittit uſurā ſm diſtinctionē ꝑdi-
ctā.† Vlteri⁹ q̄rit̄,nūqd ſit licitū rē eme-
18 re,ut cari⁹ uēdat̄?& cōcludit p⁹ Cald. hic
Inn.ī c.1.ne cle.uel mo.ꝙ aut qs emit rē
hic,ut eā integrā uēdat,& principal'r īdu
cit̄ ſub ſpe lucri,& nō licet,ꝓ hoc bo.tex.
in c.eiiciēs 88.di.& ī c. qñ.14. q. 4. Aut
hēt intētionē mutādi in aliā formā, ut
qa emit lanā,& inde facit pānū, uel uult
deferre rē integrā ad aliū locū, & tūc eſt
licitū,licet inducat̄ ſpe lucri, qa hic pōit
labores,& induſtriā ſuā iuxta illud dñi-
cū.In ſudore uult⁹ ſui ueſceris pane tuo,
& ꝓbat̄ ī d.c.eiiciēs,& c.qm̄.Sđ tꝑe pnię
dēt qs abſtinere a mercemoniis, de pe.
di.5.qualitas. Aut nō inducit̄ principal'r ſpe lucri, ſed emit
frumētū,ut abūdaret cū familia ſua,uel ne ciuitas tractu tē-
poris pateret̄ penuriā,qa alii exhibēt frumētū, & tūc licet
alio tꝑe uēdat cari⁹,q̄ emit,nō peccat argumētū opti.hic u-
bi qs pt uēdere merces pl⁹,q̄ ualeāt,qñ dubitat̄,an tꝑe ſo'o
19 nis ſint ualiturę pl⁹,uel nō euitare pctm̄,q ſciēter emit rem
min⁹,q̄ ualeat ſaltē,ignorāte uēditore,qa ur̄ decipe proxi-
mū,& ſic limita illud, qđ licitū ſit ꝯhētib. ſe decipe uſq; ad
dimidiā iuſti ꝑtii,ut ꝓcedat,qñ re ipſa interuenit deceptio,
c nō ex ꝓpoſito. c clericis aūt nō eſt licitū aliquo caſu exer-
cere huiōi mercimonia,ad hoc.c.negotiatorē clericū 88.di
ſtin.uide qđ no.in c.1.ne cle.uel mo.Si tñ indigeret, licitè
poſſet exercere aliqđ op⁹,ut puta emere chartas, ſcribere li
20 bros,& vide qđ no.gl.14.q.4.c.canonū.& c.1,de cel.miſa.†
d Vlteri⁹,mutuaui d tibi certā ſpēm,puta frumētū, qđ tꝑe ꝯ-
ct⁹ ualebat tres Florenos.nūc tꝑe ſatiſfactionis ualet ſex,nū
qd ſalua cōſcia poſſim hoc frumētū ꝑtioſi⁹ recipe?Et cōclu
de,qđ aut duct⁹ bona intētione tibi mutuaui,& tūc licet ua
riet̄ ꝑtiū,poſſum ſalua cōſcia recipe,& tu teneris reddere.nā
mutuaui frumētū,iō dēo recipe ēt frumētū e eiuſdē boni-
e tatis intrinſecę.l.cū qđ.ff.ſi cer pet.nā ſic potuiſſet uileſce-
re eius ꝑtiū,ſec⁹,ſi habuiſſē ītētionē deprauatā,qa mutuaui
21 frumētū antiquū,ut ſic poſtea hērem nouū,& ſic in meliori
pretio,& de hoc ꝑ Hug.& Arch.44.qō.4.c.ſi qs cleric⁹.†
Vlt.poſſet q̄ri,nūqd qs teneat̄ reſtituere uſuras,& qcquid lu
crat⁹ eſt ex illis.an uſuras dūtaxat?de hac qō.uiđ,qđ no.Io.
An.in c.q̄q̄,e.ti.li.6.& cōcluſio ur̄,ꝙ aut lucratus eſt ꝑ uſu-
rariā prauitatē rē germinātē & ꝓducētē fructū,puta uineā
& tenet̄ totū reſtituere;qa hoc immediate ꝓcedit ex uſura
ria prauitate,aut recipit pecuniā, & nō tenet̄ reſtituere niſi
pecuniā,quia reliquū ꝓceſſit ex operib ſuis,& ex induſtria.
nā pecunia lucrata ex uſura nō eſt apta ad producendū ali-
quē fructū,uñ lucrum attribuit̄ poti⁹ perſonæ quā pecunię.
Et dic,ut plenius no.in præall.loco per doct.

De crimine falſi. Rubr.

Quia inter cętera præcepta legis diuinæ cōtinetur,nō furtū facies, nō falſum teſtimonium dices,& ſ.uiſum eſt de furto,itē de uſura, quæ eſt quædam ſpecies furti. Et ideò competenti ordine innectit de crimine falſi.De materia habetur in decretis in c.memoriā. 19. diſt.& 11.q.3.c.quiſquis.4.q.3.cap.ſi teſtes.§.qui falſo.

SVMMARIVM.

1 *Falſum committit teſtis non ſolum,ſi dicit mendacium, ſed etiam ſi ueritatē occultat, ſi ſuper ea fuit interrogatus, uel iurauit dicere ueritatem in tota cauſa.3.4.*
Teſtis falſus lædit deum,iudicem,& partem.
2 *Delinquens,ſi ex eodem delicto lædit plures perſonas, debet omnibus ſatiſfacere.*
4 *Veritatem tacere regulariter non eſt peccatum, niſi adducatur in teſtem, uel ex officio teneatur ipſam dicere.*
5 *Teſtis committens falſum,poteſt puniri extraordinariè per iudicem, durante cauſa,ſuper qua commiſit falſum;cauſa uerò finita poteſt ordinariè formando contra eum proceſſum,& iſta pœna ordinaria non tollitur ex eo, qđ fuit extraordinariè puni ut.*
6 *Teſtis,qui depoſuit falſum,punitur pœna falſi,licet eius teſtimonium non habuerit effectum.*
8 *Sententia lata per falſas probationes an teneat, & uſque ad quantum tempus poteſt retractari?*
9 *Teſtis falſum deponens, poteſt puniri per ordinarium, & an per delegatum.*
10 *Clericus deponens falſum,deponitur,& detruditur in monaſterium.*
11 *Teſtis,ſi recipit pecuniam,ut non dicat teſtimonium,punitur pęna falſi,idem ſi capit pecuniam,ut dicat uerum.*

CAP.

a ZACHA. Doctor mutuat pecuniā ſcholari.adde de iſta qō.Ant. Corſe.ſin.ſuis in uer.doctor,qđ incipit.Pro ſolutione,qđ ſin. retuli & ſecutus ſum in apoſt.ad iſtū.ſ.in rub.eo.tit.nume.4. ut intret ſecum,alias non intracturus.

b Simonia.Et adde,qđ dicit Inn.in c.tuā,de æta.& qual.qđ ſi donatarius, uel qui alia ſeruitia recipit,ꝓcurat in Romana curia bñficia pro donāte,& ſe liberet ab illa obligatiōe antidorali cōmittit ſimoniā, & eſt ſimoniacus, & ibi exclamat præſertim cōtra cardinales procurantes bñficia ꝓ ſeruitorib. & familiarib. ſuis.qa cōmittunt ſimoniā, & refert & ſequitur Ange. in l.ſed, & ſi lege §.cōſuluit,ff.đ peti.hæredi.

SEB. SAP.

b Simonia.uide pulchrè,& copioſè ꝑ Deci.in cōſil.111. per totum.

c Nō ex propoſito. Et iō dicit gl.in l.ſemp in cōtractib. ff.de re.iu.ꝙ quanuis licitū ſit cōtra hētib. ſe decipere tñ hoc nō cōuenit bono uiro.

d Mutuaui. uide ad hāc mām Alex. in cōſi.75.incip. diligenter inſpecto in 2.col.in 2.uol.ubi tāgit, an ſit licit⁹ cōtractus uendere frumētū hoc pacto ꝙ detur ꝑtiū quanti ualebit in mēſe Maij, & nūquid ſi do pecuniā, ut reddas qnq; ꝓ cētenario,ſit uſura. uide Sozi.tenētē, ꝙ nō in l.2.in prin. ff.ſi cer.peta.Sed cōtrariū concludit Ab. in cōſi.114.incip. in qōne mouenda in 2.uol. & in cō. 74.incipi.ur̄, in 1. uol.Are. in conſi. 152.incip.uiſo themate.

e Frumentum. Vide Io.de Imo.conſil. 25.ubi q̄rit, quidā mutuauit frumentum cum pacto,qđ debitor teneatur illud reddere. qñ creditori placuerit,conſuluit.ꝙ eſt uſura,alleg.qđ uoluit Io.Cal. ibi uide omnino. Andr. Barb.

CAP. I.

a 1 FAlſidicus. a † Teſtis falſidicus tres lędit Deū
iudicē,& partē,& falſus eſt nō ſo-
lū,qui mendacium dicit,ſed etiam qui ueritatē oc-
cultat.h.d.Secunda pars,ibi:*uterque*.Caſus li.Teſtis, qui fal
ſum teſtimonium dicit,tribus perſonis eſt obnoxius. Pri-
mum Deo,cuius pręſentiam contemnit, Iudici, quem men
tiendo fallit. Poſtremò innocenti,quem falſo teſtimonio
lędit.Item ille,qui ueritatem occultat, reus eſt,& q menda
cium dicit,primus nō uult ꝓdeſſe: ſcđus nocere deſiderat.
2 B.† No.1.ex tex.ꝙ ex eodē delicto pt quis lædere plures ꝑ-
ſonas,& omnib.tenet̄ ad ſatiſfactionē,facit qđ leg.& no.in
l.nūq̄,ff.de priua.delic.& in c.parochianos,de ſen.excom.†
3 No.2.ꝙ teſtis dicitur falſus,& tenet̄ de falſo nō ſolū b qñ
b dicit mēdacium, ſed etiam qñ occultauit ueritatē c & hoc
c intellige,qñ īterrogatus ſuper certo articu. dicit ſe nihil ſci
re:uel qñ iurauit dicere puram,uel meram ueritatē,& mul-
ta ſubticuit,ut in c.cum dilecti,ſ.de accu.ſecus aūt,ubi non
iuraſſet,uel nō fuiſſet interrogatus,ut in ꝑall. l. nunquā, ff.
de priua.delic.tūc.n.non tenet̄,ſi non dixit ueritatē,quia te
ſtis nō dēt eſſe uerboſus.ſatis.n.eſt, ꝙ reſpondeat ad inter-
rogata.† Tertio no.ꝙ quis peccat,& tenet̄ ceſſando ueritā-
4 tem;qđ intellige ſm Inno.qñ aſſumpſit officiū teſtificādi,
uel alias tenetur ex offō dicere ueritatē,uel cum alias ueri-
tas haberi nō poteſt, alias autem tacere ueritatem non eſt
pctm̄.22.q.2.c.ne quis arbitretur. Vltimo poteſt colligi ita
pręſumendum ꝯ eum,qui nocuit,ſicut ꝯ eum,qui potuit ꝓ
deſſe,& noluit.† In gl.2.hæc gl.tria intendit,& primo,ꝙ te
5 ſtis falſus puniri poteſt dupliciter. primò extraordinariè
d cā durante.ſcđo ordinariè pœna falſi cā pręfinita. d Et de-
clara hunc articulum latius,ꝙ aut cā nō eſt finita,aut eſt fi-
nita. primo caſu pōt puniri per ipſum iudicem,nō inchoan
do ꝯ ipſum proceſſum de nouo,extraordinariè,ſecundū, ꝙ
ſibi uidebit̄.Sed iſta punitio non tollit punitionē ordina-
riam,q̄ poterit fieri per legem Cor.de fal.ut no. Cy. in le.
nullū,C.de teſti.& Spe.in ti.de teſt.§.1.uer.ſed nūquid ꝑ pę
nā.& uide gl.in c.presbyteri.5.q.fi.& ꝑal.c.ne quis arbitre-
tur.Finita uero cā non poteſt amplius puniri,quam ordina
riè:quia cùm iſta pœna ueniat acceſſorie ad cām principalē
& ꝑ ſententiam finitum ſit officium iudicis,tollitur hæc po
teſtas,quę ueniebat acceſſorie.l.4.C.depoſi.& c.cū appella
tionib.de app.li.6.ſed nunc poterit puniri,& accuſari dum
6 taxat.l.Corn.de falſis.† Et ſi quęrat̄,q̄ pęna ſit imponenda
falſo teſti.Concludo,ꝙ aut agit̄ ciuiliter,aut criminaliter.
primo caſu tenet̄ ad ſatiſfactionem inquantum lęſit. l. qui
nomine,ff.de fal.& ar.hic poterit etiam poſtea accuſari cri
minaliter,ut ſ.dixi.& cū agit̄ criminal'r eſt differentia in-
ter liberū & ſeruū.nā liber deportatur,& eius bona publicā
tur.Seruus uerò punit̄ ultimo ſupplicio,de quo in l.1.§.fi.ff.
eo. Sed ſi executio facta in cā criminali nō pōt retractari,
e tūc punit̄ teſtis pęna taliōis e l.1.§.1.ff.ad l.Cor.de fal.& ſe
cundū ꝑdicta intelligo no.2.q.3.in ſum & 34.q.5.c.hęc ima
go,& in c.ad falſariorū,ĩ.eo.† In ea.gl.ibi: *& ſi conatus non
habuit effectum*.Not.bñ gl.qđ teſtis poteſt puniri de falſo,li-
cet teſtimoniū ſuū nō habuerit effectū, puta qa ex aliquo
alio facto non ualuit, uel qa aduerſarius melius ꝓbauit, &
ſic iudex nō fuit ſecut⁹ dictū h⁹ falſi.Rō eſt, quia per hoc nō
releuat̄,qa cōmiſerit falſum.Et intellige hoc dictū, qñ dixi
falſum in forma teſtimonii,licet ex aliquo actu,uel facto in
trinſeco nō ualuerit dictū ei⁹ ſecus aūt,ubi nō dixiſſet i for-
ma teſtimonii,ut qa ſolum corā notario, nō ꝑcedēte māda
to iudicis.nā tūc nō pt dici falſus teſtis.Et de hoc arti.dic
ut plenius no.ꝑ Io.An.in rl'a,nō eſt ſine culpa,de reg.iu. li.
6.in Mer.& ꝑ Bar.in l.ſi qs legatū,ff.de fal.& in fi.gl. † De
hac mā an,& qñ teneat ſnia lata per falſas ꝓbationes,& uſ-
q; ad quantū tꝑs retractari pt,dic ut plene no.in c.licet, de
proba.& per Ioan.Andr.in capitulo,cum uenerabilis de ex-
cep.per Bar. in l.diuus,ff.de re iudi.& l.qui agnitis,ff.đ ex-
cep.In gl.in uer.lędit,in fi.Intellige glo.
9 ꝓut.ſ.dixi in ꝑce.gl.† Sed hic q̄rit̄,qs eſt
cōpetens iudex ad puniēdū teſtes falſos?
Sol.aut eſt iudex hēns merū, & mixtum
imperiū,& nō eſt dubiū talē poſſe puni-
re teſtē ordinarie,& extraordinarie,ut ſ. di a
xi:aut iudex hēns iuriſdōnē in ciuili tm̄
& tūc qdā dñt,ut no.in l.diuus,ff.đ fal.ꝙ
dēt remittere eū puniēdū ad iudicē pro-
priū.Sed opi.uerior ur̄,ut poſſit eū puni-
re extraordinarie,pro hoc tex.in l.nullū,ꝑ- b
alle.& ſentit Spe.in ti.de teſte.§.1.uerſi.
ſed nūqd iudex,& hęc ꝓcedūt in ordina
rio.delegat⁹ uerò ñ punit,ſed remittit eū
puniēdū ad ordinarium.Sed Inn.in c.pe.
ĩ.de pęnis,al'r ſentit.Spe.in tit. de teſte.
§.1.uer.ſed quid de delegato,& ibi Ioan.
An.diſtinguit inter delegatū a principe,
& inferioris,ut prim⁹ poſſit punire exor
dinarie.ar.in aut.de exhibē.re.§.1. & fa-
cit.c.1.& c.de cauſis,de offi.dele. Scđs āt
dēt remitere ad extraordinariū,ut ī aut.
de teſti.§.ſi uerò ignoti.† Itē q̄ro, qual'r
punietur teſtis cleric⁹,qui falſum teſtimo
niū dixit?Sol.uide bo.tex.in c.ſi eps.l.di.
nam dēt deponi & detrudi in monaſte-
rium ad agēdū pniam,pro hoc facit.c.cū
nō ab homine,de iudi.& c.tuæ, ĩ. de pœ-
nis.† Vltimo q̄ro,quid ſi teſtis recepit pe
cuniā,ut nō diceret teſtimoniū,uel ut di-
cat uerum teſtimonium?dic, ꝙ tenet̄ pę-
na falſi,ut in l.1.ff.eo.ubi per Bart.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per falſas literas non debet executioni mandari.*
2 *Merus executor ſententiarum poteſt admittere exceptionem nullitatis oppoſitam contra ſententiam, ne mandetur executioni.*
3 *Suſpectus de falſo poteſt detineri, & capi, donec conſtet de ueritate.*
4 *Sententia lata per falſas literas nunquam poterit mandari executioni ſine temporis præfinitione.*
5 *Sententia cum falſo procuratore nunquam mandatur executioni.*
6 *Sententia lata ex falſis probationibus poteſt intra certa tempora retractari,de quibus uide remiſſiuè.*

CAP. II.

1 SVper eo. † Snia lata ꝑ falſas lr̄as nō dēt
executioni mandari.h.d. Prīo c
cōmēdat eū,cui ſcribit, de ꝑte
rito.Scđo inſtruit eū de futuro,ibi: *man-
dantes*.Caſus litera.Quędā ſnia fuit lata
authoritate falſarū lr̄arum:ille, pro quo
lata fuit,impetrauit executionē faciendā
ꝑ Epm̄ vigorien.ille citatis partib. ut ſen
tentiā executioni mandaret,oppoſitum
fuit corā illo,ꝙ ſententia illa lata eſſet ꝑ d
falſas literas. Epiſcopus literis uiſis no-
luit eā executioni mādare,cum eſſent fal
ſę.Cōſuluit Pa. & ipſe cōmendat ipſum,
ꝙ noluerit ſniam illam latā per falſas li-
teras mandare executioni, pręcipiens e
ei,ut quoties aliqua ſcripta ſub nomi-
ne Papę redarguenda uiderit, nullam

SEB. SAP.

a Falſidicus. uide Feli. declarantem & limitantē in c. ſicut,col. 4. uerſi. non obſtat.c.1. ſ. de re iudi.

b Nō ſolum eſt falſus teſtis,q falſum deponit, ſed etiā ille,qui uerū ſupprimit.Et eſt ualde not. ſecundum Bal.in l.pſbiteri, C.đ epi.& cle. idē Bal.in l. ubi exigitur,in §.dolo,ff.đ edē.ꝙ omittendo cōmitatur falſum a teſte,& tabellione,ſicut falſum exprimēdo. idem dicit Bar.in auth.de teſti.per gl.ibi.de quo dicit hr̄i, i l. 2.in aut.pſbyteri, C.de epiſ.& cleri. unū no. pro defenſione iſtorū ruſticorū deponentiū falſum,ꝙ ruſticus deponēs falſum teſtimoniū ñ dēt puniri de falſo, niſi appareat,ꝙ ex malignitate falſum, depoſuiſſet, qa ꝑſumitur potius ex ſimplicitate dixiſſe, & ꝓpterea dēt multum iudex aduertere,ita no.Ange.in §.& licet,in auth.de teſti.in 3, col.hr̄ ꝑ Io.An.in c.cū Io.eremita,đ fi.inſt. & hoc ꝓcedit in iſtis ruſticis quadratis, & ſimplicib.ſecus aūt in ruſticis ſagacib. Nam qdā ſunt ſagaces ſm gl.in le. athletæ,in §.de ruſticis,ff.de execu.tuto.

SEB. SAP.

Veritatem. Vide multa congeſta ꝑ Ia.in l.pręſcriptione,in 2.no.C.in cōtra ius,uł uti pub. ꝑ Feli.in c.2.ſ. de teſti.cog.uer. utrū autem teſtis.

SEB. SAP.

Præfinita.uide Ia. in l.1.§.q mandatum,col.2.ff.de offi.eius, cui ma. eſt iur.Deci.in c. ꝑterea,ſ.de offi.dele. Pęna talionis,adde Bal.in l.preſbyteri,C. de epiſco. & cler.in 2. colū.

ubi subiungit no. q eadē pena punitur ptās cōpellens testē ad dicēdū falsum,quod ē no.ſm eū, alleg. Bart.ita tenere in l.1.§.i.ff.ad l.Cor. de fica. Subiungit ēt, q ptās nō admittens defensionem iuris, perinde punitur,ac si ñ admitteret defensionē ueræ innocētiæ,& est not. ſm eū.quid aūt in co qui,ut ueritas occultetur,non uult compatere,qualr puniat,uide Bald. in.l.presbiteri,in 4.co.C. de epis. & cle.ubi dicit,q punietur criminalr pena criminis stellionatus,& ciuilr parti tenetur, uel reipub.per actionem de dolo.

a Cum falso pcuratore. Adde, quod ēt post talis sniæ executionē potest snia declarari nulla &retractari executio. Ita multū uotabiliter voluit Inn.i c. ex insinuatiōe, in sua glo.in uer.snia,s.d pcu. & qd hic dicit,d pcuratore, intellige d procuratore actoris, nō rei, ut no.Ange in l.si tutor, ff.i q.cau.i integr. resti.

b Pœnā corporalē, uide Bald. & quæ ibi not. in l.de pecorib9, C.ad legē Aql.Andr.Barba.

c No.contra platos ita extenuātes uitam clericis carceratis ut faciāt eos expirare &c. Adde quod no.idem Abba.in c.cū non ab hoīe,de iudi.& uide,quod no.ibi do.Anto .in.4.co. & uide eundem Abb. in cap.a nobis,d apost. & adde.d.Ant.in c.qualiter & quādo, el. 2.de accu. in ante pe.colu.& plus dicit sing. Io.An.de Imol.in cle. 1.de pen..& re. in fi.q officiales deputātes clericos tali carceri sunt irregulares, si inde sequatur mors , & idem quod dom.

eis fidē adhibeat nec obseruet,q p ipsas
mādat:sed eū,q psentauerit illas,detine
2 ri faciat diligēter.B.†No. 1. q mer9 exe
cutor pōt admittere exceptionē nullita
tis ad effectū differēdi executionē,& re
ferendi eā ipsi supiori, de qua mā plene
no.ī c.olī,d re.iud.& c.pastoralis,ī.§.p-
3 terea,& se.d offi.del. †Itē no.q suspect9
de falsitate pt capi & dtineri,donec rep
ta fuerit ueritas,de quo in c.ī memoriā.
4 19.di.†In gl.ibi,*sine temporis præfinitione.*
Tene ppetuo mēti gl. & multū allegat,
q snia lata p falsas lras delegatorias pt
retractari sine pfinitiōe tēporis. Idē ē ī
a snīa lata cū falso pcuratore,[a]ut ī c.ī no-
stra,d pcur.sec9,ubi iudex habebat alias
iurisdōnē,sd pbatiōes fuerūt falsę, quia
tūc ad agēdū d falsitate tpa sunt limita-
ta,de quibus per Io.An.in c.cū uenerabi
lis,de except.In gl.2.ibi,*de cætero,&* ple
ne de materia per Bar.in l.a diuo pio,ff.
de re iud.& in d.c. pastoralis.

magis terreāt, & dicūt doctores hic,& bñ,q ista pę.ñ ē rlr
īfligēda p ecclesiā qa piculosa:sd ē spālc ī odiū maleficii &
idē sentit gl.hic.Tertia pęna ē exiliū.Et sic no.q ecclia hēt
3 pęnā exilii,cōcor.c.fi.s.de calū.† Et ex hoc no.q Eps pt cle
ricū cōpellere ad abiurādā dięcesim suam,ut nunq amplius
illā ītret,sed dēt exulare. Et de multiplici specie pęnarū ui
4 de p Inn.ī c.qualiter & qñ.2 . de accu.†Scdo no.q iudex ec
d clesiasticus nō dēt imponere pęnā corporalē[d],ex qua pos-
sit uerisimiliter seq pęna mortis,& ē iste tex.no.ꝯ aliquos
e platos,[e]q clericos mācipāt in durissimo carcere diminuen
tes eis adeo cibum & potum,ut in breui tempore cogantur
expirare.nam certe tales prelati non euadunt pęnam irre-
Eccleſia. †Non ſolum electio per ſortes fieri nõ dẽt, ſed ẽt electiones cõpromiſſariorũ p ſortes aſſumi nõ dẽnt h.d. In prima poni tur electio. In ſecunda electionis proſecutio, examinatio, & reprehẽſio. In tertia gratioſa cõfirmatio, & ſortis prohibitio. Secunda, ibi: *Procuratorib.* Tertia, ibi: *electionem.* Caſus lit. Vacante Lucana eccleſia canonici conueniẽtes in unũ de futura paſtoris electione tractaturi, elegerũt vnũ ex ſe p ſorte, qui uice capituli tres elegit electores, p quos uice oĩum ꝓuideret eccleſiæ de paſtore, quorum duo ex illis tertiũ ex ſe magiſtrũ. R. ſ. elegerunt, quod expreſſe licebat eiſdẽ, q̃a ſub hac forma eis data fuerat eligẽdi ptãs ut ex ſe uel ex aliis eligere poſſent. Electionẽ iſtã p nũtios ſuos p̃ſentauerũt dño Papæ petẽtes eã cõfirmari. Dñs Papa examinato tali proceſſu digno multa reprehẽſione pro eo q̃ ſors in talib. interuenit, electionem celebratã de p̃dicto magiſtro ad gratiã confirmationis admiſit, ſortis uſum in electionibus perpetua prohibitione condẽnãs. B. †No. 1. ex tex. ibi: *conuenientes i unũ &* c. argm̃, q̃ actus pertinentes ad collegiũ debẽt expediri collegiaſr, & p cõgregatos in unũ. De quo uide qđ not. p gl. in c. 1. de reb. eccle. nõ alie. li. 6. & latius dico in c. cũ oẽs, de cõſti. †Scd̃o no. q̃ ſors c nullo caſu p̃t interuenire in tractatu electionis, & rõ eſt, quia p̃t aſſumi indignus, cũ ſors poſſit ſup eũ cadere. Itẽ per ſortẽ tentatur Deus, quia uolunt facientes ſortẽ, q̃ Deus inuiſibiliter reuelet meliorẽ. nã dẽnt ipſi, ex quo p̃t, eligere meliorem, & non tentare Deum, in eligendo, & promouendo. Et intelligo hoc ſm doct. in electione ad officia eccleſiaſtica, ſecus autẽ inter laicos. uel inter clericos quo ad tpalia, quia hic uſus ſortis nõ reperitur in illis prohibitus, ex quo tm̃ ſubiiciunt ſe fortunæ, & ita in multis locis faciunt laici eligentes officiales p ballotas, ſeu breuia, qđ no. melius tñ puto abſtinendũ, quia militãt rõnes ſuperius allegatæ. † In gl. 1. in fi. Cõiter tenetur opi. ꝓria, q̃, ẽt data ſimpl̃r, p̃t eligere unũ ex ſe; de quo dic, ut plene no. in c. cũ in iure, de electio. & in regula, in toto, de reg. iur. lib 6. in Mercu. ubi ponitur qõ notabilis, Nũquid ſi in uniuerſitate ſint tm̃ duo, poſſit unus eligere aliũ? †In gl. in uer. *ad gratiam*, in fin. No. gl. q̃ electio debet caſſari, uel potius eſt nulla, qñ ſors in ea interuenit. nã eſt facta p̃ diſpoſitionem iuris, & p̃ formã c. q̃a pp, ſ. de ele. ubi datur forma electioni fiendę. †In gl. ſi in fi. Et quare ꝓhibeẽ ſors in electionibus, ſ. tetigi. In aliis aũt dicit Io. An. ſm legiſtas, q̃ aut factum eſt incertum, aut ius. Primo caſu in iudicio non admittitur ſors, ſed dicenti incumbit onus probandi, ut. l. ei qui, ff. de probõ. & 6. q. ult. c. actor. Si uero ius eſt incertum, ſed factum certum, & tunc aut tractatur de prẽiudicio alterius, q̃ contendentium, & tunc ad petitionem illius iudex facere poterit fieri ſortẽ, arg. in l. hmõi. ſ. fi. ff. de leg. 1. ut quia duo ſucceſſerunt in locum legatarii, & unus uult intentare unã actionem, & alius aliam pro eadem re, aut tractatur de præiudicio contendẽtium, & ſi uolunt fortunam iudicem diſcordię eligere, non compelluntur, ſed duo ſe impediunt, ut. l. 2. ff. quib. modis uſusfructus amittatur. Sed ad petitionem alterius iudex compellit ad ſortem, ut. l. ſi & ambo, & l. ſi duobus, alleg. in gl. Et de hac mã uide gl. in. l. 1. C. uti. poſſid. & ca. licet. ſ. de probat. & iſta procedunt in iudicialibus, ſed in extraiudicialibus ſors non eſt prohibita. Conſulerem tamen abſtinendum

1 Verum admittantur plures ſimul ad accuſandũ aliquẽ. Et de hoc ui de p gl. in uer. accuſatores, in c. ſi primis. 2.q.1. Quid autem e cõtra, utrũ unus poſſit accuſare plures i eo. libel. uide gl. in c. prohibẽtur, in uer. q̃ſtũ. 2.q.1. & p gl. in uer. libelli, in c. Maximianus. 81.di. Et adde, q̃ his & ſimilibus cuilibet ẽ licitũ accuſare plures. Vide Bart. in l. 1. §. accuſatorem, ff. ad Turp. & in l. hos accuſare, ff. de ac. Item uide Bar. in l. nihil intereſt, ff. de adulte. Item de q. hic poſita per glo. ui de Inn. in c. olim, in uer. idoneos, de acc. & q̃ plures ad mittãtur ad accuſandum, eſt tex. in c. euphemium. 2. q. 3. quem ad hoc ibi põderat Arch. qui etiam dicit, q̃ Goffre. hic, & i c. cum dilecti, circa prin. de do. & contu. itelligit text. il lius. c. Euphemiũ, q̃ ibi unus tantũ erat accuſator ſed alii erant inſligẽtes, qui inciderãt in Turpillianũ ſicũt accuſator, ſi i calumnia ꝺprehẽdatur. Et q̃ poſſit ſimul de pluribus criminib9 accuſari, tenet Arch. i c. lator, circa princ. 16.q.5. & alleg. c. placuit. 3.q. 10. & c. ſi quis. 2. q.6. & idem tenet glo. 3. q.10. in ſum. quod Archi. in d.c. placuit, circa pri. Itẽ uide Archi. in ca. Epiphanium. 5.q. 6. ubi dicit, quod ſi plures uellent accuſare, tamẽ nõ dẽnt admitti, niſi ſe inſcribãt. Et an poſſit ſimul ꝓmouere, inquiſitionẽ contra unũ, uide late per d. Mari. i repe. c. qualiter & quãdo, in. 11 q.6. q. prin. de accu. & an poſſit quis cõtra plures i eo. libello agere, uide tex. in c. literę, de di. & ultra ibi no. uide per Ang. in l. ſi idem cũ eodẽ, in prin. ff. de iu. om. iud. uide tex. in l. ſi quis cũ procuratore. §. 1. & ibi põderat Barto. ff. de procu. in authẽ. & in corp. uñ ſumiẽ, C. de duo. re. & p Bart. in l. 3. §. pe. ff. de duo. re. in l. ſi plurib9 in prin. ff. de lc. 2. ubi concludũt q̃ ſic ſi agatur ex ea cauſa, ſ. ſecus, ſi ex diuerſis, ut l. ad officiũ, q̃ ibi põderat Bal. C. cõi diu. & l. hos accuſare. §. 1. & ibi no. ff. de accu. de quo uide pulchre p Spe. in ti. de libel. cõcep. §. fi. uer. ſed põe cũ duob9 ſeq. & p Bart. in l. inter liberas. §. fi. ff. de adul. p Cy. & Bal. in l. q̃is, C. ſi cer. peta. p Bal. in l. edita, in repe. Peruſina, in. 2 5. col. C. de eden. & in l. ab eo, in. 3. col. C. quo. & quãdo iu. & per Ange. in l. 1. §. fin. ff. ſi pars hæpe. & per do. in c. 1. uel. 2. ꝺ libe. ob. & de illo ar. an in una accuſatiõe de crimine alius admittatur ad accuſandum de eodem crimine, uide per Spe. in ti. de accuſato. §. i. in. i colũ. uer. item q̃ nõ poteſt quis, & uer. ſe. & i ea. col. uer. ſed an i eo libello poteſt quis. De illo autem art an quis poſſit plures i eo. libello accuſar̃, uide per Spec. in d. ti. ꝺ accuſato. §. 1. circa princ. & ibi omnino late Io. An. i addi. & an liceat in eo. libello ſimiliter accuſare maſculũ & fœminã, q̃ ſimiliter ꝺlĩquunt, tex. eſt in l. reos, C. ꝺ adul. ſed ſecus in crimine i ceſtus, tex. eſt in l. qui pupillam. §. 1. ff. de adul. & in l. ui paſſam. §. inceſti, eo. tit. in crimine tamẽ adulterii licet ſimiliter accuſare illũ, q̃ p buit domum, tex. in l. nihil. §. fin. ff. de adulte.
ZACHARI.
Inimici accuſati Adde iſtum in c. 1. & quod ibi no taui in apoſtil. ad ipſum in uerſi. inimici, ſ. de iudi. & Alex. in l. 3. ubi ui de omnino, ff. de teſt.
SEB. SAPIA.
Publicam. quod multa admittunt̃ parte nõ opponẽte quæ alias nõ admitterentur, uide cumulata i c. iter monaſterium col. 16. de re iudic. & i c. paſtoralis, co. pe. & ult. ſ. de except.
SEB. SAPIA.
Ad denuntiandum. Hanc differẽtiam inter accuſãtes & denũtiantes ponit gl. in c. quoties. j. ꝺ purga. cano. ſed cõtrarium tenet Abba. & alii in c. 1. ſ. ꝺ accuſa.

nendum per ea, quę no. in c. 1. ſ. eo in gl. niſi neceſſitas aliud inducat.

De colluſione detegenda, Rubrica.

Quia in colluſione ineſt falſitas, ideo ſubiicitur hæc rubrica de colluſione &c. De materia rubricę reſpectu, quo colludens præuaricatur, habetur. 2.q.3. in c. ſi quem. §. fi facit tex. b in c. 2. in fi. de procura. li. 6. & in cle. conſtitutionem. §. ſane, de electio. Et colluſio eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuẽtio, ut uoluit gl. in c. 3. infra eo. in uerſi. colluſione, & uide gl. 2.q.3.c. ſi quem. §. notandum eſt, dicitur colludẽs falſum committere, quia aliud agit, & aliud ſimulat.

SVMMARIVM.
1 *Accuſator ſi deſiſtat ab accuſatione, debet Iudex perquirere, an fecerit per colluſionem.*
Accuſator ſi ab accuſatione deſiſtat, poteſt & debet Iudex ex officio ſuo ſuper crimine inquirere.
2 *Accuſatores criminaliter efficiuntur inimici accuſati.*
3 *Accuſatores plures ſuper eodem crimine, an & quando debeant admitti.*
4 *Eleemoſina data ad pompam, potius demeretur, quã meretur.*
Miſſa ſi audiatur, ut facilius quis poſſit fœminas uidere potius eſt peccatum, quam meritum.
5 *Lites quibus modis quis poſſit renuntiare, & quando non.*
Agere quibus caſibus quis compellatur.
6 *Tranſactio non poteſt interuenire in cauſis ſpiritualibus, uel popularibus, intellige ut infra c. audiuimus, in. 1. nota.*
7 *Tranſactio poteſt interuenire in cauſis, ubi uenit d imponenda pœna ſanguinis, præterquam in adulterio.*
8 *Tranſactio in quibus cauſis criminalibus admitta tur.*
9 *Pœna ſanguinis an imponatur de iure canonico?*
Tranſactio quid operetur in cauſis criminalibus.
Dans pecuniam, ne accuſetur, non cenſetur fateri crimen.

CAP. I.

Cripta. † Si accuſator ab accuſatione deſiſtat, debet iudex inquirere, an p colluſionem hoc faciat. Ita ſummatur cõmuniter. Sed ego ſic ſummarem uidelicet. Accuſatore deſiſtente ab accuſatione, poteſt iudex ex officio ſuo iquirere ſuper crimine illato; quod intellige, ut infra ſubiiciam. Primo ponit factum. Secundo decidit quæſtionẽ circa factum, ibi: *quia*. Caſus lit. Quidã accuſauerunt Adrianum Epiſcopum: tã dem accuſatores cum eodem in amicitiam conuenerunt deſiſtendo ab accuſatione: ſignificatum fuit domino Papæ, quod per colluſionem deſiſterent ab accuſatione. Vnde Papa ſcribit Epiſcopis de Corinth. ſuper hoc, dicens quod qualitas facinoris nũtiati ipſũ inducit, ut talia diſſimulare nõ dẽat, p̃ſertim cũ gratiã inter ſe feciſſe. dicanſ. Vñ mãdat hoc diligẽter iqri, ne fortè hmõi cõcordia ñ ex charitate, ſed ex p̃mio ſit comparata.
2 Bcr. †No. 1. ex tex. quod plures accuſatores, a ſeu denũtiatores p̃nt admitti cõtra aliquẽ, & dic meliꝰ, vt infra dicã in gl. 1. Secundò no. quòd per ſordes, ſeu prętiũ non eſt licitum deſiſtere ab accuſatione; quod intellige, vt infra ſubiiciam. Itẽ nota, qđ accuſatores criminaliter i dubio fiunt̃ inimici accuſati; b facit tex. i c. cum P. ſ. de accuſa. & ſtatĩ cũ deſiſtũt, reuertũtur i amicitiã, vt hic dicit text. Et dicitur accuſatio, id eſt illaudabilis intẽtio, ut i c. ſi q̃s Epiſcopus 2.q.7. & Iudex ex officio ſuo dẽt inquirere de modo deſiſtendi, ſcilicet an ſit licitꝰ, uel nõ. † In gloſſa prima in fi. No. gl. & dic latius, quod aut intereſt omniũ accuſatorũ ęquè principaliter; & tũc oẽs admittũt ad accuſandũ, ut l. 3. §. ſi plures, ff. de ſepul. uio. q̃ſq; enim debet admitti ad proſequendũ ius ſuum proprium. Aut proſequuntur uindictã publicam; c & tũc iudex debet eligere idoneiorẽ, ut in l. ſi plures, ff. de accu. ſed ſi non excipitur, nec iudex eligit, & tunc valet iudicium cum omnibus agitatum, ut uoluit iſta gl. & bene; no. in. d. l. ſi plures, & hoc colligitur intelligẽdo tex. in accuſatoribus: ſed poteſt intelligi in denuntiatoribus, & pro hoc tex. ibi, *nuntiati facinoris*, & tunc argu. glo. non colligitur: ſed poteſt colligi, quod plures admittuntur ad denuntiandum, d licet non ad accuſandum: æquum tamen eſſet etiã in proſequenda denuntiatione eligere unum propter faciliorem expeditionem b cauſæ, argu. in c. olim, de accu. & de pluribus procuratoribus uide text. in c. ſi duo, de procuratoribus, libro ſexto, & c. penul. de electione, eodem libro ſexto. †In gl. 2. in fi. no. bene gl. quia quotidie allegatur, & pro hac gl. optimè facit tex. iuncta gloſſ. in c. uide quantum. 1.q.1. ubi dicitur, quod dans eleemoſinam, uel ſuſtinẽs martyrium ad pompam peccat; ita, quod non meretur, ſed demeretur, quod bene not. ad idem facit tex. cum gloſſ. in c. odi & proieci. 24. q.1. ubi gl. arguit cõtra ſcholares, qui uadũt ad eccleſias, nõ ut audiant miſſas & diuina: ſed vt uideãt dominas, & facit c. relegantes, uigeſima tertia quæſtio. quinta. In gl. in uer. *feciſſe gratiã*. Not. glo. & maxime no. etiam in quantum dicit, quod ſecundum ius canonicum omne crimen cenſetur quaſi publicum, & idem no. 2. quæſtio. 3. i c. ſi quem. §. ult. ubi eſt etiam bona glo. de hac materia, & forte ideo cenſetur quaſi publicum: quia ius publicum non ſolum intendit, prouidere hominibus, ut ſit concordia inter eos, ſed etiam ut

ZACHAR.

a Cauſa matrimoniali. Adde ꝺ hoc q.ſ.an poſsit fieri tranſactio ſup cā matrimoniali,Ludo. Rom. in ſing. ſuo 620. inci. tu audiſti, ubi dicit poſſe tranſigi, qñ ꝑ illam tranſactionē inducitur ualiditas matrimonii alias nō, pro quo alleg. caſum ſing. in c.fin.ſ.de trāſ.

b Eſt popularis ui de Bar.in diſputatione incip.Iudex maleficiorum,ubi allegat iſtū text. ſed Pe. de Anc.ponit in c.ſe.Andre. Barba.

c An in criminali cā liceat tranſigere.Et adde glo.in c.ꝓuaricator.2.q.3.in gl. mag. in c.1.de iura caſū. Itē adde hic,qđ not. Anc.& Ioa. An.in c.1.de accu.in.6. ubi dicunt de ep̄o ꝗ dedit pecuniā, ne accuſaretur de crimine, ꝙ licitè hoc potuit facere ante litē motam, itē in illo ar.vtrū liceat tranſigere in crīali, uide Lu. Ro.in ſuis ſing.ic. ęro,an liceat tranſigere, & uide gl.ī l.1.C.de pœ. iudi. qui ma.iudi.& an ſi ex ſtatuto pro pęna corporali īponiť pęna pecuniaria,poſsit iteruenire tranſactio uide Albe.in.2.parte.ſta.q.226. Item uide Arch.in §.in oib.cauſis.c.ſi quē 2.q.3.ubi dicit,ꝙ cū in foro eccl'iæ nō hēat locū pœna ſanguinis,non pōt ſm canones ī crīalib.tranſactio fieri,ſed gratuita pactio,& uide qđ de hoc no.Archi. ī c.ſtudēdū.90.di. qa illud idē,qđ dicit Arch.in d.§.in oibus repetit ipſe Arch.in c. primates.5.q.2. itē uide oīno q̄ ꝺ hoc multū late ſcribit Immol.in c.proxi.& B.Th.in 2.2.q.69. ar.2.& tex.& Bar. & Bal.& ibi oēs legiſtas latisſimè in l.tranſigere, C. de tranſ.& Spe. in ti. de accu.§.1.6.co.

eos dirigat ad Deum, & in puniēdo delictum hēt principal'r reſpectum ad deū,
5 ut ī c.nouit,de iud.†Et ꝑ intellectu materiæ huius gl. cōcludendo aliqua breuiter,qa materia eēt ſatis lōga ꝑmitte,qđ multis modis pt qs a lite recedere.Prio ꝓpria authoritate, ſiue ꝓprio motu:qa ſic ſibi placet ſcđò ꝑ gratiā,ut qa ad ꝑces rei vult recedeř a lite.Tertio ꝑ trāſactionē, ut qa recedit a lite aliquo ſibi dato, uel retēto. nā iſta ē ꝓpriè trāſactio, ut ī c.ſup eo, de trāſactio,ut ī c. ſup eo,ꝺ trāſact.Quartò ꝑ abolitionē,uidelicet impetrādo a iudice facultatē recedēdi & vt accuſatio aboleať & ꝺleať, & cācelleť ex aliqua cā, qa ꝑ errorē,uel calore iracundiæ eum accuſauit,uel ex aliqua cā legitima,ut l.2.C.de aboli.vide tex.cū gl.2.q.3.in c. ſi quē pœnituerit. Et ex his ꝑmiſſis dic,qđ aut q̄riť nunqd liceat recedere à lite ī cā ciuili, aut criminali.Primo caſu ante oblatū libellū licitū eſt regulariter recedere ēt motu ꝓprio.Itē ꝑ gratiā & tranſactionem, quia nemo inuitus cōpelliť agere,C.vt nemo inuitus in rubro & nigro,& no.in c.cauſam,de dolo & cōtu.quādoq; tamē ratione infamię, quia uel reº uult recedere de ciuitate,actor cōpelliť agere,vt ī l.diffamari,C.ꝺ īge.manu.& c.cōquerēte,ſm unā lect. de offi.ordi.& ꝙ no.gl.in l. 1. C. ut nemo inuitus. Poſt oblatū uero libellū, & fortius poſt conteſtationem litis non licet recedere ab ea propria authoritate,imo compellitur agere,ut ī d.c.cām,& in authen.qui ſemel,C.quomodo & qñ iudi.niſi vellet renūtiare liti,& cauſę in totum,vt l.poſt quam liti, C. de pact. ſed per gratiam & trāſactionē licitº ē receſſus,niſi ſit actio famoſa,ut actio furti,vt ī l.furti,alle.ī gl. niſi ſit talis cā, q̄ non dependeat a libera voluntate litigantiū & ſub hoc membro poteſt comprehendi cauſa matrimonia-
a lis.a † Itē alia cā ſpiritualis, in qua non
6 pt interuenire tranſactio ſtrictè ſumpta ut in c. ſuper eo,ꝑall.Item ſi cauſa eſt po-
b pularis b. nō enim licet tranſigere niſi de ferēdo iuramētū,ut in l.eum qui,in.§.in popularibus, ff.de iureiu.Secundo membro principali, quādo cauſa eſt crimina-
c lis:c & tūc aut agitur ꝺ crimine ciuiliter & dicēdū,ut.ſ.dixi in cauſa mere ciuili, aut agiť de crimine criminaliter & tunc aut uult deſiſtere añ inchoatā litē,ut puta añ,quā ſe īſcripſerit ad pœnam talionis,& pt,ut ī c.licet,ꝺ accuſatio,& ī l.qſitū,& ꝙ ibi plene no.ff.ad Turp. Aut vult deſiſtere poſt īchoatā litē,& aut motu ꝓprio,& ñ pt, & deſiſtēs īcidit ī Turpillianū,& pœna Turpilliāi ē:qa puniť ī quīq; libris auri,& efficiť īfamis, & pt proprio motu & arbitrio iudicis coerceri, ut ī l.3.ff.de ꝓuarica.& in l.2.C. ad Turpil.Si uero crimē ē priuatū,& tūc nō puniť pœna Turpilliani,ſcđ arbitrio iudicis, ut ī l. ſi qs repetere,ff.ad Turpil.& sētit hic gl. qđ ñ efficiať īfamis.Sed aliud sētit gl.ī d.c. ſi quē pęnituerit, & facit tex.ī d.l.2.C.

ad Turpil. q̄ loqť indiſtinctè, & q̄ dicāť priuata delicta,& q̄ publica,vide ī Spe.ꝺ
7 acc.§.2.ī prin.†Aut uult deſiſtere ꝑ trāſactionē, Et tūc aduerte ad duas regulas q̄ ī hac mā tradūť in l.trāſigere,C.de trāſact.Prima rl'a affirmatiua eſt, ꝙ ubicunque uenit imponenda pęna ſanguinis,licitū ē trāſigere. Fallit in crimine adulterii.Rō regulę ē,qa licitū ē quocūq; modo redimeř ſanguinē ſuū, & rō exceptionis ē frequētia delicti,& in odiū eius,vnde uť adulteriū ꝓhibeať & ne ita frequēter cōtingat, fuit ſancitū,ut ñ liceat ſup eo trāſigere Scđa rl'a ē,ꝙ ī omni cauſa, ubi nō venit īponēda pęna ſanguinis,nō ē licitū trāſigere. Fallit in crimine falſi. Rō rl'æ ē,ne crimina remaneāt īpunita. nā publicę utilitatis ē,ut crimina puniātur,ut ī c.ut famę,de ſen.exc.Ratio exceptiōis ē,qa ꝯdēnatº de falſo ē quaſi mortuus, cū multi hoīes deteſtentur hoc crimē, & nulla fides iſti amplius adhibeť. vñ tenēt multi,quos ſequitur Bar.in d.l. trāſigere, ꝙ in crimine falſi pt indiſtictè trāſigi, q̄cūq; pęna ueniat imponēda ꝑ-
8 dicta rōne.†Et ꝑ hoc inferť ad q.de iure canonico nunquid īponať pęna ſanguinis:ſed habemº aliquas pęnas quaſi ſimiles,ſqñ uidelicet pt tradi curię ſeculari, & tūc ſatis crederē ꝙ admittať trāſactio ꝙ uř ſentire Gof.ī ſum.de trāſ. Idē putarem,ubi uenit īponēda pęna ꝑpetuę detruſiōis,licet ꝯriū ſenſerit hic d.An.Sed primū tenet d. Card.ī d.c. ſi.de trāſa.Et hoc dictū ſatis mihi placet, ꝑ no.ꝑ Inn. in c.qualiter & qñ, el.2.de accu.ubi dicit, ꝙ iſta pęna ęqparať mortuo. Itē qa ſicut ī crimine falſi licitū ē trāſigere hac rōne,vt dixi ergo & ī iſta pęna,quę uidetur grauior. Et circa hoc pōt quęri, qđ ī criminibº priuati, nūqd admittať trāſactio indiſtīcte, & credo gl.hic ſenſiſſe ꝙ ſic,dū dicit,ꝙ ꝺ iure canonico oē crimē cēſeť quaſi publicū, iō nō licet ꝑ trāſactionē recedere &c. quaſi innuat,ꝙ ī priuatis licet trāſigere, & fuit iſta quorūdā opi.no.ī d.l.trāſigere.Sđ gl.ibi & Bar.& cōiter alii tenēt oppoſitū, ut ēt in priuatis delictis ñ liceat trāſigere, niſi ſm re-
9 gulas prędictas.† Quid autem operatur tranſactio,ubi licita eſt, breuiter dic,qđ reſpectu rei operať, ut ab iſto actore nō poſſit ampliº moleſtari. Itē finitur inſtātia,ſed nō ꝑcludiť aliis facultas accuſandi eūdē de eodem delicto, nec etiam iudici,quominº poſſit ex offō ſuo inqrere, ſup noua tamen inſtātia, & hoc in caſibus,in qbº iudex pt ex officio ſuo inquirere,ita concludit Bar.in d.l.tranſigere. Ex quo infero, ꝙ de iure canonico poſt tranſactionē in caſu licito factā non pt iudex inquirere de illo crimine, niſi ꝑcedat infamia.Ex parte accuſatoris operať trāſactio, qa nō puniť pęna talionis,nec efficitur infamis ſm quoſdā, ſed bene incidit in Turpillianū,vnde dēt in 5.libris auri puniri, ſi publicum eſt delictum,uel extraordinariè,ſi priuatū,ut not.Bar.in d.l.tranſigere.

uer. itē reperitur accuſator, ſi iam trāſegit,tex. in.l. crimen adulterii, C.de adulte.

Adde an ualeat tranſactio in criminali,de iure ca Pau.ꝺ Ca.cō.119. in.1. impresſis.

Pro hoc facit in ſi.gl.in.l.2. qui teſta.fac.poſ.

Tu dicas, ꝙ imo ibi nō æquiparat hanc pęnā morti, ſed pęnæ dānationis in metallū,q̄ñ eſt pœna mortis, ſed bñ genus pęnę capitalis. unde ꝑ ſaluando dicto & opi. d.Car. & do. Abb.hic, dicas ꝙ doc.ſ.relati,dum dicūt ꝙ pęna ſanguinis,rectius dicerent pęnā capitalē, pro hoc ponderat tex.in.d.l.trāſigere,C.de tranſ. dum dicit crimen capitale,& ſic dicendo ſaluať opi. prædicta d. Card. relata ad theoricā Inn.in d.c. qualiter,el.2.de accu.

Adde pro æquiparatione pęnarū Pe.de Anc.conſil. 157.

d.l.trāſigere. Item reus non habetur pro confeſſo. Sed ubi alias trāſactio non eſſet permiſſa, hř pro confeſſo, ut in.l. qm̄,& l.furti.§.pactus.ff.de his,qui not. infa.Item hoc caſu poſſet iudex procedere ſup inſtātia inchoata,& punire reū l.2.C.de aboli.Sunt & alii effectus,de qb.not.in d.l.trāſigere.Aut uult diſcedere a lite ꝑ pactum,ſeu gratiā, & non licet trāſigere, & tñ hoc caſu reus paciſcēs nō hř pro cōfeſſo, ut in d.§.pactus. Aut uult recedere impetrata abſolutione, & poteſt ut in d.l.2.C.de aboli. Et ꝑ hoc patet clare & ſuccinctè materia huius glo.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator ſi deſiſtat ab accuſatione, an poſſit iudex ex officio inquirere, ſiue delicta ſint probata, ſiue non, ſiue ſit finita inſtantia, ſiue non.*

CAP. II.

a b 1 CRimina. a Deſiſtente accuſatore & accuſato iudex proſequiť b h.d.non patiť cōgruam diuiſionem.†Not.1.ex text. ꝙ rl'r de iure canonico receſſus a lite ꝑ grām, ſeu tranſactionē non impedit inquiſitionem per iudicē fiendā. Sed tu intellige hoc.c.ſm mām,quā tetigi in c.præcedenti. Vñ Hoſt.ponebat duplicē intellectū ad hoc c.Primum,ut intelligať litera,qñ crīa erant probata, & tūc dēt tex. exponi, *ſemel audita*,i.probata,& ibi:*indiſcuſſa*,i.īpunita, ut ſit ſenſus, ꝙ poſt,q̄ crīa ſunt probata,iudex pt procedere ad punitionē,licet accuſator deſiſtat,quod not.pro hoc facit tex.in.l. q̄uis,C.de adult.Secūdus intell's,ut litera intelligatur propriè, qñ accuſator deſiſtit añ ꝓbata delicta, & tunc pt iudex inquirere ex offō,qđ intelligo,ſi fama ſubeſt.Sed tu dic melius,& latius,ut dixi in c.precedenti.nā,ubi nō eſt licita trāſactio, ſi accuſator recedit a lite, pt iudex procedere ad ulteriora,ēt ſuper illa inſtantia,quantuncunque non ꝑcedat infamia,qa aut interuenit tranſactio, & reus hř pro confeſſo,ut.in l.furti §.pactus ff.de his,qui no.infa. Aut nō interuenit trāſactio,ſed gratuita pactio,uel propria authoritate accuſator recedit a lite inchoata, & tunc ſuper eadē inſtantia iudex procedere poteſt, ut l.2. C. de aboli.& dic, ut dixi in c.precedenti.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ſi efficiatur cenſuale per colluſionem fraudulenter factam, clericus priuatur ipſo beneficio.*

CAP. III.

1 AVdiuimus. † Beneficio ſuo priuatur, q ꝑ colluſionem illud conſtituit cenſuale h.d.Vel generalius,& ſic colludens in cā bñficiali priuari beneficio dēt h. d. Primo refert colluſionē.Scđo illum priuari mandat,ibi:*Vnde*.Caſus lit. Quidam clerici ſuper beneficiis,quæ poſſident ſe ꝑmittunt & ſuſtinent ab aliis moleſtari.& poſtmodū ut qōni cedant, & illi qetè poſſideant,quaſi noīe tranſactionis ſoluūt aliis de ipſis beneficiis annuā penſionē,ut poſt mortē eorū in beneficiis illis, ſup qbus facta eſt colluſio, ius ibi ualeāt uendicare.Peruenit hoc ad notitiā dñi papę.Vñ mādat diœceſano ep̄o, quatenus ſi cōſtiterit ei clericos ſuę iuriſdōnis per colluſionē fraudē hmōi cōmiſiſſe,eos bñficiis illis, ſup qbus colluſum eſt,nō differat ſpoliare,cū ſatis eēt indignū ſi fraus,& dolus,quæ in præiudicium ſui iuris,& aliorū nituntur cōmittere,in eorū incōmodum & iacturā non redūdarent. B.Not.1.ex text.ar.a ꝯrio, ꝙ ſup bñficiis licita eſt tranſactio,ubi ceſſat colluſio,ſed dic,ꝙ iſtud argm̄ a ꝯrio ñ eſt uerū,quia habemus ius expreſſum in ꝯrium, ut ī c.ſuper eo.de trāſac.vnde conclude, ꝙ iſta tranſactio non ualebat, ēt ſi colluſio ceſſaſſet,niſi iudex ex offō ſuo feciſſet iſtā trāſactionē,& cōpoſitionē,ut eſt bo.tex.in c.niſi eſſent, de ꝑb.
2 †Secundò not.pęnam colludentium ſuper bñficiis, quādo per colluſionē uolunt transferre beneficia in alium modo illicito. Debent enim priuari huiuſmodi beneficiis.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator per colluſionem ſi deſiſtat ab accuſatione, non impedit facultatem iterum accuſandi. 3.4.*

2 *Inquiſitio contra prælatum non debet fieri, niſi præcedente infamia ſcandaloſa aut periculoſa.6.*

3 *Abſolutus legitime per uiam inquiſitionis, non debet amplius ſuper dictis criminibus impeti,licet remaneat aliqualis infamia, ſecus ſi fuerit abſolutus per colluſionem. 1.4.*

5 *Teſtium examinatio, uel inquiſitio an poſſit alteri committi?*

7 *Actiones plures,ſiue pœnales,ſiue perſecutoriæ,ſi competunt,an ſi una intentatur,cenſeatur alteri renunciatum?*

Cumulatio diuerſarum actionum, una prius intentata,an fieri poſſit?

CAP. IIII.

c 1 INtantum. c † Iterū cōtra,illum inquiritur ꝺ crimine, qui per colluſionem fuit abſolutº, uel ſic. Abſolutio de criminibus illatis per colluſionē facta nō impedit facultatē iterū accuſandi & inquirendi de illis criminibus.h.d. Diuidiť. Nā primo ponit commiſſā īqſitionē relatā colluſionē & ipſiº exitū.Scđo pōit,bimēbrē cōmiſſionem. Scđa,ibi: *Diſcretioni*. Caſus lit.Archieꝑs Archerōtinº ſup ſimonia & aliis criminibº ītātū fuerat īfamatº, ꝙ ſine ſcādalo & periculo nō poterat ipm̄ ulterius diſſimulare.Vñ papa multorū clamoribºexcitatº horū īqſitionē cōmiſit, ſed ꝑꝑ tergiuerſationes ipſiº& calliditates cū ipſis īqſitoribº & examinatoribº(ut dicebať) colluſionē fecerat, & teſtes duxerat corrūpēdos,ita,ꝙ nō ſolū ꝑdicti exceſſus remāſerūt hactenº īcorrecti,uerū ēt peiora prioribº cōmittere ñ expauit.Vñ mādauit pa.qbuſdā,quatenºſi ꝺ hmōi colluſiōe ac corruptiōe cōſtiterit,ex ītegro ſuꝑ primis exceſſibº& aliis,alioqn ſup nouis dūtaxat īqrāt,q̄ uiderint inqrēda. B.
2 †No.1.ex text.qualis dēt eſſe infamia ad hoc,ut fiat īqſitio ꝯ ꝑlatū,dēt.n.eē ſcandaloſa,uel ꝑiculoſa,& idē uult tex. in c. qualiter,el.2.ꝺ acc.& declara, ut ibi di-
3 xi.†Scđo no.ꝙ abſolutºlegitimè ꝑ uiā īqſitiōis ñ dēt ampliº ſup eiſdē criminibº īpeti,qđ no.ꝑ extēſiōe c.ꝺ his,ſ.ꝺ accu.& uř optimè ꝓbare iſta lra,ꝙ licet ꝑ abſolutionē īfamia nō ſileat, nō ē tamē licitū de nouo inquirere,quod no.& intellige niſi ꝑ colluſionē fuerit abſolutº.
4 †No.3.ꝙ ſnīa lata ꝑ colluſionē, i.ꝑ fraudulosā cōuētionē nō tollit facultatē iterū accuſandi & īqrēdi ꝺ illis criminibº, perimit tñ iſtātiā.Nā ꝑꝑ hoc caſu mādat
5 itegre ꝓcedi.†Vltīo.pt colligi,ibi: *corruptis examinatoribus*,ꝙ īqſitio pt cōmitti, & examinatio teſtiū,ꝺ quo tñ dicēdū,ut no.ī auť.apud eloquētiſſimū,C.ꝺ ſi.iſtr.
6 & dic ut dixi ī c.cū cām, ꝺ teſti.† In gl.ī uerſi.*ſcandalo*,ibi:*quæ ſcandalum generat*. hoc ē uerū in inquiſitione fiēda cōtra ꝑlatū tātū,ſed cōtra ſubditū nō reqriť talis infamia,ſcādaloſa.ſufficit.n.ſola infamia.Et rō diuerſitatis poniť in c. qualiter,allegato in glo.& dic,ut ibi diciť per me.In gl.fi.in fi. hanc materiā plene expediui in c.de his,de accu.& dic,ut ibi di-
7 xi.†Extra gl.Inn. poſuit hic illam materiam, quando alicui competunt plures

a Crimina. Vide Bal.in.l. athletas, §.fi.ff.ꝺ his q no. infa.& Bar.in.l.q. reus,in fi.ff.de pu. iudi.

ZACHARI.

b Iudex proſequitur. Tu dic idē eē ſi in totum nō deſiſtat, ſed differat tm̄,ita not.Inn.in c. cum oporteat, ſ.de accuſ.Bal.in ſua marg.in uerſi. iudex.uer.15.& ī. l.ſi accuſator,C.ꝺ acc.& ī auť. ꝺ ſen. epiſ.§.fi. qđ limita,ut per Ale.ī.l.ſi na.de accu.ut procedat in caſib. in quibus iudex pōt inquirere, uel qñ accuſatus eſt in carcere,ut l. 1. de cuſto.reo.

c Pro intellectu hº decr.Vide oino, q̄ ſcribit d.An.& d. Archi.in c. ſi quē pęnituerit.2.q. 3. & qđ no. ēt Arch. in §.ī oib.cauſis.

a actiões,a nūq d vna ītētata tollatur alia; & solet multū allegari, & uere extracta fuit hęc gl.Inn.ex dictis Accursii,īstit.si qua.pau.fe.di. & clarius & ordinati⁹ loquiт ibi Accur.q̃ hic Inn.Io.An.remittit ad no.p se ī c.cū dilect⁹, đ reli.do.sđ ibi nihil dicit đ suo:sed refert tm̃ istam gl.Inn.hic. Vñ dic clari⁹ p⁹ gl.allegatā, ꝙ aut cōpetūt alicui plures actiões pœnales,aut rei psecutorię: aut una est pœnalis alia rei psecutoria. Primo casu,cū oēs sunt pęnales,aut oēs oriūт ex eodē delicto: & tūc una tollit aliā p pceptione,ñ p ɔcursum,nisi ī id,ꝙ aliā excedit. tūc.n.ī id,ꝙexcedit,ñ tolliт:pōe exēplū. Aliqs p uiolētiā subtraxit mihi librū. Ex hoc delicto cōpetūt mihi duæ actiones pęnales ɔ̄ istū. Prīo actio furti:qa ɔtrectauit rem meam me inuito,& si furtū ē occultū,cōpetit actio ī duplū.Item qa uiolētiā ītulit,cōpetit actio,ui bo.rapt.& ista daт ī quadruplū;Et sic ex eodē facto cōpetūt mihi ɔ̄ illū duę actiōes pęnales, si ergo pri⁹ ītētaui actionē furti, & cōsequuт⁹ sū pœnam dupli,posū postea agere actiōe ui bo. rap.vt cōsequar vsq;ad quadruplū,&īquātū excedit aliā sec⁹ aūt,si prius ītētassē actionē, ui bo. rap.& fuissē cōsequuт⁹ quadruplū: quia tūc nō agā actione furti,qa illa excedit istā,đ hoc ē tex.ī l.1.ff. ui bo.rapt.Si uero oēs actiōes pœnales surgunt ex delictis diuersis, tūc vna ñ tolliт p aliā ēt pceptā,ut ī l.nūq̃,ff.đ priu.delic.Exēplū; Surripuisti mihi seruū & ocidisti,qa surripuisti,cōpetit mihi actio furti,qa occidisti,mihi cōpetit alia actio. Vñ licet ī tētaueri unā actionē, & pcæperi duplū, uel quadruplū,ñ tolliт alia actio,& hoc quo ad primū. Scđo casu,qñ sunt rei psecutoriæ,aut cōpetūt ɔ̄ eūdē,& tūc vna tolliт p aliā pceptione, & ñ p cōcursū, ut ī l.si merces.§.culpæ,ff.locati.Exemplū Locaui Titio possessionē meā, ipse verò īcidit multas arbores , & sic dedit mihi damnū, tūc multæ actiōes ad cōsequēdū ęstimationē dāni cōpetūt mihi ɔ̄ eū.nā posū ageт actiōe locati, qa male uersat⁹ ē ī re locata.Itē actiōe leg.Aquilię,q̃ daт p dāno dato ɔ̄ quēlibet extraneū,ut.ff.ad l.Aql.p totū,& ēt aliæ ɔsimiles ɔpetūt,vt ī d.§.culpę. Si ergo pri⁹ ītētaui actionē locati,& cōsequuт⁹ sum ęstimationē dāni.ñ posū postea ītētare actionē l.Aq. qa iā pcepi æstimationē dāni p unā actionē. Si uerò cōpetūt ɔ̄ diuersos, & tūc una ñ tolliт p aliā ēt pceptione,ut ī l.locū.§.cōdēnatio,ff.de tab.exhi.ut si ɔ̄ subtrahētē tabulas testamēti egi ad dānū,& cōsequutus sū ęstimationē,posū nihilomin⁹ postea agere p legato mihi facto.In tertio membro qñ una ē pœnalis,& alia rei psecutoria,aut ē pœnalis originaliter & tunc una ñ tolliт p aliā ēt pceptiōe.Exēplū. Subtraxisti mihi librū furtiuè , & egi ɔ̄ te rei uēdicatiōe psequēdo ipam rem, licet eā sim consequutus ; nihilominus possum postea agere actione furti, & sic ad pœnam,& idem ecōuerso,ut est tex. in l.si pignore.§.cum furti,ff.de fur.Fallit,quando una actio esset ex iure ciuili,alia ex beneficio p̄toris.Exemplum . Contra nautam competunt mihi plures actiones pro rebus meis ibi subtractis . Primo actio furti, quę est de iure ciuili. Alia actio nau.cau.stabu.quæ fuit indulta ex beneficio prætoris, hoc casu una tollitur per aliā, vt l.3.& l.licet,ff.nau.cau.stabu.nec ob.c.constitutus, de in integ.resti.ubi nedum successiuè, imo simul fuit intentata restitutio in integ.quæ ē de iure speciali ex iudicis officio. Nam secundum Inn. ibi non competebant simul illæ actiones.Imo propter dubium intētauit illas alternatiuè.Si uero pœnalis est accidentaliter, & non originaliter,tunc una tollitur per aliam.Exemplum : Contra auferētem mihi rē per metum competit mihi actio,quod me.cau.quæ accidentaliter est pœnalis,& etiam competit rei vendicatio,tunc si ego intentaui unam,& consequutus sum rem, non possum intentare aliam l. metum.§.licet, ff. quod me.cau.

De delictis puerorum, Rubrica.

SUMMARIUM.

1 *Pueri dicuntur usque ad annum.14. in masculo,in fœmina usque ad.12.aliquando tamen sumitur usque ad annos.17. & .18.*

Supra uisum est de quibusdam delictis. *Verū* qa dubitatur,an ī talibus puerilis ætas implicetur, merito annectitur hęc rub.De materia habetur.15.q.1.per totum,&.4.q.2.c.1.&.23.q.5.c.paruuli,cum
2 duobus ca.sequenti. † Sed quæro pro declaratione rubricæ qui dicantur pueri.Solu.ſm Io.An. Regulariter pueritia incipit in septimo,& finitur in masculo in.14.& in fœmina in.12.anno. nam hac ætate homines pubescere solent.l. fi. C.quando tuto. uel curat esse desie.& quod no.in c.puberes,de despon.impub. quandoque tamen pueritia extenditur usque ad.18.annum in masculo,fauore alimentorum,ut quando alimenta legantur usque ad pubertatem, ut plene no.in l.Mela,ff.de alimen.& ciba.lega. quandoque usque ad.17. ut respectu exercendi officium aduocati,ut in l.1.ff. de postu.quandoque & seruientes dicuntur pueri,ut.2.quæstio.7.c.cum pastoris, & quod ibi nota.

SUMMARIUM.

1 *Pueri puniuntur ex omni delicto præterquam in uitio carnis.*
2 *Puer non potest accusari de adulterio.*
3 *Pueri ex eorum delictis non puniuntur ita grauiter, sicut maiores, uide infra c.prox.nume.4.*
4 *Puer potest esse doli capax regulariter supra septennium, sed etiam intra aliquando.5.*
5 *Irregularitatem potest incurrere infans doli capax. 6.*
6 *Irregularitatem incurrit iudex,si faciat aliquem decapitari, etiam iuste.*

CAP. I.

b 1 PUeris. [b]† Impuberes pręter uitium carnis delinquere possunt;puniuntur tamen mitius, quam adulti. Primo ponit dictum, quod secundo reprobat,ibi: *Quod merito.* Casus literalis. Quidam nolebant pueris etiam grandiusculis peccatū attribuere nisi post.14.annum, cum incipiant pubescere,dicit Greg.Istud merito crederemus si non essent alia peccata,nisi quę de genitalibus committuntur, sed furta,mendacia,periuria sunt peccata, & puerilis ætas plena est his,uerūtamē nō ita punienda sunt in his, ut in maioribus puniūtur.B.No.1.ex tex. qđ in.14.anno quis efficitur pubes,ꝙ pcedit in masculo. nā fœmina pubescit in.12.anno,ut in iuribus alle. ſ.in rubrica, & qñq; ista ætas pueniт, ut.ĩ.dicā cū
2 gl.†No.2.regulā, ꝙ puero attribuiт oē pctm̃ pręter delictū carnis.nā p̄sumitur inhabilis ad coitum. Et ideo dicit lex, ꝙ min.12.an.nō p̄t accusari de adulterio, tex.ē in l.minor, ff.ad l.Iul.de adul.† Tertio not. aliam regulam,quod pue-
c ri[c] ex eorū delictis nō dēnt ita grauiter puniri, sicut maiores,cōcord.ī c.ĩ.px. c.fi.ĩ.de sen.exc.& l.auxiliū,ff.đ mino.
3 †In gl.1.in fi.Et dic cōmune eē,ut ī septēnio qs sit doli ca-
pax.nam

SEB. SAPIA.
a Plures actiões.Vide no. i l.qđ ī hæredē §.i.ff.đ tributo. & late doc.ī l. edita,ī mā cumulationis,C.đ edē. ubi Alexan.col.3. uers.2. fallit,Bal. & alios in le.1.C. de furtis.
b Vtrū pueris possit dari corp⁹Christi uide p sanctū Th. i 4.sē.di.9.q.1.ar.5.circa fi.Et an & qñ minor ætas excuset,uel ñ,uiđ oī no late p Arch.ic. q bōa.§. si ergo,ī 11.&.14 co.17.q.1. ubi ī hoc ar. alle. glo. in uer.minor ætas,ī c.2.đ apost. Itē adde hic text. cū gl.i c.pueri.i.q. i.Itē uiđ Bal.ī l.data opera ī.4.co.C. q accu.ñ pos.Item uiđ Salic.in l.1.in ult.co.uer. no.16. & uer.itēdicit Cy. ꝙ dom⁹,C.de fal. mo.& ibi ī uer. ulterius p hūc tex. itē oino l.impunitas, cū gl.ibi late, C.đ pœn.ubi etiā ponit,qñ pupillus dicaт doli capax quo ad delictū.Itē uiđ Do. ī c. 1.§.q uero,uer.op.ꝙ minor, đ reg.ī 6.Itē uiđ tex.ī c.1.& ibi oino,qđ no.dom. Ant. & do.Abba. circa pri.ĩ.de sē. exco.& Lapus alleg.93.
SEB. SAPI.
c Quod pueri. Vide Ang. Are.in tractatu maleficiorū in uerbo, scienter ubi Augu.Ari.dicit, ꝙ si puer aliquē occidit,nō debet decapitari, uide Com.in cō.95. ubi dicit,ꝙ si minor rapuerit mulierē dēt miti⁹puniri,& dicit Pe.đ Anc.in consi.283. inc.ī restricto, circa fi.ꝙ sola miseratio ętatis attenuat culpas , & dicit Bar.uero. in con. 30.incip.Regatii schelariū, ī fi.ꝙ si maior q nq; ann. eēt relegād⁹ pp aliqđ delictū,ob illud minor nō debet ita puniri, sicut maior, sed iudex posset illud tēpus abbreuiare.
Doli capax. Pon-

a pax,[a] nā & accidētaľr p̄t aň illā ętatē eē doli capax.narrat.n.hic Io.An.Greg.in dialogo dixisse quēdā puerū quiq; annorū solitū iuraт,blasphemaт, & detestari, fuisse a diabolo raptū . vñ sicut pubertas pueniri p̄t,ut ĩ.dicā,ita &doli capacitas nā ifantes iō ñ teneнт ex delicto, qa nesciūt qd agūt,ut.l.1.C.đ fal.mo.q̃ rō cessat ī doli capacib.Etex pdictis possetmultū singuľr limitari tex.ī cle.unica, de homi.q̃ dicit ifantes ñ īcurrere irregularitatē,si cōmittūt homicidiū, ut ītelligaт nisi sint doli capaces đ quo dic,ut ibi no.
5 †In gl.2.ibi: *præsumitur*.bñ dicit, p̄sumiт. nā,ut le.ī dialogo,& no.gl.20.q.1.in sū. qdā puer.9.ann.nutricē ppriā reddidit pgnātē.p̄t ergo pueniri ista pubertas,sđ
6 b regulare ē,ut.ſ.dixi.†In gl.ī uer.pctā.[b] in fi.dicit tñ Hos.ꝙ licet īfantes ñ puniaнт đ delicto,tñ si aliquos occidāt,īcidūt in irregularitatē , qa irregularitas cātur sine delicto,ut ī iudice,sđ hoc dictū hodie reprobatū ē ī cle.si furiosus,đ homi. ubi dicit,ꝙ nullā irregularitatē īcurrit & p̄t eē rō diuersitatis īter iudicē, & infantē. Nā licet iudex ñ peccet faciēdo aliquē decapitari, tñ ipse ītēdit illđ factū cōmittere,& vr qdā error ,ut talis pmoueaт,sed īfans ñ cōsensit,cū nō hēat cōsensū, qđ tene menti.

SUMMARIUM.

1 *Puer percutiens uel interficiens aliquem debet puniri secundum consuetudinem loci.*
2 *Statutū exigēs pœnā pecun. p homicidio ē irrōnale.*
3 *Pater non teneт p delicto filij ēt ī legitia de iure cōi.*
4 *Si aliquis mitius punitur ex aliquo delicto, an incurrat pœnam statutariam?*
Puer uerberans clericum incidit in pœnam canonis, si quis suadente , licet pro absolutione non debeat ire ad sedem apostolicam.
Participans cū excommunicato p metū incidit ēt ī excommunicationem , licet metus attenuet culpam.
Cessio bo.admittitur in delictis,si non hēt,uñ soluat.
Filiusfamilias obligatur ex contractu,& delicto.

CAP. II

c 1 REferēte [c] † Impubes percutiens,aut īterficiēs aliū nō dēt puniri pęna pecuniaria ſm cōsuetudinē tręe. Nec ob hoc p̄t exigi à p̄re.uľ sic.P̄r ex delicto filii īpuberis ñ teneт.uľ tertio. Puer ñ dēt ita seuere puniri,sicut, maior. Prīo pōiт appellātis q̄rela.Scđo iudicis datio, ibi: vñ.{Cas⁹ li.Quidā puer.x.an. dū cū aliis pueris sagitaret, quēdā aliū fortuito cāu sagitta pcussit;& mortu⁹fuit,pp qđ Ab. S.Remigii a p̄re ipsi⁹pueri c.solidos istā ti⁹reqrebat ſm ɔsuetudinē illi⁹terrę.vñ dict⁹H.p̄r pueri appe.ad pa.Sup hoc scribit pa.Hermon.epo dicēs,ꝙ, qa pueri ñ ita puniūт ſm leges,sicut illi ,q sūt mai. æta.mādat,si ɔstiterit filiū dicti. H.intra an.14.dcm̃ excessū ɔmisisse,pdictū Abb. moneat,& ɔpellat,ut ab e.H.pdicto.c.solidos pp aliq̃ ɔsuetudinē ñ exigat , nec
2 ŕqrat, p tpali pęna.B.†No.1.ex tex.ꝙ ex ɔsuetudie ciuit. p̄t p delicto exigi pęna pec.ēt p iudicē eccľasticū,ɔcor.c.dilect⁹ đ of.or.Ho.tñ dicit hic no.uerbū,ꝙ ɔsuetudines,& statuta[d] īponētia pęnā pecu.
d e p homicidio,furto,vľ simib.sūt irrōnabilia[e] qa hoīes exponūт venales ad đliquēdū.nā talis timebit pęnā mortis, seu corporalē,q đ pęna.pec. ñ timebit,seu curabit,dūmō satisfaciat uolūtati suę,ar.ī.l.ī fuorū,& ī.l.aut fcā,ff.đpę.& ī auт.đ mā. prī.ī §.op3 .Nō ob.iste. tex dēt.n.ītelligi,qñ ɔsuetudo erat, ut possit exigi pec. ex p⁹ facto,sed aň factū đlictū ñ dēt pec.
3 taxari, p hoc tex.11.q.3 .ī c.paup.†No.2. p̄rē ñ teneri ad pęnā pec.ī q̃ fili⁹ ɔdēnabiт.vñ tractat spe.ī ti.đ sē.exc.ī.§.seqт, ī uer.qd si fili⁹,nūqd p̄r teneaт saltē ī ltima[f] filii,vľ ex aliis alimē.filio đbitis soluer ɔdē.filii,& ɔcludit,ꝙ non.nā uiuēte p̄re ltima ñ pōt separari a bōis patris.l. 1.§.si īpuberi,ff.đ colla.bo.facit, qđ no. gl.& Bar.in auт.si qua mulier,C.de sac. san.ec.Quid āt si subest statu. sicut ī mul

dera bene,quia tex.dicit,grandiusculis.& glo. dicit doli capacib. & restringitur in septennio , quia pro certo glos. & doct. male dñt ex eo,qa tex.in.l.heredib.ff.de dolo.dicit,qñ est proximus pubertati, & dicit Ang.in.l.impuberē,ff.de fur.& ita intelligit illā. l. inquātū dicit,ꝙ pupillus doli capax teneт furti , ut intelligaт, qñ est pximus pubertati.Itē pōdera aliđ qa iste tex. dēt intelligi , grādiusculis , i. pximis pubertati p d.l.heredib.sed qñ dicatur pximus pubertati gl. insti. de inuti. stip.in.§.pupillus in uer. proximus, dicit in. 10. anno cū dimidio , uide q̃ remisi ad Io. de Imol.i.l.ad testiū §.conditionē,ff.đ test.sed in mā criminali nō bñ dicit p tex.in.l.excipiuntur,ff. ad Syl. uide ibi Bal. Ego dico hic fore casum nouū & singularē pro grandiusculis,qñ sunt proximi pubertati. Itē malè dicit hic d.Abb.ꝙ in infante dolus suppleat ętatē,tex.est in cōtrariū in.l.impuberem,in uersi.infans,ff.de fur. qui ad hoc nō allegaт Itē d.Card.hic dicit,ꝙ apud Gregoriū nō repiт illud qđ dicit gl.i sum. 20.q.1.tu uide Io. An.in c.puberes,đ despon. impu. & ī c.fi. de eo, q cog. cōsangui.su.ubi alle.gl.in d.summa. uide Hieronimū ī epistola ad uit.ubi refert đ Salomōe, ꝙ habuit in.x.anno filiū ex filia regis Pharaonis, & ibi dicit,ꝙ illa nutrix infantuli expositi,quæ eum,cū esset decē annorū,induxit ad libidinē,adeo, ꝙ spatio duorū mēsiū cōtinuādo emisit ille ifans sperma.Itē pōdera,qa,bñ dicit d.Ab.limitās đ cle.1.đ hom.ꝙ i ɔ̄riū uт tex.in d.l. impuberem. Andr.Barb.
b Et circa iurā pupillorū.uide oino Bal.in c.ad nostrā.2. in ult. col. uer.q̄ro,nūqd pupillus,de iureiur.& qđ le.& no.ī.c.pueri,& c.paruuli.22.q.5.Et pro intellectu istius gl.cū tex. uide oino Pa.de Cas.in d.l.q iurasse,ī prin.hic alle.in gl.ista,& ibi habebis ueritatē h⁹ ar. & uide tex.in c.trib.22.qō.4.& tex.cū gloss.in uersi.potuit,ī.l.fin.§. 1.ff.de li.cā.& uide beatū Th.2.2.q.89.ar.5.cir.fi. ubi dicit, ꝙ pueri habētes usum rōnis obligāт suo uoto,uel iurō quo ad deū,licet quo ad ecclesiā nō obligentur aň.14.annū. Sed tu uide Imol. in rep.c.cū contingat,in.4.col.de iureiur.ubi post Host. p istū tex.tenet,ꝙ dispositio autē.sacrā puberū,& c.paruuli.22.q.5.loquuntur in pubere doli nō capace,& pro hoc facit illud singu. dictū Guil.de Cu. in d.l. qui iurasse,in prin.ff.de iureiur.de quo ita ibi exclamat Pau.de Ca. ꝙ in eisdē terminis latius firmat idē Imo.i ea.repe.c. cū contingat in.31.char.uer.itē p̄t dubitari,ita dicēs tenere Bar.in d.auт.sacrā,licet multi alii contra,ubi etiam uide d.Ant.in fi.1.colum.
c SEB. SAP. Referente.uide Rom.in singulari ultimo incip.Item audiuisti,ubi all.hūc tex. ad hoc, ꝙ qñ statutum uel consuetudo punit aliqd,qđ de iure cōi non est punibile , non includit minorem.
d SEB. SAP. Statuta. An ualeāт hmōi statuta & cōsuetudines, uide Fel.in rub.ĩ.de hom. Alc.in.l.1.co.3.quod q.sq; iuris,Are.ī cōs. 58.incip.diligenter,col.6. latè allegat pręceptorē & affinē meū d. Rochū Curtiū in repe.c.fi.col.21. uer.2.in fertur,ſ. de consuetudi.
e Est irrōnabile statutum imponens pœnā pecuniariā pro furto, uel homicido,& idē tenet Host.in sum.de cōsti.& in c.fi.de cōsue.& ibi oino. Bal.i.co.&Dom.ī c.2.ī.1.col. de cōsue.in 6.& per eūdē in.c.fi. circa fi.ne cle.uel mo.e.lib.& p Io. de Ana.in rub.de homi.ubi dicit,ꝙ bñ ualet statutum imponens pœnam pecuniariā p homicidio effectuali tm̃, quia ibi ēt dicit, ꝙ ualet statutū sup homicidiis iā cōmissis,qa tūc uт dispensare sec⁹ esset super cōmittēdis.Et ad.q. hic positā uide no.per Io.de Lig.in c. ex pte, de cōsue. ubi q̄riт utrum ualeat cōsuetudo, ꝙ pro delicto īponatur pęna pecuniaria. Et adde, ꝙ nō credo ualere statutū, qđ imponit pœnā pecuniariā pro homicidio tm̃,qa illud statutū est ɔ̄ uerbum Christi, qđ hr in euangelio passionis dñicæ,q dicit,q gladio ferit , gladio peribit.& uiđ Io. de Lig.in d.c.fi.de consue. circa pri. & ibi Inno.sed ꝙ ualeat istud statutum , tenet Ludo. Ro.in suis singu. & dicit de hoc eē tex.sing.in.§.pœna,ibi, pp os fractum numariæ pęnę,insti.de iniu.& de.q.hic posita uide per Albe.in.2. pte sta.q.123.Et ꝙ pro homicidio p statutum posit ī poni pęna pecuniaria, pro cōstāti ponit Bar. in l. pe.§.ad crimen.ultra mediū,uer.q̄ro extra gl.qd si pro homicidio imponatur pęna pecuniaria,ff.de pub.iud.& in l.2.circa prī.e.ti.sed ꝙ non ualeat statutum imponens pecuniariā pęnā, firmat Bal. in c. ad nostram,circa medium, de prob.Itē ꝙ ualeat statututū imponēs pęnā pecuniariam pro homicidio,pro constanti ponūt Ang. & Sal. & Pa.de Ca.in.l.1.in prin.in quadā q.ff.qđ q.sq; iur.de quo p Bald. in.l.1.C.de sum.tri.& p Pe.de Anc.hic p Ant.in.l.is q cū telo C. de Si.Bal ī l.gracchus,C.de adul.ī.c.1.§.furtū,đ pa.iur.fir. Itē uide Sp. ī ti.đ acc. §.i.ī.2.co.uer.qd si iudex ipm,ubi dixit ꝙ ualet ɔsuetudo, ꝙ qñ dēt īpōi pœna corporalis īpōaт pecūiaria.Itē uide oino qđ elegāter đ hac q.hic posita pōit Bal.ī auт.cassa,uer.3.q̄ro,C.đ sa.sā.ec.
Adde an ualeat statutum imponens penam pecuniariam pro homicidio,Fran.de Are.consi.73.
f Pater ñ tenetur p delicto filii ēt quo ad ltimā,uel quo ad ea,q̃ debētur ei rōne alimētorū.Et idē tenet Bal.ī.l.Corn.ff.đ uul.& pu.ubi ēt dicit,ꝙ bñ ualet statutū,ꝙ p̄r teneaт p̄stare ltimā fisco pp delictū filii,all.gl.formalē ī rub.C.de decu.lib.10.ubi ēt no. dicit, ꝙ stāte dicto statuto pater tenetur p̄stare ltimā de bonis , q̃ habebat tpe delicti,nō de postea q̄sitis,& seqтur ibi Imo.de q.hic posita.uide latè p Alb.in.1.pte sta.in.q.inc.Itē q̄ro,an statutū ualeat,& est in ordine,qō.48.p Pe.de Anc.in repe.c.canonū statuta,de consti.in.3.prin. q.in.6.col.illius.q.uer.quæro ēt,an statutum . Et aliud ad materiam istā dixit Pa.de Ca.in.l.si filio fa.ff.so,ma.ꝙ si filiof. sit soluta

dos, & repetit ab eo, & nõ sit soluẽdo, q̃ pr̃ nõ teneẽ, ẽt q̃tũ ad ltimã ipsius filii, nisi statutũ aliter disponeret, qđ dictũ est intelligẽdũ, qñ filio soluta ẽ dos sine cõsẽsu patris p̃ tex. ī l. si cũ dotẽ. §. trãsgredia mur, ff. sol. ma. & all. istũ tex. Pau. de Ca. in d. l. si filio. & si dicit statu tũ, q̃ pater teneaẽ p̃ delicto filii, dubitaẽ, an eo casu pater teneatur p̃ delicto filii nã lis, de hoc per Al ber. ubi. 3. & uide Pe. de Anc. ī repe. c. canonũ, 3. de cõ sti. in. 3. prin. q. in 39. co. illi⁹. q. uer. iuxta p̃dicta. q̃rit ubi iter alia põit. q. Io. And. ī addi. Spe. in ti. q. fi. sint legi. & in illo art. utrum cessãre sta tuto, uel cõsuetudine pater teneaẽ soluere ꝯdẽnatio nẽ, q̃tũ ad ltimã, vide Bal. i. l. oĩmõ §. nuptiarũ, C. de inof. test. in. 10. co lũ. ubi dat multas remissiones. Et in ter cætera dicit, q̃ si pater soluit p̃ cõdemnatione fi lii rõne pietatis, illud postea ñ cõ putat in ltimã, se cus, si soluissẽt ui gore statuti, uel consuetudinis. Itẽ de q. hic posita & si. uide omnino Bal. in. l. si qua pe na, ff. de his, q̃ sũt sui, uel alie. iu. Et qđ e 3, an pp deli ctũ patris filius a. mittat peculium suũ, de hac q. uide Alb. in. 3. pte sta. q. 12. & Bal. in. l. fi liusf. in ult. col. ff. de his, q̃ sunt sui, uel alie. iu. & uid glo. in aut. ut oẽs obe. iud. ī pri. i ver si. no. hic. Et ꝺ hoc an ualeat statutũ, q̃ filius teneaẽ p̃ delicto patris, uid Bal. i. l. dotis, C. ꝺ iu. do. & d. Ant. in c. ex parte, in fi. ꝺ consue. Vt de primo an ualeat statutum, q̃ pater teneatur pro delicto filii, uide Bal. ī l. 2. uersi. quæro nunquid, C. de cõst. pe. Bal. in. l. 1. C ne fi. pro patre. Bal. in. l. de quib. in. 2. co. ff. de leg. Bart. & Ang. in. l. cum filii. §. in hoc, ff. de uer. obli. tex. & ibi Bar. in. l. iure p̃uisum, C. de fab. li. 11. & an ualeat statutũ, q̃ Ptãs teneaẽ pro delicto suæ familiæ, uide p̃ Bal. in l. obseruare. §. proficisci, ff. de offi. p̃con. & an ualeat statutum, q̃ consors teneatur pro consorte, uide per Bal. in. l. sancimus, C. de pe nis, & si statutum dicat, q̃ pater teneatur soluere legitimã pro deli cto filii, & pacer post tps delicti ante tps cõdẽnationis acquisiuit multa bona, an in solutione legitimæ attendetur quãtitas patrimo nii ꝺm tps delicti, ante tps condẽnationis, uide plenè p̃ Alberi. in. 3. parte sta. q. 35. Et ſtãte prædicto statuto, an si filius pp cõtumaciam a fuit habitus pro confesso de delicto, teneatur nihilominus pater le gitimam asignare; Vide Alb. ī 3. parte sta. q. 26. & ibi ẽt in. 22. q. exa b minat de ualiditate p̃dicti statuti. Et de illo art. an illud, qđ soluit pater pro condemnatione filii cõputari sibi debeat in ltimã, uide c Imo. in. l. quamuis, so. ma. & an ualeat statutũ, q̃ agnati & cognati confinati teneanť, si cõfinatus rũpit confinia, uide Ang. in consi. suo 62. inc. Nobilis miles. Itẽ an ualeat statutum q̃ dñs teneatur ex deli ctis familiæ, uide per Albe. in. 1. parte statu. q. 2. Et de illa. q. an ua- d leat statutum, q̃ pater teneaẽ pro delicto filii, uide per Sal. in. l. si fi-

liusfa. C. ne fi. ppat. & p̃ Bal. in d. l. si filiusfami. 2. ff. so. ma. per Bald. in aut. si captiui, ad fi. C. de epis. & cle. & in. l 1. in. 2 col. ff. si ex noxa cau. aga. & p̃ Inn. in d. l. si filius, ff. de uerb. obli. in prin. & in d. l. lex Corne. p̃ Bal. in. l. si quis in tantam, in. 3. col. C. unde ui, & in. l. filius, C. de bo. proscri. & in. l. 1. C. de usu. rei iudi. & de hoc generaliter, an

tis locis, ut pater teneaẽ p̃ filio[a]? dic, ut plene no. Bar. ī l. cũ filiꝰ fa. ff. de uerb. ob lig. † In gl. ī ver. *multum*, ibi: *cum ille puer nihil habeat*. Et ex hoc colligit una rõ deci dẽdi ad tex. Aliũ i tellectũ sentit d. Car. q̃ iste puer iõ ñ icidit in pœnã pecunia riã: q. a, cũ ista cõsuetudo eẽt de iure spã li, ñ p̃cedit nisi ī casu suo vbi ergo ex ali qua cã venit qs miti⁹ puniẽd⁹, tũc ñ ĩci dit[b] ī pœnã cõsuerudinariã & idẽ dicit ī statuto, hoc dictũ si eẽt uerũ, foret ualde notãdũ vt vbicũq; ex aliqua cã qs veniat puniẽd⁹ miti⁹, ñ icidat ī pœnã statuti, uel ꝙsuetudinis: sed dẽt puniri alia pœna, & qñq; hoc dictũ mihi placuit, sd postea re peri Bart.[c] sentire aptè 3riũ in. l. 2. ff. de recepta, dicit tñ, qđ iudex ex hac cã pote rit secũ dispẽsare imponẽdo mitioré pẽ nã, sicut facit ī aliis delictis & aliis cãis ad hoc qđ no. in l. quid ergo. §. pena gra uior, ff. ꝺ his, q. no. ifa. nihil tñ allegat p̃ dicto suo. Ego allego duo bona iura. Pri mũ i ca. sacris, qđ me. cã, ubi dr, q̃ cõicãs excõicato p̃ metũ, icidit i excõicationẽ, sicut ille, q. cõicat spõte, & tñ met⁹ attenuat culpã, ut ibi, & 2. q. 1. i primis. Scd ò allego c. si qs suadẽte. 17. q. 4 vbi pcutiẽs clericũ excõicat⁹ ẽ, & idẽ ẽ in puero pcu tiẽte, licet ueniat miti⁹ puniẽd⁹, ut in c. 1. & fi. de sen. exc. & cõcludit ibi, q̃ puer pp ętatẽ nõ dẽt ire ad ſedẽ apostolicã p̃ absolutiõe, & sic dispẽsat cũ eo ī alia pœna. Dicam⁹ ergo, q̃ icidit ī pẽnã statu ti, sed miti⁹ ex dispẽsatione iudicis puni ri dẽt. Et hoc no. † Sed 3 p̃dicta facit iste d tex. ubi nõ fuit iste punit⁹ illa pena con suetudinaria, nec ẽt mitiori. Nec ob. qđ dicit gl. q̃ iste nil hẽat. nã filiusfa. nihil habẽs cõpellit cedere bonis, & p̃t teneri ī carcerib⁹, ut l. cũ & fillifa. C. q̃ bo. cede. pot. Sicut. n. obligat ex 3ctu, ita ex delicto, ut. s. c. px. sd p̃t dici, q̃ pp noluit hic 1 istã pẽnã pecuniariã ĩponi, q. a de psenti erat frustratoria, & sic ĩponit alia pena, ne delictũ ad psens remaneat ipunitũ. In

gl. fi. ibi: *si fuisset supra*. 14. Sd 3 hoc facit, qđ no. gl. pcedẽs. nã si euitat istã pẽnam pecuniariã, q. a nihil habebat, idẽ dicẽdũ post. 14. annũ, ex quo est filiusfa. & ideo dic, ut ibi. In ea. gl. ibi: *nisi consuetudo, aut priuilegium*. dic meli⁹ q̃ aut iudex ecclesia stic⁹ hẽt iurisdõnẽ tẽporalẽ, nõ tñ ī feu dũ, & tunc ,pcedit gl. q̃ dẽt appellari ad supioré eccleſiasticũ. Aut hẽt ī feudũ, & tunc dẽt appellari ad dñm feudi, licet sit secularis, vt ,pbat ī c. Roma §. dẽt, ꝺ appli. 6. & ibi gl. & no. in c. cęterũ, de iudi. & in c. ex transmissa, de for. compe.

test habere vel pp surreptionẽ literarũ,vel indignitatẽ ei⁹,
potestas redit ad ordinariũ,qa cessante cã cessat effectus in 2
11 c.cũ cessante,de appel.Et hoc no.† Vlt.extra gl.oppo.uideẽ
enim, qđ exceptio criminis nõ dẽat admitti contra istũ.P.
ex quo habuerat collationẽ,& agebat tantũ possessorio adi 4
piscẽdę,i.,p possessione habẽda,vt ĩ c.accedẽs de accus.Sol.
dicit Inn.ꝙ exceptio criminis ñ dẽat admitti sine infamia,
quasi sentiat istũ fuisse ĩfamatũ đ istis obiectis.Et circa hoc 1
dicit aliqua pulchra uerba, q̃ solent quotidie allegari,dicit b
eñ,qđ aut qs agit ĩ bñficialib⁹ possessorio adipiscẽdę ad ꝯ-
firmationẽ,vel collationẽ,vt qa habuit electionẽ & confir-
mationẽ,aut collationẽ,& tñ sibi deest possessio, & tũc nõ
admittiẽ exceptio criminis nisi cũ infamia, ut in p̃alle.c.ac
cedens,ubi plene dixi.Aut agit possessorio recuperandæ,&
tũc ñ admittiẽ aliqua exceptio criminis cũ ĩfamia, ut ĩ c.ĩtẽ
cũ qs,de resti.spo.Et not. bñ hoc dictũ,ꝙ ẽt in beneficiali-
bus ñ ob.agẽti possessorio recuperãdæ exceptio criminis ẽt
cũ ĩfamia.Sed licet Inn. omnẽ exceptionẽ excludat,tñ mul
ta opponi pñt,de qb⁹ plene dico ĩ c.in literis, đ resti.spo.&
facit ꝙ no.3.q.1. in sum. Aut agit qs petitorio pro benefi-
cio,ꝙ semel habuit, & tũc aut opponiẽ tale crimen,qđ idu
cit priuationẽ ipso facto, & admittiẽ exceptio ẽm eũ, & be-
ne,puta si opponiẽ,ꝙ sit hæreticus,uel ꝙ fuit sententialiter

de aliquo crimine cõdẽnat⁹.Et no.bene
hoc ultimũ, ꝙ cõdẽnatus de aliquo cri-
mine per sñiam cẽsetur priuatus ipso fa
cto beneficio suo, ꝙ intellige,quãdo cri
mẽ erat tale, ꝙ ĩducebat priuationẽ bñ
ficii , uel quãdo irrogabat infamiã ipso
12 facto.Nã sufficit,ꝙ cõdẽneẽ , licet pœna
nõ exprimaẽ in sentẽtia , quia illa ĩtelli
giẽ imposita authoritate iuris.l. 1. ff. ad
Turpil.&.2.q.3.c.Euphemiũ.§. notãdũ,
& ĩ c.postulasti,ẽm unã lec.s̃. de fo.com
pe.& ad idẽ tex.ĩ p̃alle.l.2.§. miles,ff.de
his,q notã.infa.ubi dr̃, ꝙ miles damna-
t⁹ de adulterio efficiẽ ĩfamis, & infamia
soluit uinculũ militiæ. Vñ ipso iure ĩfa
mat⁹ p̃ sentẽtiã perdit dignitatẽ[a] ne dũ
secularẽ,sed ẽt ecclesiasticã, ut no.in gl.
Secus puto , ubi qs dãnareẽ de crimine,
ꝙ nõ induceret infamiã,nec priuationẽ
beneficii,tũc enim talis exceptio nõ ad-
mittereẽ,ut statĩ dicã , & sic restringe In
no. Si vero oppõitur exceptio criminis,
ꝙ non inducit priuationẽ beneficii ipso
facto,ut puta qa est simoniacus,uel adul
ter,uel piurus, uel qd simile,& nõ debet
admitti talis exceptio. Rõ ẽ,qa illa etiã
,pbata ille nõ remanet priuat⁹ bñficio.
Nec ob. si dicatur, ꝙ debet priuari,quia
ad hoc ñ tẽdit exceptio,vt ĩ c. 1.de ordi.
cogni.ĩ fi.Nec ob.si dicatur,ꝙ ex quo da
tur actio, siue accusatio ꝯ istũ de istis cri
minib⁹,fortius dẽt admitti exceptio,ut
in reg.q ad agendũ,de reg. iur. li.6.& in
reg.cui damus, ff.e. quia secundum Inn.
illa iura hẽnt locũ,qñ ad idẽ agiẽ,& ex-
cipiẽ,secus aũt,qñ actio & exceptio ten-
dũt ad diuersa. nã hoc casu accusatio tẽ
dit ad uindictã,ut priueẽ, exceptio uero
tendit ad defensionem rei familiaris,ut
no. perpetuo hoc dictũ Inn.& uiđ qđ di
co ĩ c.pastoralis,de cau.possess. & ,pprie.
& in c. si diligenti, de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Causæ matrimoniales non cognoscuntur uel literæ indulgẽtiales nõ cõcedũtur per inferiorẽ prælatum Episcopo,nisi competat de iure speciali.*

2 *Ea,quæ sunt ordinis ep̃alis,non possunt nec cõsuetudine,nec p̃scriptione acquiri illa uero,quæ sunt aut dignitatis,aut iurisdĩõnis,bene possunt acquiri, et n.3.*

4 *Episcopus electus & confirmatus,non tamen consecratus,an possit concedere indulgentias , maxime si non sit sacerdos?*

CAP. XII.

ACcedentibus. † Abbates[b] de matrimoniis cognosceẽ, & publicas pœnitentias iniungere, & literas indulgentiarum concedere nõ possunt , nisi eis competant de iure speciali,h.d.Vel sic & generali⁹.Cognoscere de cã matrimoniali . Itẽ pœnitentias publicas,& ĩdulgẽtias cõcedere, spectat ad dignitatẽ Ep̃alẽ . Vnde inferior p̃lat⁹ de his se intromittere nõ dẽt,nisi ei cõpetat de iure speciali. Primo ponit Ep̃orũ querelã,cui secũdo ,puidet, ibi; *Volentes*.Casus lit.Ep̃i in concilio generali cõstituti cõquesti sunt de Abbatibus,quod ipsi suis terminis non contenti manus

a Perdit dignitatẽ. Vide Inn.in c. qualiter, el.2.ad fi. & ibi d.Ant.& quæ ibi dixi đ accu.d.Ab. in c.q̃relam, de proc.An. Barba.
ZACHARI.
Adde de hoc Lu. Ro.sing.suo.504. inci. Fuita me q̃sitũ, ubi tenere uidetur , ꝙ ipso iure, ꝙ probatur p tex.in l.infamia, ponderando tex. in uer. adiicit,C. de infa.li.10.& p l.miles, ff.de his, qui no.infa.
SEB. SAP.
a Dignitatem. Vide Fel.in d.c.quęrelam,col. 2.uer. similiter,supra đ iureiur. post Abba,ibi, col.2.
b Abbates . Quod sacerdos parochialis , & Abbates, & alii p̃lati inferiores Ep̃o ñ pñt cõcedere indulgẽtias disputãdo cõcludit. S. T. in.4. sen.di.20.q.1.art.4.

a SEBA. SAP. Ad dignitatẽ Epalẽ. Vide latissime p d.Io.Frã.Balbu. in tract. pscriptionũ in prima parte qntæ partis pricipalis. q.11. & ibi col.2.allega. etiã Abba.hic.

b Matrimoniali. & sup hoc est tex.puctualit i d.c.auditis, ad fin. de pscr. Sed tu uide ẽt gl. ibi, & d.An.& Ab. i c.lra, đ rest. spo. qđ fin. scribit. do. An. in c.cũ olim, in.3.colũ.p illum tex. de præscri.

c Per solũ. Eps põt cõcedere alii inferiori uti põtificalibus, de qbus in hac, decr. pter insignia, & p hoc facit, qđ no.ar.in c. placuit, đ pę.di.6. ubi dicit, ꝙ iposítio publicæ pniæ dẽt iponi ab epo, uel eius mãdato a sacerdote. Et ex hoc ifert ẽt unũ đ quo pluries fui interrogatus, uidelicet an Eps, q ptã tẽ hẽt cõcedẽdi i dulgentias, possit alii inferiori Epo delegare, & facit qđ in fi. dicit gl. i c.đ cernimus, đ iudi. & facit qđ ponit Arch.in c.si qs suadẽte circa fi.17. q.4. & ꝙ Eps possit inferiori đlegare cas⁹ pniæ reseruatos, uł sentire tex: à ɔ̃rio ĩn c. l. ĩ fi.primi rñ.đ pę. & re.li.6.in ɔ̃rium eius, qđ dicit hic d.Ab. facit qđ no. In.& Imo.i c.cãm matrimonii đ off. đl. ubi dicũt, ꝙ cã matrimonialis ñ põt delegari inferiori ab Epo nisi p papã, & sup hoc uide, qđ late scribit in suis recollectis d.Bar. đ Bellẽ.i c. teneor, in.1.no.de re.iudi. sed p opi. d.Abb. & do.facit tex.cũ gl.no.& qđ ibi no.do.& maxime d.Abb.i c.fi.de off.ordi.sed tu de hoc uide omnino qđ ualde elegãter scribit Spe. i antiquo suo rep. i ti.đ pę.& re. §.seqt, in prin.2.co. uer.sed nũqd pt cõmitter siplici sacerdoti.

extendũt ad ea, q̃ ad episcopos pertinere noscũt, videlicet cognoscẽdo de causis matrimonialib⁹, iniũgẽdo pnĩas publicas, ɔcedẽdo lr̃as ĩdulgẽtiarũ, & similia psumẽdo, ꝓp q̃ authoritas Epalis vilescit iterdũ apud multos, uolẽs cõciliũ Eporũ dignitati & abbatũ saluti i his puidere, phibuit, ne de cetero aliqs Abbatũ ad talia se extẽdat, si ꝓpriũ periculũ uoluerit euitare, nisi forte aliqs ipsorũ spãli cõcessione, uel alia legitima cã sup huiusmodi valeat se tueri. B. Not.1. ex tex. ꝙ q̃dã sũt spectãtia ad dignitatẽ epalẽ, q̃ inferiori plato nõ cõpetunt, ut sunt tria hic explla, & đ similib⁹ uide, ꝙ le.& no.68.di.c.q̃uis, & c.cor.Epi, & inter cas⁹ hic expressos nota illũ, ꝙ nemo citra epm pt iniungere publicã pœnitentiã, priuatã enim põt quilibet sacerdos iniũgere, & de hac publica uiđ gl.& tex. i c.i capite.50.di.26.q.7.c.fi.& ẽ tex.in c.2.de male.

2 †Scđo no. ꝙ ex spãli cõcessiõe, uel alio iure speciali, puta ex cõsuetudine, pñt spectantia ad dignitatẽ epalẽ[a] cõpetere inferiori prælato. Et circa hoc dicendũ est, qđ quædam spectantia ad epm sunt ordinis episcopalis, quædã sunt dignitatis episcopalis, quædã simplicis iurisdõnis, ea uerò, q̃ sunt ordinis ut chrismare, ecclesias ɔsecrare, clericos ordinare, & similia, ñ pñt cõpetere inferiori, ẽt ex cõsuetudine, ut i c.quãto, de cõsue. qa in eis deficit ordo epalis. Ea vero q̃ sunt dignitatis Episcopalis, ut sunt ista hic enumerata, vel simplicis iurisdõnis ut cognoscere đ causis clericorũ, ista bñ pñt acqri p inferiorẽ ex cõsuetudine uel ex concessione superioris, ad hoc c. cũ oli, & c.auditis, de pscri. Et not. bene hũc tex. iũcta gl.pe:& fi. ꝙ ista, q̃ sunt dignitatis epalis, vt cognoscere de cã mrimoniali[b], & dare indulgẽtiã, &c. possũt pscribi p inferiorẽ. Sed ad declarationẽ lrę qęritur, de qua concessione loqtur iste tex. Sol. dicũt docto. ꝙ pt intelligi de cõcessione ẽt Epi. 16.q.2. c.uisis, pter insignia. nã illa nõ possunt concedi nisi p solum[c] Principem, qđ bene no.ar. in c.ut apostolicę, de priui.li.6. vnde Abbatibus, & iferiorib⁹ platis p papam solet cõcedi usus mitrę, & aliorũ põtificaliũ, vt i d.c.vt apostolicę, dicũt tamẽ hic do.& ibi, & bñ, qđ licet ista ĩsignia epalia qñq; ad decorẽ cõcedant plato inferiori, nõ tamẽ potest ille pp hoc exercere iura Episcopalia, ẽ ergo quędã nuda demonstratio, quę hẽt significatũ suũ, qđ no.

3 †In gl.i uer. *Episcopalis dignitatis.* i fi. No. ex hac gl.& seq. iũcto tex. qđ ea. q̃ sunt dignitatis epalis, ñ dico ordinis, possunt acqri per inferiorẽ ex consuetudine, & hoc probatur apertius, q̃ alibi in ca.auditis, de præscri. ubi Abbas pręscripsit cãm matrimonialẽ, nisi fuisset pbata interruptio, qđ ẽ ɔ̃ Host. q tenet contrariũ in c.lr̃as, de resti. spol.

4 †Inducitur ẽt iste tex. ad qõnem quotidianã, nunquid electus[d] & cõfirmatus in Episcopũ nõ cõsecratus possit cõcedere indulgentias, maxiẽ si ñ sit sacerdos, vt qa adhuc ñ sit effectus psbyter? & sępe accidit cõsimilis q̃stio in legato apostolico nõ psbytero. Hos. hic post multa cõcludit, ꝙ si ẽ psbyter, pt concedere, alias secus sed Fran. tenuit, ꝙ ẽt si sit psbyter, cõcedere non potest, quia nõ dicit Eps nisi sit cõsecratus. Vñ antea uocat electus, & non eps, vt in c.tua, de his, q̃ fiunt à pręla. & iura hoc cõcedunt Episcopis. Io. An. uidet tenere, ꝙ cũ hoc ñ sit ordinis ꝙ hoc possit elect⁹ cõfirmatus, dũmodo sit sacerdos. Io.Cal. post Tho.4.di.22 ar.2. tenet ꝙ ẽt si ñ sit sacerdos hoc pt, & idẽ i legato, & ista opi. ẽ uerior. Rõ, qa concedere istas indulgẽtias pcedit ex dispensatione bonorũ ecclesiæ, & sic ex iurisdõne, ergo isti pñt, cum habeãt iurisdõnẽ, licet nõ sint consecrati in Episcopos vel sacerdotes, vt i c.trãsmissã, de elect. nã (vt hic patet) illa pñt q̃ri per inferiores Epos, ergo non sunt ordinis Epalis, sed iurisdictionis. In foro tamen pœnitentiæ non posset absoluere, uel condemnare, uel indulgentias concedere, quia illud est ordinis presbyteralis, & non iurisdictionis, quod tene menti. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Furem indicare, & etiam furtum commissum potest quis compelli.*
2 *Sacerdos nullo modo potest compelli reuelare, quod ipse scit in confessione, etiam si papa diceret, uel ad duceretur in testem.* 4.
Interdictum et excommunicatio quomodo differant.
5 *Iurans non reuelare secretum, si adducatur in testem potest ipsum reuelare sine metu periurij.*
Nemo potest iurare nolle testificari, & si iurauerit, iuramentum non ualet.

CAP. XIII.

Dilectus. Ad reuelandum peccatorem, siue peccatũ in pęnitentia confessum sacerdos cõpelli non potest.h.d. Primo ponitur querela presbyteri, cui secundò prouidet, expressa causa, ibi: *quia igitur.* Casus literalis.[e] Quidã fecerant quoddam furtum, quod, ut dicebatur, confessi fuerant Ioanni presbytero in pniali iudicio: rectores fraternitatis urbis cõppellebãt dictũ psbyterũ Ioãnẽ ad reuelãdũ fures, & id ꝙ sibi tãq̃ sacerdoti sup furto fuerat reuelatũ uł ad satisfaciẽdũ exinde damnũ passo, nisi alterũ pdictorum faceret, tulerũt in ipsum sententiam interdicti, ppter ꝙ dictus sacerdos conquestus est domino Papę. qa perniciosum esset, dictũ psbyterũ reuelare taliter sibi credita, uł cogi ad soluẽdũ id, ꝙ nõ rapuit, mandat Papa Cardinali sanctę Prudẽtianę psbytero suo uicario, quaten⁹ pdictos rectores corã se uenire faciat, & ĩiũgat eisdẽ ut à grauamine psybteri memorati sup hoc penitus conqescãt. Ber.

1 †Not. ex tex. ar. opt. ꝙ iudex ecclesiastic⁹, seu secularis põt ex officio suo quẽ cõpellere ad idicãdum furẽ[f], & furtũ commissum, & sup hoc põt ferre sentẽtiã cẽsurę cõtra non reuelantes; ꝙ probat hic p locũ ã speciali.

d Nunquid electus. Vtrũ eps elect⁹ & cõfirmatus nõ cõsecratus possit dare indulgẽtias ecclesiis, & idẽ tenet d.Ab.i c. suffraganeis, de ele. đ quo ẽt p Paul. de lea. & Car. in cle.1.de reli.& uene.san.& per Old.consi.suo.73.& ꝙ possit, bñ facit in simili gl. in c.adiicim⁹.16. q.1. & gl.in uer.psbyteri, in prin.in cle.1.de priui.sed ɔ̃riũ tenet Arc. in c.1.de pœn. & re. li.6. prout ibi refert Io.An.sup gl. in uer. monere, in fi. De hac. q.uide p Io.de Imo.in d. cle.1.de priui.in. 12.co. uer. an autẽ elect⁹ & uiđ Pe. de Anc.i rep.regulę.q̃ cõtra, i.2.op. prin.ubi dicit, qđ cõcedere indulgẽtias nõ ẽ ordinis, sed põtificalis dignitatis, & ꝙ elect⁹ & cõfirmat⁹ licet nõdũ sit cõsecrat⁹ i Epm, neq; sit sacerdos ualeat cõcedere indulgẽtias, firmat Pe.de Anc.in repe. regulæ pctm, in.3.opp. prin.circa mediũ, li.6.& al.Io.Cald. in hoc c.& idẽ apte ẽt firmat.S.Th. in.4.sent.disti.15. q.1.ar. 4.ante fin.

e Casus literalis. Pro intellectu huius decr. uide S.T. in.4 sen.dis.21.q. 3.ar.1. ultra mediũ.ubi dicit, ꝙ si sacerdos, q audiuit cõfessionẽ, pducatur i testimoniũ, põt cũ recta cõsciẽtia iurare se nihil scire: qa adducit ut hõ in testimonium, & scit ut deus. uide oĩno de ista reuelatiõe, q̃ scripsi post d.An.i c.oĩs utriusque sexus, circa fi. de pœ.& re.

SEBA. SAPI.

f Ad indicandum furem. Vide quando quis teneatur indicare furem, p Ias.in l.filii.§.si tibi iudicium, in.1. nota.ff. de cõdic. ob tur.causam.

speciali. nã hoc ẽ speciale, ꝙ ñ possit fieri cõpulsio, qñ hoc i pnĩa cõfessũ fuit: secus ergo, si iste sciuisset ñ tãquã de⁹, sed tãquã homo; p hoc tex. ibi: *perniciosum esse, &c.* Et tene hũc tex. sic inductũ ppetuò mẽti. nã optime pbat practica Eporũ fulminãtiũ hodie excõicationẽ ɔ̃ non reuelantes furem, siue furtũ, & melius probat hoc c. q̃ c. q cũ fure. s̃. de furt. licet ad hoc illud soleat allegari; & vide ibi qđ plenè dixi pbat ẽt tex. opi. Bar. in l.inciuilẽ, C.de furt.

2 †Not.2. sacerdotẽ nõ posse cõpelli ẽt p iudicẽ ecclesiasticũ ad reuelãdũ peccatorẽ in pnĩa sibi cõfessum, quinimò nec etiam peccata. nã hic & respectu peccati, & peccatoris prohibetur ista compulsio. Et not. bene, quod etiam nõ potest ad hoc compelli, si talis reuelatio tendit ad vtilitatem proximi, uel ad vtilitatẽ aĩæ ipsi⁹ cõfessi. Nihil enim dẽt detegi per sacerdotẽ, ẽt si cõcernat claritatẽ conscientiæ ipsi⁹ peccatoris, nisi ipse peccator sacerdotẽ ducat in testẽ, arg. in c.significasti, de adul.& i c.oĩs vtriusq; sexus, de pę.& remis.& quod ibi not. Inn.

3 †No.3. ibi: *sententiam interdicti, &c.* ꝙ sentẽtia iterdicti pt ferri nedũ in loco, sed ẽt in psona; & hęc est differentia inter interdictũ & excõicationẽ: qa excõicatio nedũ priuat à participatione sacramẽtorũ, sed etiã à cõmunione hominũ, vt in c.à nobis, de excep. sed interdictũ solũ priuat participatione sacramẽtorũ. Vltimò p declaratione lr̃æ queritur, q sint isti rectores fraternitatis, de qbus in tex. Sol. sunt quidã habẽtes iurisdictionẽ super clerũ ex speciali prouisione, aut institutione. In gl.1. ibi: *quia secundum leges nemo potest compelli,* hoc nõ ẽ absolutè verũ, qnimò pt ex officio cõpelli, de quo dic, vt no. in d.l.inciuilẽ, & plenè dixi i d.c.q cũ fure.

4 †In ea gl. ibi, *& in hoc erat maior ipsis rectoribus, &c.*

a Per hãc rõnẽ inferũt doc. ꝙ ẽt p papã[a] nõ põt sacerdos cõpelli ad detegendum pctm in pnĩa confessum. Nam in illo actu sacerdos est specialis vicarius Dei, & papa est generalis vicarius Dei, & specialis quo ad illã speciẽ ẽ maior generali, de off.leg. i c.studuisti, & no. bñ gl. & hoc dictũ, qa ẽ ɔ̃ multos simplices sacerdotes, q reuelãt peccatum Episcopo, seu peccatorẽ, seu alteri sacerdoti, licet dicant Epi, ego recipiã in cõfessione; qa nullo modo dẽt dicere, quia tanquam Deus nõ indiget cõfessiõe, & qa illud est peccatũ alterius, & nõ suũ, & hoc saluo casu c. oĩs, vtriusq; sexus, de pœni.& remis. Et ex hoc & ex text. ẽt infertur, ꝙ si sacerdos pducitur in testẽ in iudicio, qđ recta cõsciẽtia pt dicere, se nihil scire, si hoc tantùm sciebat vt Deus. nam quis potest habere duplicẽ sciẽtiã, s. sciẽtiã vnã vt Deus, aliã ut homo. In testẽ verò producitur ut homo, non vt deus, & tanquam homo nihil scit. Vñ sine metu piurii rectè pt dicere se nihil scire. Puto tñ, ꝙ si iste sciret ut de⁹, & ut homo, ut quia ipse uidit tãquã homo, & audiuit vt De⁹ in cõfessione, ꝙ hoc casu teneat reuelare virtute iuramẽti, alias aũt, vt dicit Inn. in pal leg. c.oĩs, ppe fi. nũquã dẽt reuelare, nisi subeẽt maxima necessitas, uel vtilitas, vel immineret scandalũ, tunc enim põt

5 dicere, & reuelare, ex quo scit ẽt ut homo. †Quid aũt si qs iurauerit nõ reuelare secreta, & postea producitur in testẽ, nunqd possit reuelare, cũ uideat positus inter duo iuramẽta ɔ̃ria? Inn. in c.qualiter, el.1. s̃. de accusa.no. dicit ꝙ sic: qa aut intẽdebat iuramẽtũ extẽdere ad istũ casum, & fuit temerariũ, cũ nõ possit q.s se astringere ad hoc iuramentum, cum sit cõtra publicã vtilitatem, vt testis, aut non cogitauit istũ casum, & iuramentum ad hoc non extenditur, arg. in c.1. de iureiur.li.6. Et in fi.glo. quod primò dictum est, plus placet Host. & pro prædicta glo. facit c.cum ad quorundam supra eodem titulo. Tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Collegium quomodo constituatur in aliqua ecclesia?*
2 *Abbatissa potest habere iurisdictionem super clericos de iure speciali, non autem de iure communi.*
3 *Insignia an quis possit portare, & ex cuius priuilegio?*
4 *Insignia aliorum non est licitum facere, siue portare.*
Collegia quibus casibus sint permissa.

CAP. XIIII.

Dilecta. Non pñt subditi singulares in præiudiciũ plati exigere signa collegii.h.d. vel sic. Priuati homines rł̃r nequeũt cõstituere collegiũ, & habere signa collegii nisi aliter eis concedat. Prima pars ponit querelã. Scđa dat iudicẽ, ibi: *discretioni.* Casus lit. Presbyteri & clerici Iotreñ. ecclesiæ Meldeñ. diœcesis ꝓpriũ ñ cõsueuerũt habere sigillum, nec sũt vnũ corp⁹ ita, ꝙ capitulũ appellaret: nihilominus ɔ̃ volũtatem Abbatissę Iotreñ ecclesię, q̃ ẽ ipsorũ caput & patrõa, ꝓpriũ sigillũ habere ɔtẽdũt. Vñ Abbatissa significauit hoc d.Pa. vñ mãdat qbusdã, quaten⁹, si eis ɔstiterit ita esse, dictis psbyteris & clericis authoritate d.Pa. pcipiãt expsse, ne psumant vel de nouo fabricat sigillũ, vel vti eo, si fortè nouiter fuerit fabricatũ. B. No. 1. ex tex. ibi, *consueuerunt, &c.* optimũ argumẽtũ, ꝙ i⁹ collegii pt q̃ri ex cõsuetudine, p hoc facit, qđ no. Inno. in c.postulasti, de iure patr.

1 †No. scđo, ꝙ licet sint plures clerici bñficiati i eadẽ ecclesia, ñ tñ p hoc dicũt cõstituere collegiũ seu facere capitulũ, cũ ñ possint exigere signa collegii, nec collegia lr se cõgregare.[b] collegiũ ergo constituit i ecclesia vel p priuilegiũ cõcessũ à supiore p⁹ fundatã ecclesiã, vel si à pricipio fuit ordinatũ qđ ecclia eẽt collegiata, vel si lõgo tpe vixerũt collegialiter, & sunt i quasi possessiõe collegii, de quo vide p Inn. i.d.c.postulasti, & p Io. An. i d.c.à nobis, đ iure pa.

2 †No.3. ꝙ abbatissa pt hr̃e iurisdõnẽ sup clericos đ iure spãli, secus aũt ẽ đ iure cõi. Vltio collige ex tex. quẽ posse se opponere p suo piudicio uolẽtibus indebitè exigere signa collegii.

3 †Et inducit hoc ad qõnẽ. Quidam vult vti priuatis armis alteri⁹, nũqd possit p illũ phiberi? Et priò discutiẽdũ ẽ, nũqd qs possit portare arma seu ĩsignia, & sciẽdũ ẽ q̃dã eẽ ĩsignia dignitatis, qb⁹ licitè vtit existẽs i illa dignitate, & tunc ñ hñs[c] illã dignitatẽ committit falsũ eis vtẽdo l.eos, & qđ ibi not. ff. đ fal. facit c.1. s̃. đ cle. ñ ord.mi. & qđ ibi dixi. Quędã sunt ĩsignia singularis dignitatis, qb⁹ vtũt reges, & pricipes, & nobiles, & istis priuata psona vti ñ pt, vt l.1.C.ne li.po. Quędã sunt insignia seu arma, qb⁹ vtũt priuatæ psonę, & aut vtũt ex cõcessione pricipis, & i dubio vti pñt. Aut cessat pricipis cõcessio, & cõiter tenet, vt quilibet possit sumet sibi certa ĩsignia, siue arma, sicut oĩa noĩa ꝓpria assumũt ad placitũ, vt vn⁹ ab altero cognoscat, vt ĩstitut. de lega. §.si qs i noĩe, & i l.ad recognoscendos, C.đ ige.manu. ita & arma pt qs assumere, vt vna parẽtela discernat ab alia.

4 †Sed an possit sumere[d] arma alteri⁹, vr primò qđ sic. Nã sicut licitũ ẽ assumere, nomẽ propriũ alteri⁹, vt i l.duo sunt Titii, ff.de testa.tute. ita vr, ꝙ ẽt arma possit qs assumere, cũ eadẽ sit rõ i utrisque, & hoc est uerum, vbi ille nõ posset prę

a Sacerdos ẽt p papã nõ põt cõpelli reuelare cõfessionẽ, & uide S.T. in 4.sent.21.disti.q. 3.art.1. ultra medium, ubi dicit, ꝙ null⁹ sacerdos ad reuelationẽ ɔfessiõis põt cogi ab hoĩe, uel liceriari & si sibi pcipiatur sub pęna excõicatiõis nõ timeat eã qa sibi pcipitur ut hoĩ, & scit hic ut de⁹, sđ ad hoc ultimũ uiđ gl. in c.sacerdos, đ pę. di.6.

SEBA. SAPI.

a Per papam. Vide Ang.de Are.& Ang.Arimi. i tracta. malefic. in uerb. che hai tradito la tua patria, & an sacerdoti, cui ẽ aliqd dictũ in pnĩa, nõ tñ in forma cõfessiõis, si pducat in testẽ, an possit testificari, uiđ Fe. in c.itimauit, col. 4.uersi. & istud dictũ, s̃. đ testi. & nũquid possit sacerdos reuelare ɔfessionem de licẽtia cõfitẽtis, uide Fel. in c.1.col.2.uersi. inquantum tenet Abb. s̃. de excep.

b Quot modis cõstituatur collegiũ đ quo p d.Ant.in c. nobis, de iure pa.

c Vide glo.in c.ut apostolicæ, de priui.li.6.

d Possit sumere. Vide Bal.in disputa sua, quæ incipit accusatus đ ui turbatiua, ubi ponit, an notarius utens uno signo, possit prohibere alii, ne utat eodẽ signo & hoc põit ibi in.3. col. ubi ponit qõ. positã hic de mercatore, q habet signũ artis, & concludit, ꝙ si illud signũ etc sibi cõcessam a supiore, poterit aliũ uolẽtem uti phibere, alias nõ & uide d. Ant. in c.ad nostrã cir. fi. de appel. ubi dicit, ꝙ qs nõ potest uti signo proprio in pręiudiciũ alterius, & all. istud c. dilecta, & đ q. hic posita uide p Bal. i.l.in quantũ, in.2 col. de iureiuran. ubi ponit, unum unus mercator

poſſit ſuper ballis ſuis appōeř ſignū alterius mercatoris.Et adde,ꝙ ſi vnū caſtrum habet picta arma alicui⁹ domini ī ſignū ſbiectionis, ſi detur illa arma,dicit̃ priuari dominus ſubiectione,& poſſunt puniri ut rebelles, ita dicūt Do.in c.quicunq; 30.diſ.Itē adde,ꝙ illi,ꝗ faciūt conſtrui eccleſias, & ibi ponunt ſigna ſua non hẽnt meritū, eccleſiæ, ita tenēt Do. recte intuēti in c. duæ ſūt circa medium.45.di.Itē adde qđ qñ aliq ꝑp ꝓditionē expellūt de ciuitate arma depicta ꝑ eorū honore ꝗ ciuitatem amittunt debēt deſtrui tex. eſt & ibi Bald. in l.eorū ff.de pęnis, pro quo illud dictū iuuenalis.Seianus ducitur unco, diſcedunt, ſtatuæ, reſtemque ſequuntur. Ipſas deinde rotas bigarū ipacta ſecuris Cędit, & imeritis frāgūtur cruracaballis.

SEBA. SAPI.

a Omnia collegia. Vide Paul.de Caſ. & d.Bar.ſoci.in l. cum ſenatus,ff.de reb.dub.Feli.in c. accedētes in prin. ſupra de pręſcr.

b Itē ibi,fratri eius &c.facit ad qō.de faciēte pacem cū aliquo,occidēdo, uel uulnerādo ei⁹ fratrem,uel cōſanguineū utrū uideatur frangere pacē de quo uide ꝑ Io. An. in regula,fruſtra,de reg.iur.li.6.in Mer.ꝑ d.Ant. in c. 1. de pac. in ul .col. per Bar.in l. licitatio. §. qđ il licite, ff.de publ.& ꝑ Pe.đ Anc. in c.ſciant cuncti, de elect.lib.6. ubi bo.text. bene etiā facit tex.in c. ꝗ cūque, de ſent.excō. lib.6.de iſta.q.per eundē Pe.de Anc. in c.nuper, de ſen. exc. Sed ponam⁹, ꝙ feci pacē tecū, ſed,poſtea tuus cōſanguine⁹ ꝓhibuiſſet, uide not.in c. petēs,đ homi.ī c. a praſulatus. 1.

tēdere aliquod ꝑiudiciū,ut puta ꝗa aſſumit arma lōgè diſtātia:ſec⁹, vbi ſubeēt illi aliquod ꝑiudiciū,vt ꝗa iſte nouiter aſſumēs ē homo facinoroſus, & exoſus & ꝑp vnitatē armorū timet ille īterimi ꝓpter iſtū ſeu vice ipſius;& ꝑt tūc īplorari offm̄ ſupioris,vt ille ñ vtať eiſdē armis: ꝗa ad ſuperiorē ſpectat quies populorū, vt in l.1.§. quies,ff.de off.ꝑfe.ur.Idē eſt, vbi intereſt reipublicę: vt ꝗa bonus artifex, ſeu mercator vtiť ꝗbuſdā īſigniis,& ali⁹ vult vti illis,vt hēat cōcurſum,& ſic decipere populū. Pōt enim hic ꝑ iudicē ꝓhiberi rōne ꝑdicta. Cōclude ergo ſic, ꝙ ꝗlibet priuatus ēt ꝑt aſſumere ſibi certa inſignia ſeu arma: ſed nō ꝑt aſſumere b ſeu vti armis alteri⁹, qñ tēdit ī ei⁹ ꝑiudiciū,ſeu reipublicæ, & đ his ꝑ Bar.ī tract. de inſig.& armis.† In gl.1. ī fi.hæc gl.nō reddit ſufficiētē rōnē, quare iſti clerici ñ poterāt facere collegiū; & iō ꝓ clariori doctrina p⁹ Inn.hic, & Bar.ī l.fi.đ col 1 le.illici.ſcias,qđ rľr oīa collegia[a] ſunt īterdicta:ꝗa hoīes ñ dēnt facere iſtas ꝯuēticulas,ſeu ꝯgregatiōes, cū ex eis timeať cōſpiratio, ſeu cōiuratio ꝯ̄ principē,ſeu ciuitatē,hoc verum, niſi approbeť à iure gētiū, vel à iure poſitiuo.nam ꝗdā ſunt collegia,ꝗ approbanť à iure gētiū,ꝗdā, ꝗ approbātur à iure poſitiuo.A iure gētiū approbať collegiū ciuitatis caſtri,vel villæ.l.ex hoc iure,ff.de iuſti.& iur.& ꝙ ibi no.nā dēnt hoīes multa agere ī fauorē & cōmodū ciuitatis; ideo oportet,ꝙ plures inſimul cōueniāt, à iure poſitiuo approbanť collegia ipſorū, ꝗ ſunt alicuius artis,vt ſunt piſtores,barbitonſores, & ſimiles:vel alicuius ꝓfeſſionis,ut ſunt ſcholares, vel ſi faciunt cā pietatis, vt ad ſubueniēdum oppreſſis, &c.ꝗa iſti hēnt multa agere ad vtilitatē illi⁹ ꝓfeſſionis, ſeu artis;iō ꝑmittūt iura,ut poſsit ſimul cōuenire,& facere vnū corp⁹.Vñ ad propoſitū hui⁹ c.clerici ſingulares, cū ñ habeāt aliqua cōmuniter expedienda,non pñt propria authoritate facere iſtas cōgregatiōes,& cōſtituere vnū collegium, niſi à principio fuerit ordinatū, ut eccleſia ſit collegiata,tūc.n., cū ipſi clerici debeant ꝓmouere vtilitatē eccleſię, licitè ſe cōgregāt & faciūt vnū corp⁹,ſđ iſti,de ꝗb⁹ in tex. nō repſentabant illā eccleſiā, ſed erāt ſingulr ibi beneficiati.Et de materia collegiorū uide hic per Inno.& in c.cum ab eccleſiarum,de offi.ord. & per Bar.in d.l.fi.de colle.illici.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non debet appellari dominus, niſi de hoc fuerit ſibi praſtitum iuramentum a uaſallis.*

CAP. XV.

Grauem, Qui contra iuramētū negat ꝑlatū dñm ſuū,vel corā ſeculari iudice de ēpo conquerit̃,vel ipſum īuadit, deponi dēt.h.d. & priò deciſè narrat factū, ꝙ ſub triplici diſiunctiua puniri mādat,ibi:*diſcretioni*.Cas⁹ lit. Archidiaconus Ambiañ. ueniens ꝯ̄ fidē homagii ꝑſtitam, & debitā reuerētiā ſemel & ſcđo Ēpum ꝓpriū dñm ſuū eē negauit. Itē ī foro ſeculari đpoſuit ꝯ̄ eū ſuꝑ reb⁹ ſpūalib⁹ qōnē. Itē cām & cōſiliū ꝑbuit fratri ipſi⁹ Archidiaconi, & cōplicib⁹ ſuis aduerſariis Ēpi,& īuaſori Ēpi, & ſociorū ei⁹,ita ꝯ̄ fidelitatē ī trib⁹ peccauit,ꝑp ꝙ ēps Ambianeñ.grauē đ ipſo archidiacono coram dño papa depoſuit qōnē.Vñ mādat ꝗbuſdā,quaten⁹,ſi cōſtiterit ipſum Archidiaconū ſemel & ſecūdò ꝯ̄ fidē & reuerētiā præſtitā Epiſcopū ꝑdictū dñm ſuum denegaſſe: vel in foro ſeculari depoſuiſſe cōtra ipſum ſuꝑ reb⁹ ſpūalibus qōnem:aut tā inuaſoribus epiſcopi & ſociorum eius, quā fratri eius,[b] uel cōplicib⁹ ſuis cām uel cōſiliū ꝑbuiſſe,ipſum eundē Arc. tāquā putridū mēbrū ab Ambiañ. eccleſia ꝑpetuo abſcindāt,& beneficia ſua ꝑ eos, ad quos donatio ꝑtinet,ꝑſonis idoneis faciāt aſſignari.B.†No.1.ex tex. ꝙ Ēps pōt & dēt dici dñs ſubditorū,& ꝙ ſubditus negās eū dñm ſuū dēt acriter puniri,ut hic,cōtra hoc facit c.2.de dona.vbi dicitur,ꝙ prælatus eſt procurator, & nō domin⁹.Sol. dicit Inn.hoc c.procedere rōne præſtiti iuramēti, alias autē nō crederet ſubditū peccare, ſi nō uocaret eum dominū,ſed ꝑlatū,arg.10.q.3.c. cauendum, ꝓ hoc facit ſm Hoſt.ꝗa qui dicit uerum,nō peccat l.eū qui nocētē,ff.de iniur.uel ſecundū Io.An.licet ipſe ꝑlat⁹ dicatur procurator reſpectu rerū, tñ reſpectu ſubditorū pōt dici dñs,mihi placet opi.Inno.ut licet honeſtū ſit, ut ſubditus appellet eū dominū, nō tñ neceſſarium,pro hoc bo. tex.95. diſ.c.eſto ſubiectus, vbi dr ſciant Ēpi ſacerdotes eſſe, nō dños, &c.ſed qñ ꝑſtať iuramētū Ēpo à recipiēte dignitatē,vel eccleſiam ab eo,tūc appellať dñs, ꝓ hoc tex.opt.ī c.cū clerici.ĵ.đ verb.ſin. & de forma illi⁹ iuramēti puto iſtū tex. loq. nā iſte iurauerat obedire dño ſuo, ibi:*ſuum eſſe dominum, &c.* vñ negādo eū poſtea dñm ſuū uenit ꝯ̄ iuramētum, ſed circunſcripto iuramēto nō putarē ſubditū excedere, ſi appellaret eū ꝑlatū,uel patrē,ad hoc qđ no.ī d.c.eſto ſubiect⁹,& in c.ꝗ graui,de crimi.fal.Scđo no.qđ ꝑſtātes cōſiliū & auxiliū cōſpirantibus cōtra Epiſcopū propriū dēnt deponi,& ſētiunt hic doc. ꝙ etiam debent tradi curiæ ſeculari; & ita exponunt uerbum,*abſcindatis*,poſitū in tex.facit.11.q.1.c.ſi ꝗs ſacerdotū: ſed hoc dictū mihi ñ placet, priò ꝑ iſtū tex. ꝗ ſimplr ñ mādat iſtū abſcindi ab eccleſia uniuerſali,ſed ab eccleſia Ambianeñ. ergo ñ dēt tradi curię ſeculari,niſi ſit incorrigibilis,ēt ſi cōiuret ꝯ̄ Ēpm ꝓpriū,licet aliq gl.ſentiāt oppoſitū,ſed de hoc dicendū,ut dixi in c.cum nō ab hoīe,& c.at ſi clerici,de iud.In gl. 1.ibi *fidelitatem & obedientiam* not.gl.ꝙ cleric⁹ recipiēs beneficiū ab Ēpo iurat ſibi nedū obediētiā, ſed ēt fidelitatē, pro hoc tex.in d.c.cū clerici infra de uerbo. ſign.qđ tenuit etiam ibi Hoſt. licet ꝗdā contra,

q.4.& c.ſicut tuis, de ſimo. Et ad primum facit,qđ no. Bal.in.§. pęna iu. qui male iudi.ubi pōit, an iniuria illata familiæ poteſtatis cēſeať illata ptāti, & facit ꝙ no.Inn. in c.dilecti,de appel.& qđ no.in c.authoritate,de priui.li.6.& adđ hic Lu.Ro.in l.licitatio.§.qđ il licite,in fi.ff.đ publi. ubi dicit,ꝙ ꝑ iniuriā uel offenſam factam fratri nō intelligitur rupta pax cū fratre, & hoc dicit tenere Bart. in l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus,in fi.ff.đ uerb.ob.& Bal.in c. 1. qui mo. feu. amit.& dic qđ de hoc uidetur caſus quē ipſi allegant in c.1.in princ.de eo qui īterfe. fra. domini ſui in uſi. feu.& quando iniuria facta uni de familia intelligať facta omnibus de familia, uide per Bar.i l.1.in.1.col. C. ſi quacunque ꝑdi. po. Itē an pro iniuria illata ꝓcuratori,uel negotiorū geſtori meo uel aliæ perſonæ mihi libere ſeruienti agere poſſim actione iniuriarum, uide per Sal. in l.1.C.de iniu.Item ad prædicta uide quod no. beatus. T. in.2.2. q.65. ar. ult.Item adde, quod iniuria facta uni ex ſociis itineris uidetur facta aliis, & ideo alius poterit agere, ita not. gl.& Bar.in l.3.§. ſi tutor inimicus, ff.de ſuſpe. tu.Itē adde, ꝙ ſi habeo pacem cū aliquo, & ille offendat ſocium meum meū uenientem, quod intelligetur fregiſſe pacem ſecundum Io. An.ſing. in Spe. ī de treug. & pa.§.1. ſequuntur domi. Alex.& Areti. in l. ſi ſtipulatus, ff.de uerborū obliga.Aeneas de Falco.

ꝯ̄; ſed homagiū nō pręſtatur ꝓ ſpiritualib. quia illud ꝑſtatur tantùm a uaſallo ratione feudi, quod habet a domino: ſed clericus non eſt uaſallus Epiſcopi, licet ab eo recipiat beneficium,niſi receperit ab eo feudum.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non tenentur obedire Epiſcopo præcipienti aliquid contra eorum regulam a ſede apoſtolica approbatam.*

2 *Sepulturam an & quando poſſunt ſibi eligere religioſi morientes extra monaſterium.*

3 *Eleemoſina facta alicui imagini ſituatæ intra aliquam parochiam cedunt lucro illius parochiæ.*

4 *Religioſi a quibus grauaminibus ſint exempti, & infra.c.prox. in tex.*

CAP. XVI.

Nimis. Ponit.15.grauamina illata religioſis à ꝗbus ꝑcipit prælatos abſtinere. Secūda ibi:*quo circa*.Caſus lit.In c.iſto reprehēdiť auaritia,ſiue auiditas ꝑlatorū, quā exercēt ꝯ̄ uiros religioſos,ꝗ dimiſerunt oīa ꝑp Deū,& enumerantur multa,ꝑ ut in ipſa litera continentur.In fin.mandat papa, quatenus uniuerſi & ſinguli ꝑlati a prędictis grauaminib. deſiſtant, ſubditos ab hmōi arcti⁹ cōpoſcēdo.B.Nota primo ex tex. ꝙ religioſi tenentur uiuere nedū ſm regulā,ſed ēt ſm inſtituta ordinis. nā ultra reľam habēt quaſdam conſtōnes editas ꝑ totum ordinē, ſicut fratres prædicatores, maximè ꝗ ſm eorum regulā poterant hře proprium in cōi,ſed ex conſtōnibus poſtea editis nullo mō hře pñt aliquod proprium ēt in cōi,ut no.Fed.in conſi.12.&pro hoc tex.ĵ.c. ſeq.ī pri.
1 b †Secundo not. ꝙ religioſi non tenentur obtēperare ēpo ꝯ̄ regulā eorū a ſede apoſtolica approbatā,[b] & ꝯ̄ ſtatuta ordinis approbata. Tertio no. ꝙ religioſi nō tenētur confiteri ēpo,uel rectori parochię,uel ab eis recipere corpus Chriſti ſed adinuicē audiūt confeſſiones, uel cōfitētur priori eorū ſm no.in c.1.16.q.1.Hoſt.in ſum.de pęnis.§.cui, dicit,ꝙ abbas dēt cōfiteri ēpo;ſi nō eſt exēptus, & monachi dēť confiteri abbati,ꝗa ꝗlibet dēt cōfiteri ſupiori ſuo,& hoc uř rōnabile,tñ iure nō ꝓbať.nā ꝑal.c.i.16.q.1.vř conferre priuilegiis, ut īter ſe poſſint cōfiterri; & uide qđ ibi not. Archid.
2 †Itē no.ibi:*eligat ſepulturam,&c.*argu. qđ religioſus ꝑt ſibi eligere ſepulturam, & dicit Inn. qđ eſt priuilegium iſtorū minorū & ꝑdicatorum,cùm decedunt extra monaſterium. Hoſt.dicit:ꝙ quilibet ꝑt ſibi eligere ſepulturam,quia refertur hæc electio ad tꝑs mortis, quo abſoluitur ab obediētia ſuperioris,arg.in c.de uxore, de ſepul.ſed hodie dic, ut ī c. fi.de ſepul.li.6.ꝙ nullus religioſus decedēs in monaſterio, ꝑt ſibi eligeř ſepulturā,ſed ſi lōge diſtat a monaſterio, & cōmodè ad illud reuerti ñ ꝑt, tūc ſibi eligere ſepulturā,ꝑt ut ī d.c.fi.& ita ꝑt intelligi iſte tex.Itē not.qđ religioſi ēt mēdicantes,licet nō habeant populum, pñt tñ hře cāpanā & cœmeterium,quod limita,ut no.in c.patentib. ĵ. de priui. Sed circa hoc eſt dubium,nūquid religioſi pñt quoſlibet recipere ad ſepulturā,& hodie de minoribus,& ꝑdicatorib. dicendum eſt ꝙ ſic,ut in cle.dudū,de ſepul. de aliis uero religioſis nō ſic priuilegiatis ſunt opi. Inn. vř velle,ꝙ ſic.Hoſt.dicit de mēte iuris eſſe,vt ſi habent populū, poſſint recipere quoſlibet ibi eligentes ſepulturā:alias autē non, niſi ibidē hoſpitat⁹ decederet.16.q.1.c.1. pl⁹ mihi placet prima opinio quę vř probari in c.fraternitatē,de ſepul.& tenuit Archi. ī ꝑal.c.1.& ita habet conſuetudo.No.ibi:*celebrant primas miſſas,&c.*quod religioſi ēt mendicantes licite celebrent primas miſſas.Itē no. ibi: *infra domorum ſuarum ambitum,&c.*ꝙ de collatis & oblatis religioſiis in eccleſis eorū nō pñt ꝑlati, uel rectores aliarū eccleſiarū aliquid ſibi uendicare, ꝗa dñr eis illa collata intuitu eleemoſynæ, & nō noīe oblationis.
3 †Secus dicit,ubi aliquod oratoriū,uel imago eſſet ītra parochiā alicui⁹,tunc.n.oblationes[c] ibi factę cedūt rectori parochie,hoc probatur per locum a ſpeciali in c.ad audientiam,de eccle.ędi.facit qđ no.in c.paſtoralis,de his,ꝗ fiūt a pręlat.& in rubr. de parochiis &c. Vltimò nota; ꝙ donatio facta pro ordinamentis altaris, & ꝑ libris eccleſiaſticis æquiparantur. Sed quero de ꝗbus religioſis loquiť iſte tex. Sol.ꝗdā dñt,ꝙ de oīb. Inn.vř uelle, qđ loquať de prædicatoribus,& minoribus & habentibus ſimilia priuilegia, & per hoc ibi tex.ꝯ̄ regulam à ſede apoſtolica approbatam, &c. 4 †Ego ſatis puto, quod omnes religioſi rľr approbari debēt eē exēpti ab iſtis grauaminib.de quibus in textu.In glo.fi. quo ad fratres prædicatores,& minores, dicendum eſt hodie, ut habetur in d.cle.dudum.quo ad alios dic,ut le.& no.ī c.reqſiſti,& ī c.fi.đ teſt.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum ab ordine ſcripturæ ualidum eſt.*

2 *Fratres minores, & prædicatores debent uiuere in arctiſſima paupertate,adeo, quod nil poſſint poſſidere,nec annui reditus eiſdem relinqui.*

3 *Fratres minores,& prædicatores, & alij omnes tenentur ire ad proceſſiones, dummodo non fiant ex leui cauſa. 5.*

4 *Epiſcopus an poſſit excōicare religioſos regulares?*

CAP. XVII.

Nimis praua. Pōit duodecī grauamina ꝑdicatorum, & minorum,à quibus ꝑcipit ꝑlatos abſtinere,& ſecunda,ibi:*quo circa*.Caſus liter.Quidam uiri religioſi,ſ. fratres prędicatores, & minores, quorum ordinē & regulam ſedes apoſtolica noſcitur approbaſſe, ī arctiſsima paupertate Chriſto pauperi famulari elegerunt: ſed prælati eccleſiarū,& alii in multis articulis eos aggrauare nituntur, quę enumerātur d in litera. Vñ mādat papa uniuerſis prælatis eccleſiarum, quatenus uniuerſi ſinguli a dictis grauaminib. oīno deſiſtāt & ſubditos ſuos arctius compeſcant ab hmōi.B.
1 d †No.primò ex tex.ꝙ ubi fit mētio de prædicatoribus,[d] & minorib⁹,ſꝑ in ordine ſcripturæ ꝑmittuntur prędicatores,ut hic,& in c.quorūdā,de ele.li.6. & in oīb.locis,ubi.de his fit mentio. Et rō eſt:ꝗa ordo ꝑdicatorū fuit primo approbatus per eccleſiam Romanam, quā ordo minorum,licet parum añ ſm Ioā. An.recitat hic Ioan. Cal.ꝙ ordo ꝑdicatorum fuit approbatus. 1215. anno. ab Honorio tertio,qui ſucceſſit Inn. ꝗ ꝓmiſerat ſe facturum,& eodem anno fuit approbata inſtitutio minorū, & idē tenet Ioa.An.in d.c.quorundā, in nouel. de minorib.tñ ibi non facit mētionem. Et ex prædictis uerbis not.ordinē ſeruandū circa iſtos religioſos in honoribus deferendis,ut illi magis honorētur quorum regula prius fuit approbata.
2 †Secundò nota,ibi:*in arctiſsima paupertate &c.*quod fratres nedū minores, ſed ꝑdicatores,dñr eē in arctiſſima paupertate,ut hic,iō, ꝗa ñ pñt hře aliquā proprietatem nec in particulari, nec in cōi ſđ dēnt uiuer ex eleemoſinis.vñ mēdici

a Qui dicātur mēdicātes, pōit Bal. in authē. ingreſſi. in 5.col.C. de ſac. ſan.eccle.

SEBA. SAP.

b Approbatā .imò non tenetur religioſus obedire Papę ī his, quæ ſunt contra regulā ſuā ut per Fel. in c. ſi quādo,col.3. uer. ꝑterea dixit Hoſ. ſ. de præſcrip.

SEB. SAP.

c Oblationes. Vide Ang. ī diſputatione inci. In refulgenti delitiarum palatio,cum allegatis per Felin.in c.dilect⁹, in prin. ſ.de offi.or.& Maria. Soci. in tract. de oblatione.

SEB. SAB.

d Prædicatoribus. vide multa ꝑ Fel. In rub.ſ.de maio. & obe.col.5.uerſ. fratres prędicatores.

a An religiosi teneantur uenire, ui de tex. in c. cũ olí, ĩ fi. el. 2. de priu. Et an oẽs clerici tãq; sũt in ciuitate, q; in diœcesi, teneãtur uenire ad letanias, uide oino. do. post Arch. ĩ c. qñ in fi. 38. dist.

b Quotuplex sit clauis ecclesiæ. Et adde hic d. Ant. in c. firmiter. §. una, & sũ. tri. in uer. no. ex lra. & uid Bal. q; eccl'ia hẽt duas claues, s. clauẽ sciẽtię, & clauẽ potẽtię, sciẽtię quæ nihil scit, cũ ipsa sit imperiũ & de istis clauib. ecclesiæ, & earũ effectib. uide omnino late p. S. T. in. 4. sent. dist. 1. 18. q. 1. ar. &. 3. nã in preal. art. circa fi. tenet, quod sint duæ claues tm̃ nõ una, nec plures, quã duæ. Item q; hẽat claues istas ecclesiæ, & d earũ effectu, uid multas qõnes quas põit. vide oino late p S. Tho. in. 4. sentẽ. dist. 19. q. 1. ar. 2. nã ponit, ibi utrũ sacerdos legales habuit, & utrũ à Xpo habuit claues, & utrum soli sacerdotes habeãt claues, & utrũ sancti hoĩes non sacerdotes usum clauiũ habeant, & utrum sacerdos possit uti claue, quã habet ĩ quẽlibet hominẽ, & utrum sacerdos possit subditũ suũ absolu ere, & utrũ aliquis possit uti clauibus in suũ superiorem. Itẽ adde hic Per. de Anch. ĩ rep. reg. pcẽm, in. 3. op. prin. circ. fin. ubi pulchre põit, qualiter sũt duę claues eccle. się, non una tantũ q; quo uide doct. in c. ut constitueretur, in. 3. no. per istum tex. 50. dist. Item de multiplici genere clauium ecclesiæ uide omnino. Cal. in repeti. c. nostro, in. 43. col. de pœniten. & remiss.

tas ĩ certas dẽt eis tribuere necessaria, ad hoc c. 1. d excess. pl. li. 6. & d rel. do. c. 1. eo. li. & qd̃ no. ĩ d. c. quorundã, & pluries dixi, q; sicut fratres minores ñ pñt hre annuos redit⁹ ppetuos, ut in cle. exiui, d paradiso. §. cũq; ãnui redit⁹, d uer. signi. ita nec fratres p̃dicatores, qa dẽnt ẽuire deo ĩ arctissima paupertate, ut hic dr. vñ relicta, q̃ cõiter fiũt ĩ hac ciuitate Senarũ hospitali sãctæ Mariæ d la scala cũ hoc onere, ut det certũ annuũ reditũ annuatim p̃dicatorib. & minorib. & aliis mẽdicãtibus religiosis, nõ. ualẽt, qa eẽt hre ,pprietatẽ quãdã, & tot possent esse annui reditus, q; ñ oporteret mẽdicare qd̃ est ꝯ regulã, & instõnẽ eorũ, p̃dicatores tñ nõ sunt incapaces ex regula eorũ, sed ex constõnibus, quas postea cõiter fecerunt, de prędictis uide p Fede. cõsi. 12. & seq. & p Io. de Li. post Bar. in d. cle. exiui de paradiso. †No. 3. ibi. *cũ processio naliter ueniant, &c.* tex. fing. q; fratres p̃dicatores, [a] & minores nõ tenentur sp̃ire cũ epo & clero ad processionẽ, & no. q; dicit; *ex leui causa*. Secus ergo ẽm doct. si ex magna cã fieret processio, ut puta in nouo introitu epi, uel legati. uel iminẽte peste, seu alio flagello, uel ad gñales letanias, q̃ fiunt post pascha ante festum Ascensiõis. Pro p̃dictis facit. 16. q. 1. c. re uertimini, & d cõse. dis. 3. c. rogationes. nã q; oĩb. iminet, ab oĩbus debet explicari, de offi. Archi. c. ad hoc, & in c. 2. ꝟ. de elect. & idẽ p oĩa puto de aliis religiosis, ut teneãt, p istis, & si ĩb. causis ad ,pcessionẽ uenire, sec⁹, ubi ,pcessio fieret ex leui cã. & põdera tex. ĩ prin. q; uł tm̃ de prędicatorib. & minorib. facere mentionẽ cã exẽpli, ut patet ibi; *ut puta fratres &c.* & ea q̃ dñr cã exẽpli, nõ restringunt dispõnẽ gñalẽ, ut in c. 1. ne cle. uel mo. Vnde dico, q; oẽs religiosi, ut q̃ti⁹ intẽdãt diuinis, nõ dẽnt ex leui cã cõpelli, ut ueniãt ad processionẽ, sec⁹ aũt ex magna cã, ut dixi. †Quarto no. q; de iur cõi oẽs religiosi ẽt p̃dicatores, & minores sunt subiecti Epis locorũ. nã oẽs tã religiosi, quam seculares clerici subiecti sunt epis locorũ de iure cõi, ut in c. cũ ue nerabilis, de reli. do. & 18. q. 2. p totũ: sd̃ sunt exẽpti ab istis, de qb. hic, & à qbus dã aliis a iurib. expressis. Sed hodie isti p̃dicatores, & minores sunt ex toto exẽpti a iurisdõne Eporũ, vñ nõ p̃nt ex qua cũq; cã ab eis excõicari, circa hoc tñ inspiciẽda essent eorũ priuilegia, & ẽuãda ut in c. porro, d priu. †Et aduerte. q; licet tpe hꝰ c. isti p̃dicatores, & minores essent subiecti epis. nõ puto tñ, q; pp exẽptionẽ postmodũ eis concessam, releuẽtur ab illo onere ueniendi ad processionẽ ex cã magna fiendã. nã exẽpti ex multis causis subiiciuntur Etpiscopis, ut in cã hæresis, & in qbus dã aliis, ut in c. ad abolendam, de hre. Itẽ rogare deũ ,p salute populi oĩb. clericis imminere debet tã exẽptis, q̃ nõ exẽptis, ar. in c. reuertimini, ꝑalleg. Quinto no. ibi: *uillas &c.* [b] qd̃ ẽt in uillis licite religiosi p̃nt hre monasterium, debent tñ honorabiles esse, ut hic innuit tex. ibi. *ad honorabiliores, &c.* Vlt. no. q; isti fratres non debẽt nec tenenẽ soluere decimas de fructib hortorum sunt ergo in hoc priuilegiati; iõ dixi de horto, & nõ de aliis, quia isti mẽdicantes nõ p̃nt hre alia p̃dia ꝓter hortos, ar. in d. cle. exiui. In glo. in uer. *de hortorum*, in fi. de aliis religiosis nũquid teneãt soluere decimas, dic ut le. & no. in c. nup. r, & c. ex parte tua, ꝟ. de deci.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui sine culpa sua non potest residere in beneficio metu tyranni, non est sibi imputandũ, adeo, quod tanquã in eo nõ residens non debet eo priuari.*
2 *Clericus homicida, uel irregularis non est ipso facto priuatus beneficiis, sed priuandus, si homicidium, uel irregularitas fuit post collationem.*
3 *Ciuitas si est interdicta, non censentur interdicta singulæ personæ, adeo, quod clerici illius ciuitatis poterũt celebrare diuina in alio loco.*
4 *Clericus si celebrauerit in loco interdicto, uel si ipse sit interdictus, & celebrauerit, incurrit irregularitatem, a qua per solum Papam dispensabitur.*
5 *Irregularitatem an incurrant illi clerici, qui exercent aliqua officia in ecclesia, ad qua non sunt ordinati.*
6 *Irregularitatem an incurrat, qui audiuit diuina ab irregulari, uel ille ,qui facit irregularem celebrare?*

CAP. XVIII.

Anta. Violans interdictũ iuri sdõne & clauium potestate se priuat. h. d. uel aliter sic. Non seruãs interdictum suspensus est. ab offo, & bñficio, & ab oĩ iurisdõne h. d. ẽm unum intellectum. Primo ponit & aggrauat culpas Epi. Secundo, ibi: *licet autem*, recitat cessionem *ipsius*, & culpas aliorum fautorũ, & irritos decernit actus post interdicti sniam uio latam. Tertio, ibi: *quia uero*, punit fautores, qui beneficia receperunt, & qui interdictum uiolauerunt, & qui illud seruantes oppresserunt, & eos citari mandat ad curiã. Casus lit. Do. Pa. pp quosdã excessus quorundã cõmissos in quosdã canonicos, & platos, & clericos, & res presbyterorũ regnum Portugaliæ supponit interdicto. P. Eps Colubriensis ab initio cepit seruare interdictum, tandẽ mutato consilio uiolauit temere interdictum, delinquendo in dñm papam, q; tulerat ipsum, & ecclesiã Romanã, contemnẽdo Petri claues, & lędendo ecclesiasticam potestatem, & alios induxit, imo compulit nõ seruare interdictum, & quos inducere non potuit, post multas iniurias spoliauit eos dignitatibus, prebendis, & beneficiis suis, & eos coegit exulare interdicendo & excommunicando eosdẽ, & conferendo prędicta beneficia fautorib. suis. quę oĩa idẽ epus in præsentia papę & fratrum ipsius publicè recognouit, renuntiãs Episcopatum in manu domini papę sponta nea uoluntate. & licet ille renuntiauerit, uolens, tamen dominus papa ut illi, qui sniam interdicti uiolauerant, & receperunt bñficia aliorum, q; sine cã rõnabili non debuerant spoliari; non ef fugiant impuniti, ne facti peruersitas trãseat p̃sumptorib⁹ in exẽplũ, decreuit irritas & ina nes oẽm institutionẽ, destitutionẽ, collationẽ beneficiorum, & dignitatum p̃sumptas perdictum episcopum, & excõicationis, & interdicti sniãs in quoscunque prolatas ab eo hac occasione post uiolationẽ interdicti. Quia uero, ubi magis exceditur, grauius est vindicãdũ, mãdat pa. Archiepo Bracharen. quatenus oẽs illos, quos epus intrusit in bñficia & dignitates aliorũ, nõ solũ a beneficiis ipsis, uerũ ẽt ab aliis (si quę obtinent) dẽat remouere tã p̃sumptores p̃dictos, q̃ oẽs alios, qui uiolarũt dãnabiliter interdictum, ab offo, & beneficio suspendẽdo. Et illos, quos ꝓstiterit man⁹ temerarias extẽdisse ĩ psonas, & res p̃dictorũ canonicorũ, & platorum, & clericorum, ad psentiã papæ uenire compellat pœnitentiam ,p meritis recepturos. inuocato ad hoc, si op⁹ fuerit, brachio seculari. B. No. 1. ex tex. q; ptãs ecclesię appellatur clauis. ♦ Et aduerte, quia

qa in principio loquit in singulari, & inuit unã eẽ clauem ecclesiæ: sed postea loq̃t in plurali, & inuit eẽ plures, vt patet, ibi: *Petri claues &c.* & dic, q; ĩ ueritate una ẽ clauis, & ẽ una ptãs: sed ĩ plurali dñr qa ultra ptãtẽ dẽt hre platus discretionẽ. una est ergo clauis ptãtis, alia discretionis. vñ dicimus q; papa ꝑt oĩa claue non errante, de quo. 14. q. 1. c. manes. vide pro p̃dictis bonam gl. in c. decretales. §. 1. 20. dis. in uer. dedit, & quod notat Inn. in c. quanto, de consue. Scd̃o no. admittendam spontaneã cessionẽ prælati, qui ob delictum suũ priuandus p sniam uenit. Et est sanum consilium ad uitandum dedecus & infamiam, ut prius cedat, q̃ expectet sniam, arg. eorum, quę leguntur & notantur in. l. 1 si reus, ff. de procu. & in c. licet Heli, supra de simo. †Tertiò no. q; clericus non ualens in beneficio suo resider pp potentiã tyranni, seu iniqui domini, non debet priuari beneficio suo tanquam non residens. non enim sibi est imputandũ, si sine culpa exulat; p hoc c. pastoralis. 7. q. 1. & quod no. Inn. ꝟ. c. proxi. facit. 50. dist. c. satis peruersum. Not. 4. ibi; *post interdicti, uiolationem, &c.* Tene menti istã literã, q; per interdictũ nõ suspendit iurisdõ plati ẽt circa spualia. hic. n. irritatur dumtaxat snia excõicationis, & interdicti, & collatio nes beneficiorũ, & institutiones attentatæ post uiolationẽ interdicti. facta ergo añ interdictũ tenẽt. uirtus ergo interdicti ecclesiastici refert dũtaxat ad exercitiũ ordinis eccle siastici, nõ ãt ad iurisdõnẽ. Et ex hoc & ex litera ifertur, q; p uiolationẽ interdicti qs pdit iurisdõnem. uñ suspẽdit eo ipso ab oĩ ptãte, & ad hoc est ista litera singularis ẽm uerũ 2 intellectũ. †No. 5. q; violãs interdictũ ẽt papę nõ ẽ ipso facto priuatus bñficiis, nec excõicatus, sed priuãdus p sniam, suspẽsus bene ẽ ẽm cõem itellectũ. nã ẽt homicida & irregu a laris nõ ẽ ipso facto [a] priuat⁹ beneficio suo, si homicidium seu irregularitas secuta ẽ ipsam bñficii collationẽ, ut a ꝑte probaĩ in c. ex lris, ꝟ. eo. facit c. clericis, ꝟ. ne cle. vel mo. & sic itellige Inn. i c. cũ nostris, de cõcess. pb. Sexto collige q; initicientes manus temerarias in clericũ nedũ tenentur pro absolutione ire ad sedẽ apostolicã, vt in c. si quis suadẽte. 17. q. 4. qd̃ tñ limitandũ est, ut dicã in c. peruenit, de sen. excõ. sed possunt compelli ad mandatũ papæ ire ad curiã, ut per cũ ibidẽ puniant. nã isti tales, licet laici, sacrilegi sunt, & rõne sacrilegii sortiunt forũ ecclesiasticũ, ut in c. cũ sit gñale, de so. cõp. Vlt. p̃t hic colligi delegatũ papę posse pro execu 6 tione delegationis suę inuocare auxiliũ brachii secularis de quo tñ dicendũ, ut not. in c. significasti, de of. deleg. ubi c plenè dico. In gl. in uer. *irritas* hęc gl. multũ intricatè ,pcedit, & cõcluso sua ſtat ĩ hoc, q; violãs interdictũ ẽ irregularis & suspensus ab oĩ offo, & bñficio, & iurisdõne, & ut habeat clare tota materia tria uidẽda sunt. †Primo, nunquid 3 loco interdicto censeantur interdictę personæ. Secundo de pœna interdictũ uiolãtis. Tertiò, qñ qs dicat uiolare in b terdictũ, & sic qñ incurrat irregularitatẽ. *b* & ĩ hoc ultimo videbit effect⁹ interdicti. Quo ad primũ cõclude (q; qd dicat gl.) q; loco interdicto psonę nõ sunt directę interdictę sed respũ ad illũ locũ duntaxat. vñ, si interdiceret hęc ciuitas, & nõ psonæ, licitæ p̃nt clerici hꝰ ciuitatis celebrare in aliis locis, qa respũ aliorũ locorũ non sunt personæ interdictę: sed hic nõ p̃nt celebrare, tãquam psonę censeãtur suspensę quo ad locũ interdictũ duntaxat, nõ alibi; de hoc ẽ 4 tex. in c. si snia, & c. is qui, de sen. excõ. lib. 6. †Quo ad ẽm conclude, q; celebrãs in loco interdicto, uel si persona est inter dicta & celebrat, incurrit irregularitatẽ, a qua p solũ papã liberari p̃t, ut in ꝑal. c. is qui, & est suspẽsus ab oĩ ptãte clauiũ, & offo, & rõ est, qa (ut dixi) interdictus simpl'r, vel respũ loci est suspensus, ut in c. is q, de sen. excõ. li. 6. Si ergo celebrat, incurrit irregularitatẽ, ut in c. 1. de re iud. in 6. & irregularitas hoc intẽdit, ut nõ possit iste seq regulas traditas ab apostolis, & ecclesia, sicut alii clerici, ut no. in c. de re iud. li. 6. ergo (ut dixi) ipso facto suspensus. nã & iurisdõ cõpetens plato habet dependentiã ab ordine post eius collationẽ, ut no. in c. cũ dilectus, de cõsuet. nõ tñ p hoc est priuatus bñficio suo ipso facto, ut hic ,pbat in tex. †Quo ad tertiũ principale cõclude post Innoc. & doct. quod illi incidunt in irregularitatẽ nõ seruãdo interdictũ, q; exercent aliq̃d deputatum alicui ordini ecclesiastico, & hoc faciũt tãquã clerici, qd̃ ,pcedit, siue sint psbyteri, siue inferiores clerici, ut dixi ĩ c. 2. de cle. ex. mini. vñ si diaconus b dicit euãgeliũ, uel subdiaconus epistolã tãq̃ subdiacon⁹, uł acolyt⁹ exercet offiñ suũ tãq̃ acolyt⁹, efficit irregularis, ut in d. c. 2. & ibi dixi: secus aũt, ubi exercet aliquid non deputatũ certo ordini. Vñ cãtans. respõsoria, uel dicẽs psalmos nõ officiãdo principal'r ecclesiã, sed ut quilibet alius, nõ efficit irregularis, & bene ẽm Inn. Idem in bñdicente missam, arg. 44. dist. c. fi. qa illud non est deputatum certo ordini: sed cõsuetudine illud exercet indistinctè ẽt a non ordinatis, ut est uidere in epistola, q̃ ex cõsuetudine cõi dr sine apparatu p quẽcũq; . vnde si suspensus, uel excõicatus, uel interdictus tali mõ diceret epistolã, nõ incurrit irregularitatẽ. Idẽ, si exercet ea q̃ sunt iurisdõnis. Vñ tpe interdicti non est irregularis aliũ excõicãs, uel absoluẽs, dum mõ non absoluat tãquam sacerdos, uide c licet cũ solemnitate, de qua ĩ c. a nobis, el 1. de sent. exc. Conclude ergo breuiter, q; iurisdictionalia nõ sunt prohibita tpe interdicti, nec exercens ea tẽpore excõicationis efficit irregularis. Idẽ si non sunt deputata certo ordini, uel si sunt deputata, tñ ex consuetudine exercentur p quẽcũq;. refertur ergo interdictũ ad ordinẽ, & ad quędãm alia, de qb⁹ in c. nõ est, de sponsa. & c. quod in te, de pœ. & rem. & c. fi. de sent. exc. lib. 6. † Sed circa prædicta dubitat, qd de audiente diuina? [c] Conclude post doctores maximè Host. q; aut audit diuina ex deuotione quadã, & iste nõ est irregularis. licet male faciat Aut audiuit diuina authorizando, ut quia platus p̃cepit celebrare, & tunc efficitur irregularis, qa iste ingerit se diuinis, & uiolat interdictũ, & hoc innuit uerbũ: *uiolauit &c.* de quo in tex. & uide gl. in cle. Archiepo, de priuil. Cauea t ergo platus tpe excõicationis, suspensionis, uel interdicti, ne faciat corã se celebrari, aut interſit celebrationi, qa uidetur tunc authorizare.

De noui ope. nunt. Rub.

Continuatur hæc rub. supra uisum est de excess. prælin genere, nunc restat uidere in spẽ de excessu, q; fit in ędificãdo, uel ꝑt sic continuari. Supra uisum est de excesibus pl. in subditos, & ẽt de excesibus subditorũ in platos. Verum quia qñque aliqui delinquunt in contẽptũ iuris seu superioris, ideo subiicitur hæc rubrica, de noui operis nuntia. & quando dicatur nouum opus, & de solemnitate adhibenda in denuntiatione, & in quibus rebus habet locum hæc denuntiatio, plene no. per gl. ꝟ. eodem. c. 2. & dic ut ibi, &c.

ZACHAR.

a Non est ipso facto. Adde An. Corse. fin. 307. in uertestis, inc. Clericꝰ homicida, & istũ in c. nisi, num. 4. & qd̃ ibi notaui in apost. ad ipsum in uersi. ipso iure, de renun.

Incurrat irregularitatẽ nota circa mãm irregularitatis, de qua uid̃ plenissime p Spe. in ti. de leg. §. iuxta, per totum illum. §. q; durat per sex chartas, & per Arch. in c. fi q; s psbyter a suo epo 11. q. 3. & adde Io. And. in d. c. 1. de re iud. in. 6. & hic. Et qñ sacerdos suspẽsus celebrat, nõ solum sacerdos, sed & clericus ei sciẽter ministrans in currat irregularitatem, uide Arch. in c. si quis eps in consi. 11. q. 3.

De audiẽte diuina. Vide Inn. in c. 1. in glo. sua, quę est super uer. à diuersis, de sent. exc. in. 6. & q; suspensus audiens solum diuina incurrat irregularitatem, tenet Arc. in c. si q; s presbyter a suo episcopo. 11. q. 3. & de hoc uide Do. ĩ d. c. 1. §. fi. de sent. exc. in. 6. in. 1. col. & per doc. in c. is cui in prin. ĩ. 2. co. uer. q d si ille, d sẽ. exc. in. 6. & per Io. Cal. in trac. de ec. inter in. 6. mẽbro in. 23. q. & cũ hoc q; dicit hic iste, concordat Do. in c. testm̃, ĩ 3. col. 6. di. & alle. Inn. hic & gl. in d. cle. Archiepiscopo.

SEB. SAP.

a Causa ecclesiæ. uide de Arch. in c. cõtinua. 11. q. 1. & Ab. in c. eccl'ia sanctæ Mariæ, col. 6. đ cõsti. Fel. in c. 1. col. 9. uer. tertia declaratio, e. ti. de constit. & ibi an papa possit tolle'leges quo ad forum secular, & late Dec. ĩ c. clerici, s̃. đ iu.

b Adde hic Arch. in c. si inter Epos, 6. q. 4. ubi dicit, ꝙ leges sunt recipiendæ, qñ nõ obuiant canonibus, sed si obuiant, sunt reprobãdæ. Itẽ uide gl. in uer tẽporaliũ, in c. cũ ad uerũ. 96. di. & do. in c. constitutiones. 10. di. Et uiđ ꝙ elegãter scripsit Io. de Imo. in repe. c. cum contingat, in 4. col. de iureiur.

c An leges debeant seruari in utroq; foro, uel e contra. sup quo uide plenissime Pe. đ Anc. in repe. c. canonũ in. 26. col. uersi. 1. q̃ro, cũ uer. se. s̃. de consti. & uide oĩo qđ no. Bar. ĩ l. priuilegio, & l. oĩ nouatione, ubi per Bal. C. de sacr. sã. eccles. & adde hic oĩno vnũ uerbum qđ no. d. An. ĩ c. ex parte decani, sup gl. in uer. dicebãt, đ rescr. & adde, ꝙ qñ sunt opiniones ĩter legistas recurrit ad papã ꝓ decisiõe, text. ẽst quem ibi no. d. Ant. in. 1. col. in c. ꝑ uenerabilẽ, uer. rõnibus, ꝙ. fi. sint le. & in c. sup literis, queibi ẽt no. d. Ant. de rescrip. & in c. 1. de iur. cal. & idem dicit d. Ant. ĩn. c. fraternitatis, đ testi. in. 34. col. & ideo dicit, ꝙ cũ cle. 2. de test. decidat id de quo erant magnæ altercationes ĩter legistas, seruãda erit ẽt in foro seculari inter laicos, adde hic Bal. in sua marg. Inn. in uer. lex, in. 6. q. Item adde hic, qñ in causa feudarũ non reperitur casus decisus per cõstitutiones feudorum, debet re-

SVMMARIVM.

1 *Nuntiatio noui operis habet locum etiam quando ecclesia ædificatur, & opus post denuntiationem constructum debet destrui expensis ædificantis, uide. j. c. prox.*

2 *Imperator non potest ligare Papam, sed bene potest ligari a papa.*

3 *Causæ ecclesiastica in defectum canonica prouisionis possunt per leges ciuiles decidi.*

4 *Ius ciuile non dicitur præiudiciale ecclesiis, quando potest se habere ad præiudicium, & fauorem.*

5 *Ius canonicum seruatur in utroque foro in concernẽtibus animam, uel interpretatione iuris diuini, & in quibusdam alijs, de quibus hic.*

6 *Ius canonicum seruatur in utroque foro in casu, in quo ius ciuile non prouidet.*

7 *Ius canonicum & ciuile si discordant, & utrumque sit rationabile, utrumque seruabitur in foro suo.*

8 *Ius ciuile an & quando seruabitur per clericos.*
Statutum, quòd agnati excludant fœminas, habet locum, si agnatus sit clericus.

9 *Attentata post nuntiationem noui operis sunt irritanda, secus post appellationem, extraiudicialem, & quæ sit ratio differentiæ, uide hic.*

10 *Nuntiatio noui operis non operatur, quod ædificium postea constructum destruatur, quando notoriũ est nuntiantem nullum ius habere: secus, si dubitatur.*
Citatio impune potest sperni, ubi notorium est ipsam non posse fieri.

11 *Exceptio peremptoria potest opponi ante litem contest. quando notorium est ipsam competere.*

12 *Res aliena si fuerit inuito uel ignorante domino consecrata non debet desacrari, sed est satisfaciendũ domino de interesse suo.*

CAP. I.

1 INtelleximus. † Aedificium post nuntiationem noui operis demoliri debet expensis cõstruentis. h. d. uel aliter & sic. Etiã ecclesia ędificata post nuntiationẽ noui operis destruenda est expensis construẽtis. Hoc dicit cum sequen. In prima cõsultatio. In secunda responsio. ibi *quia*. Casus lit. Clerici de Rodigio cœperũt ędificare quandã capellam in preiudicium baptismalis ecclesię de Costa pertinentis ad priorẽ sancti Cypriani de Venetiis. Ex parte ecclesię baptismalis denuntiatum fuit nouũ opus clericis de Rodigio, ne in pręiudiciũ ipsi⁹ ecclesię illã capellã ędificarent. Ipsi spreta denuntiatione processerunt in opere. Vñ super hoc ad petitionem prioris sancti Cypriani de Venetiis cõmissa fuit cã Paduano epo. Eps, quia de no. ope. nunt. in canonibus non reperitur, quęsiuit a papa, qualiter super hoc esset procedendũ. Quia uero sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacri canones principũ cõstõnib⁹ adiuuantur, mandat pp̃ eidem epo, quatenus diligenter consideret, ꝙ si post denuntiationẽ noui operis b siue iure, siue iniuria, aliqd cõstruat, ẽm leges dẽt demoliri, & ẽm canones nulla ecclesia in præiudicium alterius est con c struenda. Vñ negotiũ ipsum tam ẽm leges, quã ẽm canones non differat terminare. B. No. 1. ex tex. quẽ posse denuntiare nouũ opus nomine ecclesiæ sibi subiectæ, & hoc, quia sua interest rõne subiectionis, sicut. n. pro subiecta ecclesia qs p̃t agere, ut in c. fi. de succes. ab intest. in clem. 1. de rescriptis, ita & opus nouũ nuntiare. ista enim ecclesia baptismalis erat subiecta isti priori, iõ prior hic fuit

2 admissus. † No. 2. ꝙ leges famulantur canonibus, canones uero debent adiuuari cõstõnib⁹ legũ. Et est rõ, qa Imperator uelit nolit, quosdã canones tenetur seq & obseruare, ut in c. fi. de pręscrip. & qđ ibi nota. & . j. dicam; sed nõ est sic in ecclesia. necessario enim nõ tenetur obseruare leges, sed eas approbat qñq; in auxiliũ suũ, & est rõ rõnis, qa Imꝑator cũ

a sit inferior, p̃t ligari [a] a pp̃ sed non ligare, ut in c. cũ inferior, de maio. & obed. in auth. de eccl. tit. in princi. & l. 1. C. de

3 sum. trin. † Not. 3. ꝙ cã ecclesiæ debet decidi per ius ciuile in defectum canonũ, omnes. n. leges principũ non ꝯdicentes canonibus sunt approbatę ꝑ ecclesiã, ut patet hic, & ad hoc solet quotidię alegari iste text. Et idẽ dicendũ est de constõnib. approbatis ꝑ principẽ, hoc dico ꝑp edita a iuriscõsultis, quę fuerũt post ea approbata ab ĩperatorib⁹, ut patet in libro ffõrũ. nã & illa debẽt iura pricipũ dici, quia oĩa nostra facimus, &c. vt in. l. 2. C. de uete. iu. enucleã. & in c. si apostolicę, de pręben. li. 6. † No. 3. 4. & tene mẽ

4 ti. tex. ꝙ iura ciuilia nõ dñr ꝑiudicialia ecclesiis, qñ pñt se habere ad pręiudiciũ & fauoẽ & hoc dico, quia licet cautum sit, ꝙ lex imperialis damnosa ecclesiis non sit recipienda, ut not. in. c. fi. de sol. tñ non dr̃ pęnalis, quãdo disponit gñaliter. & potest, se habere ad cõmodũ & dãnũ. unde ẽt ecclesia cõstructa post de nũtiationem noui operis uenit destruẽda authoritate legũ. Not. 5. ꝙ cã nõ existente, nõ debet capella, seu ecclesia ędificari intra limites alterius ecclesiæ. rõ est qa oĩa spũalia illius parochię. sunt attributa illi ecclesię parochiali. unde ꝑiudiciũ illi gñaretur saltẽ facti, si alia esset ecclesia ibi ædificata, queẽadmodũ si un⁹ Eps uellet exercere epãlia in diœcesi alterius Episcopi. Vltimo no. ibi: *secundum legem, & canonum statuta, &c.* ꝓ libello sustentando, in quo dr̃, peto iustitiam mihi fieri ẽm canones, & leges, uel ẽm leges, & statuta, seu consuetudines. pñt ergo multę spẽs iuriũ simul accumulari in eo. libello. Et not. ꝙ eadẽ cã põt terminari ẽm leges, ubi ẽt concurrunt canones, quia fortior uĩ ille casus, uel illa decisio, ubi concurrit duplex dispositio, & sic intellige not. in c. si in adiutorium. 10. di. † In glo. in uer. *adiuuantur*, in fi. dic post Ioan. And. & Cal. addẽdo[b] aliqua, cũ queritur, an & quãdo debeãt obseruari leges, uel canones in utroque foro,[c] quod aut sumus in mã concernente peccatum, uel interpretatione directa iuris diuini, seu in uarietate opinionũ, & tũc ĩ utroq; fore ẽuand⁹ ẽ cas⁹ canonis, seu ipse canõ, & ñ lex ciuilis: qa ĩ istis

curri ad ius cõe, ut in c. 1. de feud. & tenet Ober. de Horto in sum. de feu. in uer. q̃ iura obseruẽtur in feudis, & tunc si reperitur contrarietas inter ius ciuile & canon. qđ rõne iuramẽti, qđ interponitur sup feudo debet seruari dispositio iuris cano. ita sin. determinat Bal. in c. imperialem, ĩ. §. fi. de ꝓhi. feu. alie. per Fe. ĩ usi. fe. ex quo infert, ꝙ pares curiæ poterunt recusari, si iusta subsit causa, licet sint ordinarii, cum de iure cano. ordinari⁹ recusetur, ut in c. cum speciali, cũ si. de app. licet secus sit de iure ciuili, ut l. apertissimi, & in auth. si uero contigerit, C. de iudi quod ꝑpetuo tene menti. Idem uide omnino Petr. de Ancha. in repeti c. canonum, in. 16. columna, uer. ultim. non omitto, de constitut. & uide omnino Bald. in cap. fin. in penultima colũna, uersiculo sexto quæro nunquid hæc decretatio de præscriptione. Item quando leges ciuiles, uel cõsuetudines laicorũ sint ẽuandæ, in iure canonico, uide oĩno ꝑ Do. ĩ c. lege, in fi. 1. col. & melius & lati⁹ ibi dẽ in 4. col. 10. di. & uide oĩno, qđ de hoc scripsit d. Bar. đ Bel. in suis recollectis in c. 1. circa prin. đ re iu. *De* statutis ãt laicorũ qñ sint seruãda ĩter ꝑsonas eccle. põit d. Ant. ĩ c. eccl'ia sanctæ, Mariæ, đ cõst. & latissimẽ post eũ scripsit d. Par. de Bel. Itẽ đ ista mã, q̃ ponit do. Ant. & do. Abb. uide ĩ terminis elegãtissimẽ ꝑ do. Ant. ĩ c. clerici in ult. col. de iud. ubi sing. loquitur. Itẽ adde, qđ no. d. Io. An. ĩ c. eccl'ia, el 1. ut li. pẽ. & ibi refert & sequit. d

Ant. in fi. ubi dicit ꝙ oẽs leges iperiales ꝑ canones sunt approbatæ. Itẽ adde illud, qđ dr̃, ꝙ canon seruandus ẽ in foro ciuili, qñ lex ciuilis nutrit pctm̃, ut no. glo. in re. possessor, ĩ vi. cũ concor. & hoc uerũ nõ solum si lex ciuilis nutriet peccatum mortale, sđ ẽt si nutriret ueniale; ita sing. dicit d. An. ĩ c. fi. circa prĩ. de pręscri. Et idem dicit ibi Io. đ Imo. in repe. in. 1. co. ad hoc in simili no. ꝑ Arch. & Io. An. ĩ c. q̃uis, de pac. lib. 6. Itẽ appellatiõe legũ cõprehendunt et canões, ut dicit do. ĩ. c. Nicena synodus, in. 2. no. 31. di. & alle. iur. & ui đ ad idẽ no. ĩ. c. cõcubina, in fi. 33. di.

SEB. SAPIA.

a Seruare leges. uide Fel. in c. ecclesia sanctæ Marię, colũ. 16. uer. septima declaratio, s̃. de cõsti. Rapha. Comẽ. ĩ consi. 139. incip. P. laicus, & Ale. in cõsi. 168. inc. uiso ꝓcessu, ĩ. 2. uo. & Are. consi. 45. inci. uisis articulis, & An. Sic. in cõsi. 31. inc. bene etẽñ, col. pe. in 3. uol.

ZACHAR.

Destruendũ. Ego limito hoc dictũ nisi lis esset cont. ante petitionẽ, ut demoliatur opus contra prohibit. no. op. constructũ, ut no. Bal. sing. cõ. suo ic. proponitur, ꝙ fuit duplex nunciatũ, col. 1. uol. 1. & istã referũt & sequũtur mod. in l. 1. col. 2. uer. 4. notabiliter l imita. ff. de op. no. nu.

SEBA. SAPI.

c Posse fieri, uide q̃ adducit And. Sicu. in consil. 38. inci. præclaro, col. 3. cũ seq. in. 2. uol. & in consil. antepe. col. 3. in. 1. uolu. & cõ. 18. incip. Clementis simis, eo. uo. Roma. in consi. 42. incip. uisis quæ egregii.

d Vbi ratione notorietatis. Not. diligenter istos effectus notorietatis,

istis sitib. sol⁹ pp̃ hẽt ptãtẽ, & ĩperator ĩ cõcernẽtib. aĩam ẽ ipsi papę subiect⁹, & tenẽ suas leges obseruar, qnimò oĩs aĩa ẽ sibi subdita ĩ hoc. 96. di. c. si ĩpator & c. duo, & ĩ c. oẽs pricipes, đ ma. & obe. viđ gl. ĩ reg. possessor, đ reg. iur. li. 6. facit qđ no ĩ c. cũ eẽs, đ test. & faciũt no. ĩ

6 l. fi. C. si ꝯ i⁹, vĩ uti. publ. † Si uerò sumus cx̃ hos casus. Et tũc aut đficit dispositio iuris ciuilis, uĩ uariæ sũt opi. & dẽt ẽuari canõ ĩ utroq; foro, arg. optimũ hic. nã si deficiẽte lege reccurit ad ꝯsuetudinẽ, vĩ ad siĩia; ut ĩ. l. ñ pñt, ff. đ leg. forti⁹ dẽt recurri ad canões, ex quo ꝑ eos ille cas⁹ ẽ expssus, cũ canõ sit maioris authoritatis, q̃ sit cõsuetudo, ar. à siĩi. 11. dis. c. qs nesciat, & imꝑator gñaĩr dixit, ꝙ leges ñ dedignãt sacros canões imitari, ergo ĩ b casu dubio đ iure ciuili seruãd⁹ ẽ canõ.

7 † Si uerò lex nõ deficit, & tũc aut canõ, & leges sibi cõdñt (licet. n. utraq; sit rõnabilis ĩ se: tñ ꝑp uarias rões pñt sibi ꝯdicer) & tũc q̃libet lex ẽuanda in foro suo, ut no. ĩ c. 2. đ arb. li. 6. & ĩ d. reĩa, possessor, & maxiẽ hoc hẽt locũ ĩ ordinariis iudiciorũ, ĩ qb. ẽt laici subiiciũt fo. ecclesiastico, & clerici ĩ foro seculari, ut no. ĩ. c. qđ clericis, de for. cõp. & ĩ cle. dispẽdiosam, đ iud. In iudiciis uero decisoriis clerici iudicãtur ĩ foro eccle. ẽm canones tm̃, & ita laici ĩ foro seculari ẽm

8 leges tm̃. † Sed dubiũ ẽ qd si clerici litigãt ĩ foro seculari, nũqd debeãt ẽuar leges[a] ꝯdicẽtes canonib. vel si laici ĩ foro a ecclesiast. dẽant ẽuare canones ꝯdicentes legib⁹? đ hac mã satis ꝓlixa recurre ad not. ĩ d. c. qđ clericis, & plene tãgo ĩ c. eccl'ia sanctę Mariæ, đ cõst. Si uerò ñ ꝯ dicãt sibi adinuicẽ, & tũc aut sunt leges ĩperiales, aut leges seculariũ ĩferiorum. Primo casu ẽuãt leges ĩ fo. eccl. ubi deficiũt canões, uel ẽt ubi cõcurrũt cũ canonib. ut hic, nisi sit lex mere dãnosa ecclesiis, qa illa ñ recipit, nisi exp̃sse approbet ꝑ papã, ut ĩ d. c. eccl'ia, & c. fi. de cõst. Scđo casu, cũ sint leges seculariũ ĩferiorũ, ñ sũt ẽuãdæ ĩ fo. ecclesi. siue ꝯdicãt, siue ñ ẽt si fauorẽ afferãt, si ꝓcedũt ĩ piose & disponẽdo tãq̃ hẽntes iurisdõnẽ, sec⁹ si afferãt merũ fauorẽ, & saperẽt priuilegiũ quoddã. Exẽplũ. Existẽtib. agnatis masculis fœminæ ñ succedãt. nã cleric⁹ agnatus excludit feminã, licet sit cleric⁹. đ quo plene ĩ d. c. qđ clericis, & c. ecclia. In gl. ĩ uer. *siue iure, siue iniuria*, ibi: *& est simile in excõicatione, &c.* Et dic ꝙ ea. ẽ rõ ĩ utrisq;. nã ĩ denũniatiõe ẽ authoritas ꝑtoris. Nã ꝑp ei⁹ authoritatẽ dẽt ędificãs oĩno desister p⁹ denũtiatio d nẽ, donec denũtiãs ĩtra tres mẽses ꝓbet de iure suo, ut ĩ c. fi. j. e. in excõicatione ẽ authoritas ecclesiæ & cẽsurę, & ut ma

9 gis timeat. † Sed opp. ꝯ hoc, & ꝯ text. & vĩ, ꝙ ea q̃ sunt attẽtata post appellatione extraiudicialẽ, nõ ueniũt irritanda, nisi sint ꝯ ipsam applĩonẽ, & pri⁹ iustificeĩ ipsa applĩo, ut ĩ c cum a nobis, & qđ ibi no. de ele. & ĩ c. bonę đ appel. facit c.

nõ solũ, e. tit. li. 6. ita dẽret eẽ ĩ denũtiatione. Nã denũtiatio ẽ q̃dã applĩo & ꝓuocatio extraiudicialis. nõ ergo dẽt demoliri & destrui id, qđ iure factũ ẽ, iõ dẽret expectari finis & euẽt⁹ denũtiationis. Sol. ꝯriũ vĩ difficile in uidẽdo rõnẽ diuersitatis. Sed breuiter cõclude, ꝙ ĩ denuntiatione hoc spãle ĩductũ fuit ꝑp rixas euitãdas, & qa tractaĩ de modico ꝑ iudicio. Nã ĩtra tres mẽses dẽt denũtiãs ꝓbare de iure suo, ut. s̃. dixi, & si ñ ꝓbat ille admittiĩ ad ædificãdũ cũ satisdatione, & ĩ mora modici tꝑis ñ ẽ ꝑiudiciũ. iõ statutũ fuit, ut p⁹ denũtiationẽ oĩno cesset ab oꝑe, aĩs ꝑp cõtẽptũ ꝑtoris ĩdu cẽtis illã ꝓuisionẽ oẽ ędificiũ iure, uel iniuria, ĩ. siue đ iure, siue nõ sibi cõpetat, uenit destruẽdũ[b]: sed ĩ cã applĩonis est alia rõ, qa sibi daĩ ann⁹, & ex cã bieniũ. Vñ durũ eẽt, ꝙ ꝑ quãlibet applĩonẽ dẽret ꝑs ius suũ reliquere, uel inde ad ulteriora nõ ꝓcedere, ex quo adhuc ñ tulit sñiam, & sic nõ esset funct⁹ offõ suo, ut ĩ d. c. nõ solũ. & de hoc aliqd not. ĩ d. c. cũ

10 a nobis. † Sed circa ꝑdicta dubitaĩ, nũqd sit uerũ indistincte, ut oẽ ędificiũ post denũtiationẽ ueniat destruẽdũ, ex quo de iure fieri poterat? tex. iste vĩ uelle, ꝙ sic, dũ dicit: *siue iure siue iniuria, &c.* Sed dic, ꝙ iste text. & siĩia iura dẽnt ĩtelligi ĩ casu dubii. ubi dubitaĩ, an ille de iure possit ibi ędificare, secus ãt, ubi notorie cõstaret ius denũtianti nõ cõpetere. ñ n. ẽ uerisimile, ꝙ iura uoluerint dare locũ figmẽtis, delictis, & deceptionib. imò ꝓhibẽt cõtinuo iniurias, ad ꝑdicta facit. l. 1. & . 2. ff. ne qs eũ, q ĩ i⁹ uoc. ubi patet, qđ citatio p̃t sperni, ubi notoriũ est c ipsã ñ posse fieri,[c] ut no. ĩ c. ueniẽs, đ accu. & 3. q. 2. c. si eps, ad idẽ l. 1. §. usufructuari⁹, ff. đ noui oꝑ. nũt. ubi usufructuari⁹ ñ p̃t denũtiare dño, ubi sua ñ ĩterest. sicut. n. nõ ualet denũtiatio, ubi de iure cõstat denuntiãti ius nõ cõpetere, ita & vbi aĩs notoriũ ẽ; ut qa aĩs fuit iudicatũ ĩter istos sup illa re. hoc fuit pricipale & originale dictũ Rof. ĩ libellis suis, & secut⁹ ẽ Spe. e. ti. 1. §. sed nũqd uerũ, ꝓpe. fi. & Bar. ĩ l. 1. p⁹ pri. ꝑal. e. ti. qđ ẽ sin. notãdũ. & ꝓ hac decisiõe allego bo. tex. j. c. ꝓx. uer. sup eo. ubi dr̃, ꝙ Archieps dẽbat acqescere denũtiatiõi illorũ monachorũ, qa cũ essent uiri ꝑfecti, nõ est ꝑsumẽdũ, ꝙ denũtiasset, nisi cognouisset sua ĩteresse, ergo, si notoriũ fuisset ius ñ cõpetere, ñ tenebaĩ deferre denũtiationi.

11 † Facit, qđ no. ĩ siĩi in. l. post rẽ iudicatã, ff. de trãsact. & in c. 1. de lit. cõtest. li. 6. d ubi rõne notorietatis *d* admittiĩ peremptoria exceptio añ lit. cõtes. & operatur effectũ dilatoriarũ; & hoc sp not. uenit enim ad declarationem h⁹ tex. & doct. ñ posuerũt hic. † In gl. fi. ĩ fi. Sẽtit ista gl.

12 iuncto tex. qđ citra denũtiationẽ ecclesia ædificata sine cã. j. limites alterius dẽt destrui. Sed ego dubito, nũqd ista sola cã sufficiat, & in ꝯrium uĩ text. & ibi gl. 16. q. 5. in c. fi. facit. c. Eps in diœcesi,

& adde ipsum do. Panor. in c. inter cæteras, supra de re iudi. ubi per illum tex. dicit, ꝙ licet in rescripto ꝓhibeatur appellatio a sententia diffinitiua, nõ tñ uĩ remoueri facultas appellandi prętextu notoriæ iniquitatis, & idem d. An. ĩ c. ex cõqõne, s̃. de resti. spo. Itẽ facit ista reg. quã ponit d. Fran. de Are. ĩ. §. nihil cõe, ĩ. l. naturaliter, ff. de acq. pos. in. 5. co. vbi dicit, ꝙ ista solet esse regula, ꝙ in oĩ materia q̃tuncũq; ꝑcisa non excluditur exceptio, uel allegatio alicuius iuris, nũquã tñ intelligitur excludi talis allegatio, & talis exceptio, si sit notoria. unde talis notorietas superueniens post sñiam, facit retractari c. 2. de purg. uulg. ẽm unũ intellectũ, tenẽt Inn. & mod. in c. fraternitatis, de fri. & ma. & ipse d. Ab. Pan. c. sub orta, s̃. de re iud. fa. qđ no. Bar. in. l. 1. C. ne li. in una eadẽq; cã ter. ꝓuo. & cle. 1. de re iudi. q̃ dicit, ꝙ ꝯ tres sñias conformes ñ põt opponi exceptio nullitatis nec habet locũ, qñ nullitas erat notoria, ꝑ d. Alex. & alios ĩ l. 4. §. condemnatũ ff. de re iud.

SEB. SAP.

a Cum ex iniũcto hunc tex.dicit singu.An. Sic.ĩ c.causam, s̃. de iud. ad hoc ꝙ stādũ est dicto & assertioni uiri bonæ conditionis & famæ,ad qđ uide eũdem in c.1.col.6.eo.ti.de iudi.

b ZACHARI. Litis. Adde,qđ si superuenerit pꝰ illius contestationem?Inn.& Ioan. And,in c.2.de or. cog. & eundem Ioan.And.post archid.in nouell.in c.1.đ rest.spo.li.6

c Denegetur actio uide quę notaui post Bar.in l.1. ff. ad Tre.Andr.Barba.

SEB. SAP.

d Destructa est.An destructa ciuitate uel ecclesia sint sublata eius priuilegia uide remissiue per Alexã.in.l. inter stipulantem §.sacram, in fi.ff. de uerb. obl.& in l.si grege,ff.de le.1.& p̃ Fel.in c. cũ dilecta,col.fi.uer. destructo monasterio,s̃. de rescrip.

7.q.1.& 9.q.comperimus,& 17.q.4.q̃sti
sunt.nã si res aliena consecrat̃, non dēt
execrari,sed faciēs fieri tenet̃ dño ad in
teresse; ita si ecclesia in territorio alte-
rius ędificat̃,ut in iurib.p̃al.sed hoc ca-
su fatēdũ ē, ꝙ nullũ p̃iudiciũ gñat̃ eccle
się antiquæ.16.q.2.c.ecclesiæ, & c.q̃cũ-
q;.Iura ergo, q̃ dñt, ꝙ una ecclesia non
dēt ædificari in parocchia alterius,ha-
buerunt respm̃ ad p̃iudiciũ antiquæ ec-
clesiæ,ne forte usurparet iura eiꝰ. sed ex
quo constructa est, dēt remanere, sine
tñ p̃iudicio antiquioris ecclesię, & sic
intelligerē istũ tex. Vñ secunda rõ lite-
rę uenit ad coadiuuandum primam.

SVMMARIVM.

1 *Nuntiatio noui operis non debet, nec potest fieri illi, qui est in aliqua dignitate, uel magistratu, nisi dignitas,uel magistratus sint perpetui.*

2 *Denuntians an admittatur ad probandum ius sibi esse ædificandi?*

3 *Nuntiatus si uelit ostendere ius sibi esse ædificandi, potest nuntians excipere, quod non audiatur nisi demolito ædificio.*

Spoliatus si conueniatur a spoliante super petitorio, potest opponere exceptionem spoliationis ante lit. contest. non autem post.

4 *Actio si denegatur alicui, intelligitur non ipso iure, sed ita demum, si opponatur sibi non competere actionem.*

5 *Ciuitas,uel ecclesia si a superiore destruatur perdet omnia iura & priuilegia,adeo,quod ciues non appellabuntur amplius ciues illius ciuitatis,uel canonici illius eccl.secꝰ si sit destructa ab aliquo tyranno.*

6 *Iurans uigore alicuius rei,cessante illa re,absolutus est a iuramento.*

Iurans obedire superiori, si ille non erit amplius superior,censetur absolutus.

7 *Peccatum non debet quis committere pro scandalo uitando.*

8 *Nuntiatio noui operis an transeat in successorem nuntiati?*

6 *Nuntiatio noui operis non habet locum in operis rusticanis, uel ubi in dilatione esset periculum.*

10 *Absentes an & quando,& quomodo sint uocandi in actibus spectantibus ad ipsam uniuersitatem tanquam clericorum.*

CAP. II.

a Cum ex iniũcto. [a] Summat̃,
ut.s̃.c.p̃xi.Nam primo man-
dat opus demoliri, & irritat
q̃cq̃d ex illo secutum fuit. Scd̃ò repre-
hendit Archiep̃m, q non curauit scāda
lũ subditorũ, ibi; *super eo*. Tertio orat
eũ,ut pareat,ibi: *finis*.Casus lit. Archi-
ep̃s Cātuariē.cœpit ædificare quādā ca
pellā de Lameth in loco pertinente ad
ecclesiā Cantuarien. monachi Cantua
rien.denũtiauerũt ei nouum opus: ipse
Archiepisco.spreta denũtiatione ædifi
cauit ecclesiā, & canonicos instituit in
eadē reditus assignādo eisdē, recepit ēt
iura fidelitatis ab ipsis. vñ monachi Cā
tuariē.dño papę grauiter sunt cõquesti
Mandat pa.Cātuarien. Archiep̃o,quate
nus q̃cq̃d ædificatũ est in ecclesia de La
meth.post noui op̃is denũtiationē,suis
expēsis faciat penitus demoliri, eo non
obstāte si absens fuerit,cũ in lege sit cau
tũ, ut si ille, cui nouũ opus fuerit nũtia-
tũ,ędificauerit ante remissionē, & post
agere cœperit ius sibi esse ita ædificatũ
hr̃e,dēt sibi actio denegari,& in irritũ reducat q̃cq̃d de in-
stituēdis canonicis,ibi,& alii ad ipsã ecclesiã p̃tinētib. or-
dinatũ ē,& ab ipso uel ab eius antecessore,& canonicos ab
obligatione p̃stiti iur̃i denuntiet absolutos authoritate pa
pę,qa,ex quo principale nõ tenet,q̃cq̃d ex eo,uel ob id se-
quutũ fuerit,dēt irritari. *super eo uerò.* In isto. §.dicit pa.ꝙ
mirat̃, ꝙ monachi Cantuariē. cũ oĩa dimiserint p̃p Deũ,
tot laborib. & periculis p̃sonas & res ñ dubitauerũt frequē
ter exponere,qđ nullo mõ fecissent, nisi cognoscerēt p̃mis
sa ĩ p̃iudiciũ Cātuariē.ecc.redũdare. Archiep̃s,p̃ uitādo scā
dalo ip̃orũ ab hmõi iniuriis ñ cessauit,cũ scriptura dicat,ꝙ
illa,q̃ sine mortali pc̃õ omitti nõ p̃nt, nõ sunt p̃ scandalo
uitādo dimittēda,nec illa dēnt p̃ scādalo uitādo cõmitti,
q̃ sine mortali pc̃õ committi p̃nt:ab his tñ, q̃ sine mortali
pc̃õ cõmitti p̃nt pariter & dimitti,p̃ scādalo uitādo cessā
dũ ut eis arma p̃ uitādo scādalo insistendũ.vñ apl̃s: Si scā
dalizat̃ fr̃,ñ comedā carnes ĩ æternũ. & licet scādalũ maio
rũ sit uitādũ,uitādũ ē ēt scādalũ minorũ iuxta illud uerita
tis testimoniũ,q scādalizauerit,ĩq̃t,unũ đ pusilis istis,q in
me credũt,&c.In.fi.dicit,ꝙ ꝯdictiõi suę tal̃r finē ĩponat,vt
ꝯdictio p̃terita p̃ uirtutē obediētiæ ualeat expiari B.Not.
1.ex tex.ꝙ ædificās an̄ remissionē denũtiationis,nõ solũ te
net̃ hr̃e patiētiā,ut ędificiũ destruat̃,sed ēt dēt expēsis suis
illud destrui.Et ex hoc & ex tex. no. ꝙ ēt hęc pœna hēt lo-
cũ in ecc.ut ex facto p̃lati ædificātis noĩe ecclesiæ pꝰ denũ-
tiationē teneat̃ ad ĩpēsam p̃stādā p̃ destructione op̃is,ēt si
1 fuerit alia ecc.ędificaca.†Itē no.ꝙ ēt existēti in dignitate
seu magistratu p̃t denuntiari nouũ opꝰ, & dēt destrui ēt eo
existēte ĩ dignitate,& hoc iõ,qa hęc dignitas Archiep̃alis
ē p̃petua:secꝰ,ubi eēt t̃palis:qa tũc,p̃priè existēti ĩ dignita
te nõ fit denũtiatio,sed q̃dā p̃testatio, & pꝰ finitũ offm̃ hr̃
denũtiatio:quē tñ trahit̃ retro ad idē p̃testatiõis, de quo
dicēdũ;,put legi.& no.ĩ.l.5.§.si q̃s ipsi p̃tori,ff.eo. & ul̃ hic
tex.p̃ opi.Bar.ĩ d.§.si q̃s,ut text. ille p̃cedat ĩ habēte offm̃
t̃pale,secus in habēte p̃petuũ offm̃,ut hic.Et ex hoc & p̃di-
ctis colligit̃,ꝙ habēs dignitatē ad uitā p̃t cõueniri ēt p̃ sub
ditũ durāte dignitate,facit qđ le.& no.11.q.1.c. si clericus
2 &.2.q.1.c.p̃hibētur,& in.l.nec magistratib.ff.đ iniu. † Itē
no.ibi:*debeat actio denegari,&c.* ꝙ denuntians uolēs p̃bare
iꝰ sibi esse ędificandi ante destructionē operis noui dēt ad
mitti, sicut ēt in simili dicimꝰ spoliatorem nõ audiēdũ an̄
restõnē uolentē p̃bare de proprietate sua,ut ĩ c. fi.đ ordi
cog.ita nec iste denũtiās audiēdꝰ ē, nisi prius oĩa reducat
3 in statũ pristinũ.†Et aduerte,qa tex.hic dicit,ꝙ dēt actio đ
negari.opꝰ est ergo exceptione.nõ āt repellit̃ ipso iure, ut
ēt no.Bar.ĩ.l.1.§.si q̃s,ff.eo.uñ sumptũ fuit,qđ hic dr̃; & sic,
b si nõ opponeret̃ an̄ cõtestationē litis[b], nõ p̃t amplius oppo
ni; & si docuerit de iure suo, sñia fert̃ p̃ eo sine alia destru
ctione operis. Sil̃e dicimus in exceptione spoliationis, ut
nisi opponat̃ ante lit.conte.nõ potest amplius opponi;& si
actor docuerit de proprietate, sñia feret̃ p̃ eo,& absorbe-
hit illa sñia possessoriũ,ut legit̃ & not.in p̃al.c.fi.& c.2.eo.
4 tit.& 2.q.2.in c.1.†Et not.ex p̃dictis & ex tex. ꝙ p̃ hęc uer
c ba,deneget̃ actio[c],nõ audiat̃, & sil̃ia,nõ fit exclusio ipso iu-
re:sed opꝰ est exceptione. nã exceptio ista dilatoria est, ad
5 p̃dicta facit gl.in reg.in pęnis,de reg.iur.li.6.†No.ꝙ destru
cta ecclesia authoritate superioris oĩa dēnt reponi in sta-
tum pristinũ. Ex quo infert Inno. ꝙ clerici ibi instituti nõ
p̃nt amplius appellari canonici ipsius ecclesię, nec aliquid
inde cõseq de p̃uētibus deputatis illi ecclesię.Idē dicit(&
bene)si ciuitas authoritate superioris destrueretur, ut non
possint ĩde oriundi appellari ciuēs illius ciuitatis,qa destru
d cta ē,[d]& oĩa priuilegia ciuitatis sublata sint;facit.l. si usus-
fructꝰ,ff.qb.mod.usu.amit.secꝰest ŝm eũ, ubi ex facto alicuiꝰ
tyrãni,ul̃ ab hostib.una eccl.destrueret̃,seu ciuitas qa tunc
retinet oĩa priuilegia,& clerici p̃nt se appellar̃ canonicos,
& ēt eis mortuis alii ĩ eorũ locũ substituēdi sunt. 22. di.c.
ĩ noĩe dñi,ꝙ.7.q.1.c.pastoralis,qđ bñ no.ad p̃dicta vide bo.
gl.

9 glo.ĩ c.statutũ,de ele.li.6.†No.ibi: *denuntiat absolutos,&c.*
ꝙ p̃stās iur̃m alicuiꝰ rei, cessante illa re,absolutꝰ est a iur̃o.
Isti enim canonici iurauerũt obedire Archiep̃o, uel facere
ibi residētiā,certè destructa ecc.authoritate sup̃ioris, abso
luti cēsent̃ ab illo iur̃o, ita si iuro obedire tibi tãq̃ sup̃iori
pꝰ tuā depositionē a dignitate nõ teneor tibi ãplꝰ obedir̃:
qa cessat cã,cuiꝰ rõne iuraueram,ut ĩ c.venerabilē.s̃. đ ele.
7 †Vlt.no.& tene[a]mēti tex.ĩ uer.*super eo.* ubi p̃nt colligi duæ
a regl̃ę.P̃ria,ꝙ p̃ scādalo euitādo nõ dēt q̃s ea cõmittere, uel
omittere,p̃ q̃ ĩcidit ĩ pc̃tm̃ mortale.Secunda regl̃a, ꝙ p̃ scā
dalo euitādo dēt seueritas iuris remitti,vl̃ ea,q̃ p̃nt omitti
ul̃ cõmitti sine pc̃õ mortali,& ꝙ peccat nõ obuiās scādalo
p̃ximorũ,cui p̃t obuiare sine pc̃õ,& nota illud:uę illi; per
quē scādalũ uenit,Matth.18.c.&c.†In gl.ibi: *successerit in ui*
8 *tium &c.*hæc gl.põt intelligi multipliciter. Primò, ꝙ iste
successit in uitiũ p̃decessoris, qa p̃decessor inchoauit opus,
& iste successor pꝰ denũtiationē factā p̃decessori p̃ficit opꝰ
sciens denũtiationē fuisse factā,& iste itell̃s bonꝰ,ē ĩ se,arg.
c.sæpę,de rest.spo.Itē qa eccl.tenet̃,ex quo noĩe suo ædifi-
cabat̃,& eccl.nũq̃ morit̃,ut ĩ c.si gratiosæ,de rescri.li.6. Se-
cundo p̃t intelligi,ꝙ iste successit in uitiũ,qa res erat uitio
sa,& tũc oportet saluare,ŝm qđ intelligit Bar.in.l.pe.ff.e.
qñ cõuenit̃ dignitas,& nõ p̃sona,& hoc casu ñ reqrerē sciē
tiā istiꝰ successoris,sed đ mēte istiꝰ lr̃æ ē,qđ iste sciebat,ut
patet in uer.*super eo*,ibi: *tu saltem pro uitando,&c* al̃s aũt,ubi 1
reqrit̃ malafides p̃lati,nõ sufficit mala fides p̃decessoris,qa
successio ĩ dignitate ñ cāt ius suũ a defuncto,sed a sup̃iore,
ut est gl.in c.de quarta, de p̃scri. & in c.cura, de iure patr.
†In gl. ĩ uer. *nuntiatum*,ibi: *in solo fiunt,& non ad alia,&c.*Ex
9 hoc infert ŝm doc.& bñ,ꝙ si q̃s secaret segetes, seu ĩcideret
arborē,nõ hr̃et locũ ista denũtiatio noui ope. Idē ĩ op̃e ru
sticano,s.si uellet colligere uuas ex uinea,ne momēto p̃eat
& cõmoditas colligēdi absit,&c.l.2.C. de fer. Idē, ubicũq;
in dilatiõe subesset p̃iculũ.l.đ pupillo.§.si q̃s riuos,ff.eo.In
ea.gl.ibi: *authore prætore exigitur, &c.* ualet ergo denũtiatio
sine iur̃o,qa nõ tenet̃ nisi ad istātiā iudicis, ut in.§.q opus,
alle.ĩ gl.& si iudex nõ exhiberet iur̃m, non per hoc inficit̃
10 uirtus denũtiationis,ar.in c.1.de iura calu.li.6.†Extra glo.
q̃rit̃, qdā ex canonicis sunt absentes,q̃dam uero p̃ntes, im
minet electio fienda,uel aliqđ negotiũ ecclesiæ,q̃uo cõgre-
gabitur capitulũ,& qual̃r expediet negotiũ?Inn.posuit sup̃
hoc unã gl.fin.& quotidie allegatur,quã sic concludo. Aut
canonici sunt absentes ex cã uolũtaria, uel p̃p delictũ pro
priũ,& tũc nõ tenent̃ canonici intrinseci exire ad extrinse-
cos,quinimo,si negotiũ nõ est graue,nõ tenētur eas requi-
rere.sed ubi negotium,est arduũ,is,ad quē spectat cõuoca-
tio capituli:uel si nõ est aliquis ibi,ad quē spectet cõgrega-
tio đ iure,uel cõsuetudine,dēt saltē cõuenire duę partes to
tiꝰ uniuersitatis,& p̃figet̃ terminũ absentib. ut ueniāt p̃ se,
uel cõstituāt p̃curatorē,& si nõ uenerint,ĩputet̃ eis,& uale
bit q̃cq̃d fecerit maior p̃s illarũ duarũ partiũ Et no.ex p̃di
ctis, primo,ꝙ ubicũq; negotiũ est arduũ[b] & graue, sp̃ absē
b tes uocādi sunt,si commodè uocari p̃nt, & placuit mihi sp̃
hoc dictũ,& seq̃t d.An.licet gl.quã allegat totus mũdus in
c.2.de test.li.6.dicat,ꝙ in trib.casib.tm̃ absentes sunt uocā
di:sed certè ĩ illis casib.uocant̃ p̃p arduitatē negotii,ergo
idē in omnib.arduis cõsimilib.uel maiorib.ar.eius, qđ no.
gl.ĩ l.1.C.de cēd.inde.Scd̃o no. qual̃r dēat cõgregari uni-
uersitas[c]:qa,si est aliq̃s,ad quē spectet de iure, uel cõsuetu- 2
c dine,is dēt cõgregare:si aũt non est: tunc p̃tās congregan-
di p̃tinet ad duas partes uniuersitatis; qa uirtus uniuersita-
tis consistit in duab. partibus ante,quã congreget̃; sic intel
lige,l.nulli,qđ cuiusq; uniuer.nom. nec in istis duab.p̃tibꝰ
debēt computari non uocandi,ut no.gl.in cle. qđ circa, de
ele.sed ualet q̃cq̃d facit postea maior p̃s illarũ duarũ p̃tiũ;
& sic intellige d.l.nulli,&.l.qđ maior,ff.ad muni.& c.1. de
his,q̃ fi.a mai.p̃te ca. Si uèro aliq sunt absentes p̃p potētiā
tyrāni,& nõ audēt securè uenire ad locũ,tũc si electio,ul̃ ꝯ
ctꝰ eccl. p̃t utiliꝰ expediri ex̃,dēnt,isti,q
sũt in ciuitate,exir̃ ad forinsecos, & ibi
fiat electio,ul̃ ꝯctꝰ,ēt si sit minor p̃s:al̃s
āt fiet in ecclesia admissis p̃curatorib.
absentiũ.Et ex his no. ꝙ expulsus iniu-
ste de uniuersitate nõ perdit ius uniuer
sitatis,imò dēt uocari ad actꝰ uniuersi-
tatis,uel saltē constituat procuratorē.
Statuta ergo,uel alia ordinamēta facta
p̃ pręsentes non ualent in p̃iudiciũ ab-
sentiũ non uocatorũ; pro quo uide tex.
63.di.c.quanto,& per Bar.in.l. oēs po-
puli.ff.de iusti.& iure.

SVMMARIVM.

1 *Nuntiatus non potest etiam præstita cautione de demoliendo interim ædificare, si denuntians nõ uult uide infra c.proxi. ubi ponitur ratio.*

2 *Nuntians nouum opus tenetur intra tres menses docere de iure suo, alias nuntiatus ædificabit,dat a cautione de opere demoliendo.*

3 *Appellatio ab interlocutoria requirit expressionē causæ,appellatio uero a diffinitiua secus,quæ sit ratio differentiæ,uide hic.*

CAP. III.

Significantibus. † In[a] a
optione est nuntiantis nouum opus
an ĩtra tres mēses đ p̃iudicio b
suo dēat ostendere, & interim cessetur
ab opere, an uero recepta cautione de
opere demoliendo statim ędificare per
mittat. h. d. cũ seq. In prima narrat fa-
ctum appellationis remedio relatum.
In secũda dat iudicē,ibi: *Ideoque.* Casus c
lite.Quidam ciuis Parisien.N. nomine
cœpit ęddificare in platea ecclesię san-
ctæ Opportunæ parisien.in p̃iudiciũ ip
sius ecclesię, canon. sanctę Opportunæ
denuntiauerũt ei nouũ opus,deponētes
de ipso sup̃ hoc corã officiali Parisien.
Archidiaconi q̃onem, offerētes se p̃ba
turos incõtinēti plateã illã ad suã eccle
siã pertinere, & illum in suũ p̃iudicium
ędificare. Vñ petebāt illũ prohiberi,ne
ędificaret,nõ obstante,ꝙ dictꝰ.N.offere
bat cautionē de op̃e demoliendo, si ap
paret eũ ius ædificādi nõ hr̃e. Officialis
interloquēdo decreuit p̃bões canoni
corũ admittēdas,& ab op̃e interim q̃e-
scendũ, a qua interlocutoria idē. N.ad
Senon.ecclesiã appellauit. Officialis Se
noñ.interlocutoriã illã cassauit, decer
nens prædictũ.N. p̃cedere dēre in op̃e
construendo, præstita prius cautione đ
đmoliēdo,si ius nõ habuerit,non admis
sis probationibus clericorũ prędicti ca
nonici ad sedē apostolicã appellauerũt.
Mādat papa,quatenus,si est ita, q̃cq̃d fa
ctum est post appellationē, in statũ pri
stinũ reuocetur,& post &c. B. †No.1.ex
tex.ꝙ denuntians nouum opus tenetur
probare de iure suo intra tres menses,&
hoc si uult impedire ędificiũ.non.enim
tenetur oĩno intra dictũ terminum do
cere,sed post lapsum triũ mensium p̃t p̃
cedi in ædificio, recepta cautiõe de op̃e
demoliendo,& procedetur in causa. Se
cundo not.argum.opti.ex tex. clericum
posse p̃sequi nũtiationē noui operis ꝯ

a Adde hic oĩno q̃ no. Io. de Imo. in cle.1.de im. eccle.in.2. col.

b In arduis negotiis absentes sunt uocādi, & uide d. An.in c.cũ oēs,de constit. & ibi. de hoc lateno.d.Bar. de Bellen.

c Vniuersitas. Et uide do.Ant.post Inn.in c.1. de ma. & obed. & qđ ibi late not.& d. An. in cap.cum nobis olim,de elect.& uide omnino,quod scripsit late ĩ suis recollectis d.Bar. del Bel.in c.quæsiuit,in.2.no.đ his, q̃ fi. à maio. par. capi.

SEB. SAPIA.

a Specificare. Qñ cā grauaminis sit spāliter ex primē da, vide Dec. in c. cōsuluit. 2. s. đ ap. & ibi nūq̃d suffici at exprimere p re latione ad acta. ali q̃d ēt pōit idē De. i. c. cōsulit. j. e. ti.

b Vt debit⁹. & ibi vide eundē Pano. in. 3. not. cum his, quę ibi addidi.

c Ad esse ciuitatis non est de sub stātia, q̃ ibi sit eps & p hoc tex. in c. vrbes, et ī. c. ī illis, et i. c. illud. 80. di. & ī. c. fœlix, & c. multis. 16. q. j. & te net Bar. i. l. 1. circa mediū, C. de metro. li. 11. sed ī cō trariū dicit Bal. & malè ī extrau. de pa. cōst. ī ver. nos Roma. circa fi. 2. col. de quo vide p Bar. i extrau. q. sūt rebel. i ver. Lōbar dię, & ī tra. de in sula, i. 13. figura, & i. l. 1. in fi. pri. ff. de ver. sig. Et aduerte q̃a dicit in l. si p⁹ prin. ff. de col. illi ci. q̃ ex ɔsuctudie ñ appellat̄ ciuitas nisi illa, q̃ habet Epm, sed de hoc uide plene p Bar. in l. in aliquā, ff. de of. pcō. & le. p Io. de Imo. latè. i. l. 1. §. si āt. ff. đ op. no. nū. & p cōclu siōe. d. ab. hic alle. ē tex. in c. ita nos 25. q. 2. q̃ eps creatus ad ciuitaté de structā, uel submer sam, habet iurisdō nē, saltē in districtu. uel diœcesi illius ciuitatis, sm Bal. fin. in extrau. de pace Cōstā. in uer. nos Romano. ad fi. 2. col. qđ est bñ no. p epo adria no, & Cenedēsi, & similib. quorū ci uitates sūt submer sę.

SEB. SAB.

d Ciuitatem. Vide Bar. in. l. opus nouum, ff. de ope. publi. cū multis alle gatis p d. Iaso. in l, ex hoc iure, col. 2. ff. de. iust. & iur.

SEB. SAP.

e Ad q. Vide ad hæc multa conge sta per Felinum in capitulo Rodul-

laicū ī iudicio ecclesiastico, & sic ē cas⁹,
ī quo iudex ecclesiasticus hēt iurisdōnē
ī laicos, sed Io. An. vř aliud sentire, dum
sup tex. dicit istū Archidiaconū habuis
se iurisdōnē in laicum de iure spāli. Sed
p̄t dici saluando primū, q̃ spālitas erit
respū Archidiaconi: qa nō hēt de iure
cōi iurisdōné: sed coram Epo potuisset
iste laic⁹ de iure cōueniri, qa ille, q̃ nun
tiat, molestat̄ in iure suo, & sic ē reus, &
quodāmō cōmittit̄ sacrilegiū turbādo
rē ecclesiæ, meritò p̄t cōueniri corā ec-
clesiastico, ar. ī c. cū sit de for. cōpe. & vř
3 hic sentire d. An. qđ sp no. †Vlt. scias, q̃
Inn, posuit hic qōnē, nūq̃d, cū appellat̄,
sit necesse exprimere cām? & dicit q̃dā, q̃
cōiter nō approbāt̄. Sed cōclude breui-
ter veritaté, q̃ appellās ab īterlocutoria
a teneť cām grauaminis specificare,[a] nec
p̄t ex ñ specificatis appllōnē iustificare
ut ī c. cordi. đ app. li. 6. & meli⁹ in cle. ap
pellāti, e. ti. Sed ī appllone a diffinitiua
nō é necesse exprimere cām: qnimo ex-
pressa una cā p̄t appellās ea dimissa aliā
psequ, ut. l 2. & l. scio, ff. đ appel. & no. in
d. c. cordi. Rō diuersitatis ē, qa añ diffi-
nitiuā cū iudex nō sit funct⁹ offō suo, fit
sibi iniuria p recessū. l. litigatores, ff. de
b arbit. & ī c. vt debit⁹,[b] de appel. iō dēt cā
appellōnis exprimi, sed, qñ appellat̄ a
diffinitiua, iniuria nō fit iudici, cū sit fun
ctus offō suo, & hēt locū illud, nō oppo
sitū opponā, & c. ut ī c. cū Io. đ fi. instr. &
l. p hāc, C. đ tēp. app. qđ ē mēti tenēdū.

CAP. IIII.

IS, cui opus. Sūmatū est s. c. px. & ñ
diuidit. Casus lit. Quidā denū
ciauit nouum opus alicui, qui
in suū p̄iudicium ædificare uolebat. Ille
uolebat p̄stare cautioné de ope destruē
do: denūtiās nolebat cautione illā reci
pere, imò uolebat statim pbare p̄iudi-
ciū suū, uel saltē usq; ad tres mēses. Quæ
siuit iste denūtiās, an dēret audiri? Rñ.
ei Pap. dicēs, q̃ ille, cui ipse nouū op⁹ de
nūtiauit, teneť ipm expectare usq; ad
tres mēses uolété pbare p̄iudiciū sui iu
ris, nō obstāte cautione, q̃ offert ab ipso
de ope destruēdo, si nō iure ædificatum
appareat. No. 1. ex tex. q̃ oblatio cautio
nis de opere destruendo nō dat facultā
tē pcedēdi in ędificio, nisi uel cōsentié
te denūtiatore, uel post lapsum triū mē
siū a tpe denūtiationis. nō. n. ultra expe-
ctare teneť cū graui p̄iudicio suo. Et ad
uerte, qa (ut dicit Io. An. & bñ) ista puis
sio, de qua ī tex. licet prima frōte videat̄
dura, est tñ utilis, & ei, cui facta est denū
tiatio, & denūtianti. nā sępe aliqs cre-
dens ius ędificādi hře errando ędificat.
unde si posset ædificare oblata cautiōe
posset pdere expensas factas in ędificā-
do, & faciēdas in destruendo. unde uti-
lius sibi est expectare denuntiantē per
tres menses. nā si pbauerit de iure suo,
uterq; conseruatur indēnis, & hęc pui
sio utilis ēt est denuntianti. nā si ius ædi
ficādi illi nō cōpeteret, tunc posset interim isti p̄iudicium
magnū generare in ędificio, pone q̃ ædificium ante portā
domus est, uel in alio loco isti præiudiciali.

De priuilegiis, & exces. priui. Ru.

Continuatur hęc rubrica ad precedentes hoc ordine. Supra ui-
sum est đ excessibus prælatorum. uerū quia qñq; delinquūt subditi
excedendo terminos priuilegiorū suorum, & dubitatur etiā de in
tellectu priuilegiorū, ideo hic subdit de priuilegiis, & excessib⁹
priuilegiatorū. De materia rubricæ tractatur. 25. q. 2. per totum, fa
cit quod habetur. 3. dist. c. priuilegia. 9. q. 3. c. Episcopo. §. sola, usq;
ad fi. 11. q. 3 c. priuilegium. 12. q. 1. c. qui & diuinis, & reperitur in. 6.
& in clemen.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas de iure communi potest esse sine Episcopatu, licet consuetudo aliter ob seruet in Italia, alibi secus.*
2 *Ciuitas potest constitui etiam sine principis licentia.*
3 *Absolutio ab excōicatione non conceditur per inferiorem prælatum Episcopo*
4 *Dignitas quantumcunque excellens uilescit, quando sunt in numero persona, illam, habentes.*

CAP. I.

EPiscopalia. Maiores ciuitates duntaxat priuilegio Ep̄atus sunt hono-
randæ. h. d. Vel aliter. & sic. Ep̄alis dignitas nō de
bet tribui nisi locis insignibus & populosis h. d.
Casus lit. Dubitatur, quæ personæ ciuitatis priuilegio Ep̄a
li sint honorandę. Consultus papa respondet, q̃ ep̄i nō nisi
maioribus populis & frequentioribus ciuitatib. p̄sidere de
bent, ne honor ep̄alis, cui debent excellentiora cōmitti,
1 sui numerositate uilescat. B. †Not. 1. ex tex. & tene menti
c q̃ ad esse ciuitatis[c] nō requiritur Ep̄s. p̄t enim esse ciuitas,
licet non habeat ep̄m, ut in c. Ep̄os. 68. dist. & hoc apertissi
me pbat hęc litera, ibi: *& frequentioribus ciuitatibus &c.*
presupponit. n. q̃ p̄t esse ciuitas populosa asq; eo, q̃ habeat
Ep̄m, sed p̄t de nouo sibi concedi. nā & anteq̃ esset creata
hęc dignitas Ep̄alis, ciuitates iā constitutæ erant. ep̄s. n. cō
stitutus est de iure positiuo, & post aduentum Christi in
primitiua ecclesia tpe apostolorū in cōcilio gñali, ut pbat̄
96. dist. in c. olim, & idē in aliis dignitatib. ecclesiasticis. 21
dist. c. 1. & 2. sed ciuitates & prouinciæ erant longè ante ad
uentū Christi. 21. di. clerus, & 99. dist. c. 1. Sed cōi interpre-
tatione Italicorū receptū est, ut ea duntaxat reputetur ciui
tas, q̃ habet Ep̄m, sed apud ultramōtanos maxime theuto-
nicos hoc ñ recipit̄, ut no. Io. An. ī c. si ciuitas, de sen. exc. li.
2 6. & Bar. in. l. fi. ff. de col. illi. & in. l. 2. ff. de uer. sig. † Vbi ēt
d Bar. notāter uoluit, q̃ ad constituendā ciuitatem[d] nō req-
ratur indulgentia principis, sed populi de se p̄nt constitue-
re ciuitate, quia hoc sm eum est de iure gentiū, arg. l. ex
hoc iure, ff. de iusti. & iu. & quod ibi no. In ɔ̄riū facit. l. in-
tantū. §. si. ff. de uer. sig. ibi sine licentia principis nō pōt cō
stitui, nec refici ciuitas. Ex hoc refert Bar. ad. q.[e] quæ de fa-
e cto potest adduci in hac ciuitate Senarū. ubi populus spon
te pluries ampliauit ciuitatē construendo nouos muros,
an appellatione ciuitatis ueniant illa loca nouiter inter-
clusa, & tenēdo illā opi. Bar. q̃ non reqratur specialis lnia
principis, satis p̄t dici, q̃ sic. Inn. tñ in c. cum ab ecclesiarū,
de of. ord. tenet oppositum, uidelicet q̃ ad esse ciuitatis req
rat̄ lnia principis, sed primū dictū forte ē uerius. Not. 2. q̃
dignitas Ep̄alis non debet cōcedi oib. locis petētib. eā, sed
maiorib. & populosis duntaxat. Idem probat in c. Epi. 80.
3 dist. †Tertio no. *excellentiora committi, &c.* quod oīa grauia
& excellentiora reseruantur Ep̄is, facit ergo iste text. pro
opi. Innoc. in c. 2. de eo, qui fur. ordi. rece. ut in casibus per
missis a iure solus Ep̄s dispenset, & non inferior prelatus.
Itē quod solus Ep̄s absoluat a sñia excōicationis, & non in
ferior p̄latus, ut no. in c. sup, de sen. exc. & in cle. 1. de priui.
Vltimo

4 †Vltimò no. q̃ ex numerositate vilescit dignitas, q̃ de se est
excellés; & est simile in c. legimus. 93. di. Iō dicit gl. in auth.
de referēda, in prin. q̃ illa dignitas pp extésum numerū ui-
lescit. Sic videmus hodie ī Italia ī doctoratu. nā qa oēs pas
sim ad illū promouent̄, est cōtēptibilis longè ultra q̃ cōsue
tuit esse. In gl. 1 in fi. Vel dic & melius, q̃ à principio dēt ser
uari, q̃ hic dicitur, & in c. episcopi, alle. in glo. ut maioribus
dūtaxat locis cōcedat̄ hęc dignitas: sed ex postfacto si ciui-
tas destruat̄, siue diminuat̄, haberet locū dictū c. legimus, vt
pp defectū diuitiarū nō minus dēat honorari: qa in eis pri
cipalr honorat̄ dignitas ordinis, & nō potētia diuitiarū. nā
& olim in primitiua ecclesia non erat proprietas apud ec-
clesias, sed uolentes conferre bona sua ea uendebant, & pre-
tium offerebant ęgenis: sed postea fuit constitutum, ut me-
lius subueniretur constitutis in necessitatibus, vt proprie-
tas non uenderetur: sed reseruaretur ecclesiis, & ex rediti-
bus alerentur indigentes. vt in c. videntes. 12. q. 1.

CAP. II.

SIcut. Non obstante priuilegio fori pōt laicus
ecclesię malefactor per ecclesiā puniri.
nimis restringit hãc literã, tũ qa qlibet
iudex cognoscẽs de crĩe põt ex cã, dum
pronuntiat, pęnã tẽperare, ut. 2. q. 3. in
c. si quẽ pęnituerit. §. notandũ, & in. l.
qd ergo. §. pęna grauior, ff. de his, q no.
infa. & in. l. hodie, ff. de pęnis, vñ in hac
mã sic distinguerẽ, ꝙ aut q̃rit, nũqd iu
dex ecclesiasticus possit imponere pęnã
pecuniariã mulctãdo, aut pœnã diffini-
tiuè ĩponẽdo. Primo casu dicẽdũ est, ꝙ
sic, si illa magis timet argm̃ in c. de cau-
sis, de offi. deleg. & in. l. unica. ff. si qs ius
di. no obtẽ. & nota. Ioan. An. post Ho-
sti. in c. 1. de hom. li. 6. & satis sentit ista
gl. qa pęna certa nõ est statuta pro con
tumacia arcenda, undẽ põt imponere,
5 put sibi ur̃, ut in d. c. de causis. †Scđo ca
su principali, qñ uult ĩponere diffiniẽdo, aut subest statutũ,
uł cõsuetudo, ut p qualibet delicto ĩponat pęna pecunia-
ria, & nõ ualet, qa insurgit dissolutio. nullã. n. delinquẽs p
timescit culpã, cũ sperat eã nũmis redimere, ut dicit tex. ĩ c.
paup. 11. q. 3. & hoc tenuerũt Io. An. & Ho. ĩ c. fi. đ cõsti. & ĩ
c. 2. đ delic. puc. Aut subest statutũ seu ꝯsuetudo, ut ultra pp
nã iuris ĩponat pœna pecuniaria, & ualet, dũmõ ñ pcedat
ex radice cupiditatis. põt eñi ẽps adiuuãdo canonẽ ĩponere
nouã pęnã, ut ĩ c. 2. de ele. & Io. An. in c. fi. de offi. archi. Aut
nõ subest statutũ, uel cõsuetudo, & tũc ex̃ iudiciũ plat⁹ uult
exigere pecuniam p delicto, & nõ pt, qa certi modi sunt in
iure statuti pcedẽdi ꝯ delinquentẽ, & puto ꝙ ita faciebãt
isti archidiaconi, qa extra iudicium sine causæ cognitione
exigebãt pecnniã p delicto cõmisso, & sustinebãt crimino
sos ĩ delictis recepta pecunia. Aut uult iudex pcedere iudi
ciałr, & tũc si certa pęna nõ ẽ ĩposita, põt ĩponere pęnã pe-
cuniariã, si illa magis timet, ut hic in glo. Si uero est certa
pęna statuta, & tunc si cũ cãę cognitione uolũt illã tẽpera
6 re pronũtiãdo, pñt p iura superius alle. †Nã hoc vr̃ conces-
sum cuicũq; iudici cognoscenti de crimine, ut ex cã possit
tẽperare pęnã, dũ pronuntiat, sed postq̃ pnuntiauit, hoc nõ
põt, ut in d. §. notãdũ, &. l. 1. ff. ad Turpil. nisi possit dispẽsar̃
sup illo crĩe, ut ĩ d. c. atsi clerici. ĩ, §. si adulteriis, de iudi. ni
si esset mulcta imposita, q̃ põt pp inopiã rei ẽt ex postfacto
7 tẽperari, ut est tex. no. in. l. illicitas, in fi. ff. de of. psi. †Vlti.
b aduertẽ, ꝙ ubi pęna[b] nõ est in iure expressa, dẽt imponi cõ
suetudinaria, & si iudex excedit consuetudinẽ, dr̃ excedere
modũ, ad hoc tex. iũcta gl. in. l. hodie, ff. de pęnis, & in. pal. l.
qd ergo. §. pęna grauior, sed cõsuetudine cessante uenit ar-
8 bitrium. † Sed q̃ro, nunquid ẽps possit imponere pœnam
pecuniariam laico tpałr sibi nõ subiecto. Io. An. post Hos.
sentit in c. 1. de hom. lib. 6. ꝙ nõ: sed dẽt eã facere infligi p
iudicẽ secularẽ, alle. c. 2. de maledic. & c. postulasti. ĩ. de Iu
dęis, & c. cũ ẽm leges, đ hær. li. 6. hoc dictũ mihi nõ placet.
ex quo. n. est casus, in quo ẽt iudex ecclesiasticus uẽdicat si-
bi iurisdõnẽ in laicos, nõ apparet rõ, quare in casibus præ-
dictis nõ possit sibi ĩponere pœnã pecuniariã, & ꝙ possit, in
duco tex. 16. q. 1. c. statuimus, &. 17. q. 4. c. q sqs. Et ad iura
9 in ꝯriũ alleg. rñdeo illud fieri p faciliori executione. †Sed
c quæro, q d fiet de ista pęna[c] pecuniaria, quã iudex ecclesia
stic⁹ exigit in casu permisso. Host. in summa in tit. de offi.
or. §. qd pertinet, uer. nõ tñ dẽt, dicit, ꝙ aut ex statuto ĩpo-
nit pecuniaria pęna in casib. permissis, & tũc põt iudex il-
lam retinere sibi, & sic põt intelligi ca. dilectus, de of. or. &
c. 2. de delict. pue. Aut nõ subest statutum, sed iudex ex offõ
suo in casib. in quib. põt, imponit pecuniariã pęnã, & tunc
posset sibi retinere, tñ si uult euitare suspitionẽ cupiditatis,
dẽt deputare in piam cãm, & idẽ no. Io. An. hic, & in c. 1. đ
homi. præal. Sed de iure ciuili cui applicetur mulcta, seu pę
na pecuniaria, dic ut not. in. l. 4. C. de modo mulct. & in. l.
agraria, ff. de termi. mo. & ibi uide.

SVMMARIVM.

1 *Litigans temere uel calumniose, si succubuerit, condemnatur in expensis.*
2 *Litigans eoipso, quòd succũbit in cã, præsumitur calũniose, uel temere litigasse.*
3 *Condemnatio expensarum qño fit, quando fertur sententia in fauorem absentis, & contumacis.*
4 *Iuramentum calumniæ non excusat a condemnatione expensarum.*
5 *Litigans cũ cõsilio aduocati si succubuerit, an & quando cõdẽnetur in expẽ.*
6 *Litigans pro una opinione alicuius quæstionis multum dubitabilis, si succubuerit, non condemnatur in expensis.*
Litigans cum consilio alicuius acutissimi doctoris si succubuerit, non condemnatur in expensis.

CAP. IIII.

Calumniam. Victus cõdẽnat uictori pñti ĩ expẽsis, ẽt in causis pecuniariis, & unũ casum excipit h. d. primo legẽ recitat, quã scđo approbat, ibi: *quoniã*. Casus lit. Qui calumniose litigant, puniendi sunt de calũnia puniunt ẽm ꝙ le. pcipiunt. qa istud sacris cõsonat institutis, pcipit pp, ut de

de cætero ĩ pecuniariis cãis uict⁹ uictori in expensis legiti-
1 mis cõdẽnet, nisi ferat sñia p absente. No. primo ex tex. qđ
victus cõdẽnãdus est ĩ expẽsis nõ solũ, cũ calũniosę litigat,
sed ẽt cũ temerè, & ad hoc solet allegari quotidie hæc lr̃a,
concor. l. eũ, quẽ temerè, ff. de iudi. Et dr̃ia est inter calũniã
& temeritatẽ. nã calũnia cõsistit in animo, & non pt pbari
ex actis, sed tm̃ probat ex coniecturis, cũ sit qdã dolus. l. do
lũ, C. de dolo, & c. 2. de renuntia. li. 6. Temeritas uero pt eẽ
sine dolo, & probari ex actis, ut qa habẽs iniustã cãm. nõ ha
bito cõsil. peritorũ credẽs pprio capite se hr̃e bonã cãm li
tigauit. talis. n. dr̃ temere litigare. Scđo no. ꝙ in cõdẽnatio
ne expẽsarũ stãdũ ẽ legib⁹ ĩperialib⁹ ex quo ñ ꝯdñt canonib.
Et expediẽdo totũ ĩtellm̃ h⁹ c. una cũ gl. subiicio quatuor q̃
sita. Primũ ẽ, nũqd q libet deficiẽs ĩ iudicio psumat calũnio
sus, seu temerari⁹, & sic hẽat locũ ꝯdẽnatio expẽsarũ. Scđm
qũo sit pcedẽdũ in cõdẽnatione expensarũ, qñ sñia fert ĩ
fauorẽ absentis cõtumacis. Tertiũ, nũqd succũbẽs, q iurauit
de calũnia, debeat cõdẽnari in expẽsis. Quartũ, qd si iste
2 succũbens ẽt litigauit cũ cõsilio aduocati sui? † Et quo ad
primũ cõiter tenet hic, & ĩ c. fi. litib. de dolo & contu. ꝙ eo
ipso, ꝙ succũbit, psumit calũniosus, uel temerarius, & uenit
cõdẽnãd⁹ ĩ expẽsis. nisi ex aliqb. indiciis appareat eũ proba
biłr litigasse. nã iura simpłr dñt uictũ uictori ĩ expẽsis cõdẽ
nãdũ, & sic præsumit iure calũnia, uel temeritas eo ipso, ꝙ
3 succubuit. †Quo ad scđam qõnẽ sunt pricipałr due opi. una
est, ut qñ sñia fert p actore absente & cõtumace, tũc re⁹ dẽt
detrahere de sua cõdẽnatiõe pricipali expẽsas, quas fecit ĩ
lite, licet succubuerit, & hoc statutũ fuit ĩ odiũ absentis cõ
tumacis, q hẽbat bonã cãm, & noluit eẽ ꝯtumax, & istã opi.
sentit hic gl. & fuit Pla. antiq doc. iuris ciuilis. Alia opi. &
& cõior est, ut pñs uict⁹ ꝯdẽnet absenti uictori ẽt ĩ expẽsis
sed de ista cõdẽnatiõe expẽsarũ dẽt re⁹ suas expẽsas detra-
here, & hæc opi. placet gl. ĩ. l. pperãdũ, ĩ. §. finaũt re⁹, C. de
iudi. & sequũt hic Io. An. & cõiter doc. nostri. nã ex prima
opi. seq̃ret inæqualitas ẽm Io. An. inter actorẽ, & reũ, qa si
sñia ferret p reo absente, actor pñs uictus ñ posset expẽsas
suas deducere ex cõdẽnatiõe, qa nulla ẽ cõdẽnatio, cũ re⁹
tm̃ absoluit. Itẽ qa absens puniret dupłr. Priò qa nõ refice-
rẽt sibi expẽsæ. Scđo, qa de cõdẽnatione pricipali detrahe-
rẽt expẽsæ rei. Et aduerte qa iste tex. ĩ fi. loq̃t nimis gñałr,
& vr̃ inuere, ꝙ qñ sñia fert p absente, tũc fit illa cõdẽnatio
expẽsarũ. Sed i⁹ ciuile loq̃t magis clarè ĩ d. l. pperãdũ. §. fin
autẽ. ubi dr̃, ꝙ qñ sñia fert pro actore absente, tũc in pęnã
ipsi⁹ re⁹ dẽt de cõdẽnatione sua detraher̃ expẽsas, quas fe
cit ĩ lite, uñ uariat intelłs illi⁹. l. an dẽat intelligi de cõdẽna
tione, s. principali, ut qa tenebat soluer̃ cẽtũ, & expẽdit. 20.
vñ detrahẽdo illa. 20. tm̃ remanẽt octuaginta soluẽda ab
senti, an uerò intelligat de cõdẽnatiõe sua. s. expẽsarũ, & sic
cõdẽnat re⁹ absenti uictori in principali, & in expẽsis, & đ
expẽsis actoris absentis pt detrahere expensas, quas fecit. &
certè licet ĩtelłs cõis sit ęq̃or, tñ ali⁹ intelłs vr̃ mihi uerior.
primo p istũ tex. in fi. nõ ĩpropriãdo literã, uñ cũ tm̃ text.
hic faciat mẽtionẽ de cõdẽnatiõe expẽsarũ, dicẽs victũ ui-
ctori cõdẽnãdũ ĩ expẽsis, nisi sñia p absente ferat, ergo ut
sit uera exceptio, dẽt intelligi, ut uict⁹ tũc nõ cõdẽnet uicto
ri ĩ expẽsis, ergo cũ lex, pperãdũ, dicat, ꝙ đ cõdẽnatiõe sua
re⁹ detrahat expẽsas, quas fecit ĩ lite, nõ possum⁹ ĩtelligere
nisi đ cõdẽnatiõe principali. Ad idẽ iudicio meo ur̃ tex. ĩ
d. l. pperãdũ, ĩ. §. finãt. ubi dr̃, siue una pte pñte, siue absente
decidat lis, semp uict⁹ dẽt victori condẽnari in expẽsis, &
omisit casũ, qñ lis decidit uno pñte, & alio absente, qa tũc
ñ fiet cõdẽnatio expẽsarũ, si sñia ferat p absente, ut superi⁹
dixerã allegãdo. §. finãt. nec obst. inæqualitas, quã adducit
Io. An. qa iõ obseruat, qa cũ actor absens obtinet ĩ cã, cõse
q̃t lucrũ expẽsarũ rei: merito ex cõdẽnatiõe principali de-
ducuntur expẽsę rei. Sed qñ re⁹ absens absoluit, tũc nihil
cõseq̃t uñ durũ eẽt, qđ đ ppria bursa solueret, maxiẽ cũ ip
se actor fuit in culpa cũ uocãdo ad iudiciũ, & satis punit, ex
quo uict⁹ ñ cõdẽnat sibi ĩ expẽsis. Et p
hoc ĩtelłu ẽt facit, qa absens cõtumaci-
ter nullas, uł modicas expẽsas facit. Nã
expẽsę pñtis. q sp fuit ĩ iudicio, excedũt
cõiter expẽsas absẽtis, uñ uerisimiłr nõ
pñt deduci istæ expẽsę pñtis ex expẽsis
absentis, q̃ fuerãt modicę. deducat ergo
ex cõdẽnatiõe sua ĩ odiũ illi⁹, uł saltẽ si
uolum⁹ tenere cõem opi. dicamus, ut ex
tota cõdẽnatiõe tã sup pricipali, quã su
p expẽsis possit re⁹ deducere suas expẽ-
sas, & si ñ sufficiũt expẽsæ absẽtis ad cõ
pẽsationẽ, fiat deductio de cõdẽnatione
pricipali, cũ tex. ĩ d. §. finaũt, dicat ĩdefi-
4 nite đ cõdẽnatione sua &c. †Quo ad ter
tiũ, nũqd iurm̃ calũniæ excuset a cõdẽna
tione expẽsarũ, cõiter tenet, ꝙ ñ, ut hic,
& ĩ. l. 2. C. đ iu. calũ. nã (ut ponderat Io.
An. & bñ) uict⁹ ꝯdẽnat ĩ expẽ. ñ solũ, qñ
calũniosè litigauit, sđ ẽt qñ temerè liti
gauit, ut hic ĩ prĩ. Iurm̃ ergo calũnię q̃q̃
excusare uideat a calũnia. nõ tñ a temeri
tate excusat. Itẽ đ calũnia iurabat omni
tpe, sicut & hodie, tñ iura gñałr pcipiũt
cõdẽnationẽ expẽsarũ, ergo iurm̃ calũ-
niæ nõ excusat à cõdẽnatiõe expẽsarũ.
Tertio facit ęq̃tas, cũ uideam⁹ litigãtes
facile iurare đ calũnia, uñ iniquũ eẽt ex
falsitate temer̃ litigãtis uictorẽ dẽre dã
nificari ĩ expẽsis. Quartò ego adduco. c.
fi. ĩ. ti. px. ubi si culpa, ĩperitia, uel negli
gẽtia tua dãnũ datũ ẽ mihi, licet cesset
dol⁹, & calũnia, teneris mihi ad emẽdã.
ergo si p temeritatẽ tuã, & falsitatẽ in
litigãdo, seu ĩperitiã tuã sensi dãnũ expẽ
sarũ, tu dẽs mihi reficere illud damnũ.
5 †Quò ad quartũ, qd si succũbẽs litigauit
de cõsilio aduocati? Hos. hic distinguit,
ꝙ aut ñ detexit sibi totã ueritatẽ, & tũc
ĩputãdũ est sibi. de se. n. cõquerat. nã ap-
paret temeritas, seu ĩperitia, & facilitas
ipsius. Aut detexit ueritatẽ, quã sciebat,
sed ueritas pbabiłr eũ latebat, ut qa suc
cesserat ĩ i⁹ alteri⁹, & nõ potuit meli⁹ in
strui, & tũc parcit sibi. nã q ĩ ius successit
alterius, iustã ignorãtię cãm cẽset hr̃e,
in regula, is q, de reg. iur. li. 6. Aut dixit
totã ueritatẽ, sed aduocat⁹, ut lucraret,
dedit sibi cõsiliũ litigãdi, & tũc tenetur
aduocatus de suo, arg. in. l. rẽ nõ nouam,
C. de iudic. Aut per imperitiam seu ne-
gligentiã aduocati perdit cãm, & tũc te
a net ẽt aduocatus de suo,[a] arg. in c. ad au
6 res, de ęta. & qual. & facit tex. optim⁹ in
c. fi. & quod ibi dixi. ĩ. ti. pxi. †Sed Host.
uł omittere aliud mẽbrũ notabilius, qñ
s. habuit cõsiliũ sine dolo, uel imperitia
aduocati, uel alterius doctoris, ut puta
erat lex multipłr intelligibilis & diffici
lis, ex qua pendebat decisio qõnis. tunc
enim si habuit cõsiliũ ẽm unã partẽ, sa-
tis puto hũc dẽre euadere cõdẽnationẽ
expensarum, quia hic cessat calumnia te
meritatis, & hoc casu excusat iuris error
ut in. l. regula, ff. de iur. & fac. ignorã. &
quod no. inst. de obl. quæ ex quasi delic.
nas. in prin. Idem putarem, ubi haberet
cõsiliũ ẽm unã opinionem accutissimi

SEB. SAPIA.

a De suo. Quòd aduocatus teneatur firmat Felin. in c. tuas nos. ĩ. de homi. Geor. Na. in cle. sępe. §. q̃ oia, colũ. 6. ĩ. de pba. Fel. ĩ c. pastoralis, col. 4. ver. dubito de dicto, ĩ. de iud.

doctoris, ut licet succũbat pp cõem in ꝯtrium, nihilominus euitet condẽnatione expensarum per notabile dictũ Io. An. in c. 1. de consti. li. 6. in uersi. sed neque ex multitudine, & tex. not. in l. 2. §. sed neq; C. de uet. iu. enu. & quod not. Zenze. in cle. ne Romani, de ele. & dico in c. finem, de dolo & contu. Inn. hic posuit unam glo. satis not. sup materia cõdẽnationũ expensarum, quę cõiter hic omittitur, quia tractatur in, d. c. finem, & in c. consuluit de offi deleg.

SVMMARIVM.

1 *Clericus deponitur si dederit causam bello, uel ipse personaliter pugnauerit, intellige ut infra nu. 3.*

2 *Clericus incitans aliquem ad bellum iustum, non deponitur, tamen ipse non debet personaliter pugnare, etiam contra Sarracenos, nisi ad suam necessariam defensionem, quo casu etiam si commiserit homicidium non incurrit irregularitatem.*

CAP. V.

1 *Quod in dubiis.* †Clericus cãm, seu operã prębẽs in bello, deponendus est. h.d. Casus lit. Quærebatur đ pęna clerici cãm, seu operã dantis bello. Consultus papa rñdet, ꝙ sacerdotes, q guberna nt nauẽ ad pugnam, & qui personaliter conflictum exercent, & alios incitant ad pugnandũ oẽs sunt deponẽdi. Ber. Nota primò ex tex. tria delicta depositione digna. siue ergo clericus exerceat gubernationẽ nauis, seu exercitus ad pugnam, seu corporalr pugnet, siue aliũ incitat ad pugnã, deponi. pt. Scđo not. ex rõne literæ ibi: *enormiter peccant &c.* qđ p quolibet enormi crie clericus deponi pt; facit. 50. di. in c. si Eps, & 16. q. 7. c. inuentũ, & de iudic. c. cũ nõ ab hoie, & in c. at si clerici, e. ti. & ibi plene dixi, q̃ sunt cria depositione digna, & aliquid tãgã. ĩ. c. proxi. Non
2 habetis alia notãda. †In gl. ibi: *interesse*
a *bellis*[a] *&c.* No. bñ gl. aperte. n. uult maxime iuncto tex. qđ ubi bellũ ẽ iustũ, licet sacerdotib. nedũ alios incitare ad pugnam, aut ad conflictũ, sed ẽt interesse ĩ ipso cõflictu: qđ tñ intellige, dũmõ nõ ipsi pugnent, quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnãdũ ẽt ꝯ Sarracenos, & alios infideles, ut in c. ex multa. s̃. de uoto, & in c. cõuenio. 23. q. ulti. quod intellige nisi opprimerẽtur, & nõ possent aliter euadere mortẽ. nam tunc licite pugnant, adeo, ꝙ irregularitatem non incurrunt ẽt interficiendo, ut ĩ cle. si fu
3 riosus, de hom. †Inn. hic uariauit in mã c. nã primo dicit, ꝙ licet prælatus hẽns iurisdõnẽ tpalẽ possit ex iusta cã indicere bellũ, & alios incitar ad pugnã, aut cõflictũ, tñ si ĩterest ipse in cõflictu: & ĩcitat alios dicẽdo, pugnate fortiter, seu emittit uoces exhortãdo eos ad pugnã; ꝙ fortè talis incurrit irregularitatem. Host. dicit, ꝙ sine forte, si hincinde seqt mors, uel mẽbri mutilatio, sed qa pdictis obuiare uñr capitulũ pen. de hom. & de cle. pcus. c. pen. & ult. dicit postea, quod cã defensionis pñt clerici interesse; satis pt dici, quod aut clericus ex iusta cã infert bellũ, pta quia habet iurisdõnẽ tẽporalẽ, & tunc nõ dẽt interesse, Aut est ibi cã defensionis, nõ tñ erat necessitas ineuitabilis, & tũc si sequitur mors, uel mẽbri mutilatio ex percussione sua, efficitur irregularis, ut in d. c. pen. de hom. secus si ñ ex percussione sua, sed aliorũ, & dic plenius, ut dixi in d. c. pe. & ult. de cle. percus. & uide bonam glossam, quę concordat cum ista septima quęstione prima, capitulo, sciscitatus.

SVMMARIVM.

1 *Clericus degradatus propter enormia crimina, ut est latrocinium, detruditur in arctum monasterium, furtum uero est tantum depositione dignum.*

2 *Clericus degradatus actualiter, non est ulterius sub protectione ecclesiastica, secus, si degradetur uerbaliter, puta deponatur.*

3 *Delicta, siue crimina, quæ dicantur leuia, grauia & grauissima.*

4 *Clericus ob quæ crimina suspendatur, deponatur, degradetur & in strictum locum detrudatur.*

5 *Pœna perpetui carceris æquiparatur morti, & debet rarissime infligi.*

6 *Clericus depositus, & ad perpetuum carcerem damnatus, an possit testari?*

7 *Detrusio in monasterium an debeat fieri ad tempus, an in perpetuum?*

Clericus semel intrusus an possit amplius ordinari, uide in fi. infra. c. ad aures. nume. 3.

CAP. VI.

Quæ discretionis. Abbas & cleri. in magnis criminibus deprehensi post depositionẽ detrudi dẽnt in monasteriũ ad agẽdũ pęnitẽtiam. Vel sic. clericus pro ma
b gno scelere ab eo cõmisso deponi dẽt, & in monasteriũ detrudi ad agendũ pniam h.d.[b] & secũda pars, ibi *respondemus.* Casus lit. Clerici aliquando deprehẽduntur in latrociniis & aliis, magnis sceleleribus, quæritur, qualiter sint puniendi? Respondet pa. ꝙ a suis sunt ordinibus degradandi, & in arcta monasteria detrudendi ad agendũ pniam. B. No. primo ex tex. regulã unam generalem, ꝙ pro magno scelere cleric⁹ nedũ deponit, sed ẽt detrudi dẽt ĩ arctũ monasteriũ ad agendũ pniam. Et aduerte, quia si nõ posset in monasterio tute eẽ, qa timet de fuga, ne oportunitate captata inde
1 fugiat, põt sub arcta custodia detineri, ut in c. ut famæ. ĩ. de
c sen. exc. †Scđo no. ꝙ latrociniũ cõputat inter magna scelera, [c] & pro eo fit depositio, & detrusio, & pondera tex. quia loquit de latrociniis, non ergo habet locum in simplicib⁹ furibus, nã in plus se habet latro, q̃ fur: quia latro est de die, & qñq; cũ uiolentia, sicut isti deprædãtes in stratis publicis. Sed fur est de nocte, & sine uiolentia, ut dixi in c. si. s̃. de homi. tñ pro furto clericus deponi potest, ut in c. cum non ab homine. s̃. de iudi. sed forte non fiet etiam detrusio post depositionem, sicut in latrone. nã & ipsum ius ciuile lõgè acrius punit istos latrones famosos, q̃ fures occultos, ut in l. capitaliũ. § famosos, ff. eo. & in aut sed nouo iure, C. de
2 seruis fugi. †Vlt. no. ꝙ clericus degradatus adhuc remanet sub iurisdõne ecclesiæ, ꝯ quod facit ca. degradatio, de pœnis, in fin. li. 6. nam degradatio exuit & priuat degradatum ab omni beneficio & priuilegio clericali, & incontinenti degradatus relinquitur potestati seculari per eum puniendus, ut ibi. Sol. hic loquitur de degradatione uerbali, quę ñ priuat ab oĩ priuilegio, unde non tollitur priuilegiũ fori, nisi postea sequatur incorrigibilitas, ut in c. cũ non ab homine; de iudi. & in c. dictum. 80. di. Contrarium loquitur in
3 degradato actualiter, & sic nota ex litera, quòd degradatio quandoque sumitur pro depositione uerbali. † Sed quia in text. fit mentio de magnis sceleribus, quæro, quæ dicantur magna scelera? nam si recte ponderetur text. non est de mente ipsius, ut pro quolibet peccato mortali clericus possit deponi, nisi sit magnum, imo nec beneficio suo clericus priuari debet, nisi crimen sit graue; ita dicit tex. not. in c. inuentum. 16. q. 7. Sol. doc. multum lente transcunt super text. seu intellectu, & materia hu-

ius. c.

* Bel. An & quando licitum sit plato, uel clericis pugnare in bello licito, uel eis preesse. uel aliis indicere bellum, uide quod de hoc dixi latissimè post d. Abb. in c. pe. de homic.

ZACHAR. Adde uidendum latè Cal. consi. 1. de treu. & pace. Adde ultra eos quod notaui in apost. ad istum in c. olim, 3. s̃. de resti. spol. Alexã. in l. ex hoc iure, ff. de iusti. & iure, & in l. hostes, ff. đ capt. & postli. reuer. & Old. consi. 70.

SEB. SAP.

a Bellis. Vide. Archi. late in cap. si quis uult. 36. dist. ubi Car. Alex. copiose & do. Ant. in c. exposuit, in 6. col. s̃. de dila. Car. in consi. 19. inci. quidam præsby.

b H. d. & allegatur iste text. per do. Abba. in c. ex literis, de consti. contra Albe. e. Ro. uide ibi Ant. Barba.

c Magna scelera. Sed quando dicitur delictum maius, & minus de iure ciuili, & de iure diuino, uide cõsi. Bar. quod inci. ad declarationem huius qõnis, & est in ordine. 7. uide omnino, quia loquitur secundum theologos. Andr. Barba.

a SEB. SAPI. Carcerẽ. Deputatio ad carcerẽ æquiparatur morti, qñ carceratus patitur famẽ & frigus, secũdũ Bal. in c. 1. §. deniq; q̃ fuit prima cã beneficii ami. faciũt not. p Bar. in l. 1. §. diuus seuerus, ff. de quæstio. uide Io. de Ana. in rub. supra de his, qui filios occi. in fi. Pari. de Puteo in tracta. syndic. char. c. col. ult.

b Carcerẽ, utrum dãnatus ad perpetuos carceres possit cõdere testamẽtũ, adde quod no. d. An. in c. ad hęc, de testa. ad idem not. etiam ipse d. Abb. Panor. ĩ ru. de testa. in. 2. colum. uer. 7.

c Casus lit. Iste tex. facit ad. q. de frãgentibus pacem, qui promiserunt se sub certa pœna non offendere, de qua plene per Io. And. in regu. iur. frustra i Mer. lib. 6. ubi ẽt ponit, nũquid adulterans, uel occidens, uel uulnerans fratrẽ illi⁹ cũ quo fecit pacẽ, dicatur frãgere pacem, uel si occidit eũ post factã pacẽ bannitũ. Et circa pdictam quæstionẽ, uidelicet: quis debeat đ frãgẽtibus pacem puniri, uide pulchre per Bal. qui alle. hũc tex. ĩ l. semel mora, ff. solu. ma. & circa qõnẽ de bannito post pacẽ, uide Per. de Anc. in c. nulli, de ele. li. 6. Circa qõnem, quã dixi de adulterante uxorem, uiđ omnino ĩ terminis Bar. ĩ l. uerũ, ff. đ fur. ubi ẽt ponit, qd de faciente furtũ post pacẽ. & circa primam. q. đ se offendentibus & nõ apparẽte quis sit primus, uiđ Bar. in l. cũ pater. §. libertis de leg. 2. circa qõnẽ de occidẽte uel uulnerãte consanguineum illi⁹, cum quo fecit pacẽ, uide quod plene notaui ĩ c. grauem, de exces præla. sup hoc & circa quæstionem de occidente bãnitũ post factã pacẽ, uide Pe. de An. in c. canonũ, de cõsti. in. 6. princ. q̃sito, in. 20. col. illi⁹ q̃siti, uers. sed q̃ro, sicut p ius cõmune, & per Oldr. in consil. 21. & per Bar. in trac. de bãnitis, & per Bar. in l. eleganter. §. fi. ff. de pig. act. & circa qõnẽ de se uulnerantibus, cũ nõ appareat quis fuerit primus, adde ꝙ ille præsumitur fuisse primus aggressor, qui reputabatur fortior, ita dicit Flo. in l. 1. §. cũ arietes, ff. si qua. pau. fe. di. uel ille psumit esse primus aggressor, q erat magis ferox, gl. ẽ fin. ĩ c. si bos, đ iniuriis, quã alle. Flo. ĩ d. §. cũ arietes. Sed mihi uidetur, ꝙ illa gl. hoc nõ dicat, qa uult dominũ bouis in casu dubio nõ teneri, sđ ꝙ imo robustior psumatur prius fecisse insultum, facit optimè quod no. Bal. ĩ. l. cõsti. § sđ cũ nos, ĩ. 3. col. ubi dicit, ꝙ stãte statuto, ꝙ primusgenit⁹ succedat, qd si duo fratres fuerũt nati uno tpe, ita; ꝙ non apparet, quis prim⁹ exiuerit uẽtrem matris, & đ supradicta. qõne de offendente illũ, qui fuit bannitus post factã pacẽ, utrũ dicat fregisse pacẽ, uide p Bal. ĩ l. 1. ĩ pe. co. C. si a nõ compe. iud. qui ponit, an & quando pax sit seruãda bannito, sed dũ. s̃. allegaui §. cũ arietes, adde quod glo. dicit, ꝙ nõ apparẽte quis fuerit prior ĩ percutiẽdo, neuter tenebit, quã glo. in terminis ibi inducit Flo. ad. q. istã de frãgẽtib⁹ pacẽ tamẽ nõ apparet, qs fuerit primus, nec Fl. ibi alle. gl. in d. c. si bos, sed ibi habeo allegatũ in margine. Itẽ adde Hoc, ꝙ not. Paul. de Cast. post Bal. in l. semel mora, ff. so l. ma. ubi dicit, ꝙ si duo fecerunt pacem, & promiserũt se nõ offendere sub certa pęna, si unus eorum offendit primũ offendentem, secundus nõ dicitur fregisse pacem, & tempore, quo offendit, pax uni erat facta, & alle. Io. An. i addi. Spe. in rub. de treu. & pa. & in d. reg. iur. frustra. Et aliqua alia & đ supradicta. q. an adulterans uxorẽ dicat frãgere pacem, uiđ per Bal. in c. 1. i prin. & in c. fi. de pa. te. & p Bar. & ibi latissi-

ius c. Sed tu aduerte, ꝙ ĩ variis iuris partib⁹ disputatio fit q̃ dicãt grauia đlicta, đ quo ĩ l. 1. C. de req. reis, & ĩ l. ad ea, ff. de re. iur. Bar. pleni⁹ ĩ l. ñ solũ, ff. đ iniuriis, vñ aduertẽdũ, ꝙ q̃dã delicta dicunt leuia, q̃dã grauia, q̃dã grauissima. Leuia dicũt, vbi dol⁹ nõ reqrit. vñ, qñ aliquid cõtingit p ĩperitiã, uel culpã sine dolo: vel qñ dol⁹ iteruenit, sđ circa rẽ modicã, vt fortè modicę rei ĩter domesticos. l. respiciẽdũ, ff. de peñ. l. leuia, ff. de accusat. & c. cũ dilecti, s̃. đ accu. Delicta verò grauia sũt, ĩ qb⁹ exigit dolus, & tendũt in graue piudiciũ alterius, seu reipublicę, & magna pœna ĩponit, vt ĩ furto, piurio, & similib⁹, vt ĩ c. cũ nõ ab homine, s̃. đ iud. & hic. Grauiora uerò crimina sũt publica, & qñ ñ imponit pœna mortis. Grauissima, vbi ĩponitur pœna mortis. Nã ex grauitate deprehẽdim⁹ quãtitatẽ & qualitatẽ delicti. 24. q. 1. ñ afferamus.
4 †Ad ppositũ ergo, aut clericus cõmittit leuia crimina, & non dẽt deponi, nec ẽt priuari bñficio, sed poterit ad tps suspẽdi, uel aliter corripi ad arbitriũ iudicis, vt ĩ d. c. cũ dilecti, đ accu. Aut committit grauia, & poterit đpõi. Si verò grauiora q̃q̃ ñ publica, poterit ultra depositionẽ detrudi in mõasteriũ, vt hic. Si uero grauissima, ita, ꝙ đ iur ciuili puniret pœna mortis, & tũc poterit đpõi & dãnari ad ppetuũ carcerẽ, vt ĩ c. penul. đ hærc. & ĩ c. nouim⁹. ĩ. đ ver. sig. & ĩ c. 1. đ hęre. li. 6.
5 †Vñ not. dixit Inn. ĩ c. quar el 2. đ accusatio, ꝙ ista deputatio ad ppetuũ carce
a rẽ[a] p⁹ depositionẽ æqparat pœnæ mortis, & rarissimè dẽt ĩfligi, nisi (ut dixi) p istis grauissimis scelerib⁹, & posset eẽ ita đlictũ pnitiosũ exẽplo & qualificatũ, vt traderet illico p⁹ đpositionẽ iudici seculari, vt. d. c. nouim⁹, & plenè dico ĩ c. cũ ñ
6 ab hoĩe, & c. at si clerici, đ iudi. †Et ex pdictis ĩfero ad vnã no. qõ Cleric⁹ p grauissimo đlicto fuit đposit⁹, & dãnat⁹ ad
b ppetuũ carcerẽ[b], nũqd talis pdit factionẽ testamẽti, vt bõa sua veniãt ad succedẽtes abĩtestato, sicut dicim⁹ ĩ bõis dãnatorũ ad mortẽ? vt in aũt. bõa dãnatorũ, C. de bo. dã. audiui fuisse ꝯsultũ p & ꝯ à valẽtissimis viris. nã quidã cõsuluerũt ꝙ sic: quia hęc pœna comparatur pœnę mortis, vt. s̃. dixi secũdũ Inn. Sed in ꝯtriũ facit: qa ecclesia deputat carcerẽ nõ ad pœnã, sed ad pęnitentiã peragẽdam, vt ĩ d. c. nouim⁹, & ĩ c. q̃uis, de pęnis, li. 6. ñ ergo succedit loco mortis & hęc opinio pl⁹ mihi placet: qa pęnæ nõ dẽnt extendi. Nõ obst. gl. in c. qa diuersitatẽ, de cõces. pbẽ. q̃ dicit, ꝙ bona clericorũ & damnatorũ applicãtur fisco ecclesiæ, qa illa gl. iure nõ probat. Itẽ facit ca. excõicam⁹, el. 1. in. §. damnatis, s̃. de hęre. ubi specialiter & specificè ĩ facto hęresis disponit de bõis clericorũ dãnatorũ, sec ergo in dãnatis de alio crimine, & maxime qa đ hoc nulla fit mẽtio ĩ aliqua par
7 te iuris canonici. †Sed q̃ro nũqd ista detrusio in monasteriũ dẽat fieri in perpetuũ? ñ tãgit hic: sđ gl. ĩ c. dictũ. 81. di. dicit hoc eẽ ĩ arbitrio iudicis. Sed text. in c. si quis eps. 50. di. dicit, ꝙ in perpetuũ, & illud verius, nisi habito respectu ad qualitatẽ delicti iudex deputet ad tempus, arg. 2. q. 3. in c. si quẽ. §. notãdũ, & in l. qd ergo. §. pęna grauior, ff. de his qui. no. ĩfa. Vnde & hodie ẽt in crimine hæresis pęna detrusiõis põt commutari in aliã pęnã, si uisum fuerit supiori, vt in c. vt officiũ, de hære. *li. 6.* An aũt ille, qui semel fuit detrusus, possit amplius ordinari, vel redire ad suũ ordinẽ, vide text. cũ gl. ĩ c. si ille. 50. di. In gl. 1. in fi. de hac materia uide gl. ĩ c. si quis diaconus. 50. dis. & in c. ex literarum, de eo qui duxit in ma. quã pol. per adul. plenè dico in c. cum non ab homine, de iudic. & dic ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Pœna promissa in contractu a partibus, potest per utranque partem exigi, si utraque pars contrauenit etiam de iure canonico, nu. 2.*

3 *Procuratio, quæ debetur episcopo ratione uisitationis, an possit aliquo casu componi?*

4 *Mora ultima nocet, quando prima est purgata, alias secus.*

5 *Pœna si fuerit petita uigore contrauentionis contractus, an per hoc tollatur, quod est promissum in contractu, uide infra c. tuam, nu. 4.*

Pœna an toties incurratur, quoties contractui contrauenitur?

6 *Pœna apposita in contractu non incurritur ex eo, quod una pars uenit contra contractum extraiudicialiter, non autem in iudicio.*

CAP. VII.

1 *Constitutus.* †Si uterq; contrahẽtiũ uenit contra contractum, vterq; potest exigere pœnam ad inuicem promissam ex conuentione. h.d. Primo ponit diffinitionem. Secundò causam interserit, ibi: *cum & pars.* Ca
c sus lit.[c] Episcopus Lauitanus concessit monasterio Criptæ ferratæ omnes ecclesias in diœcesi sitas pertinẽtes ad monasterium illud, & quicquid iuris in illis habebat in emphyteusim sub annua pensione reddẽda, ita, ꝙ solum cõtẽtus eẽt certa pœna apposita ĩ istrumẽto ide ꝯfecto: postmodũ orta fuit super his ꝯtẽtio ĩter eos. Per cõfessionẽ vtriusq; partis ꝯstitit, qđ pars mõasterii subtraxit Epo pensionem, & episcopus exegit à monasterio pcurationẽ, & sic vtraq; pars cõmisit in pœnã, vñ dñs papa utranq; partem à pœna illa reddit absolutam. Ber.
2 †No. 1. ex tex. ꝙ ẽt de iure canonico licitè ĩ cõtractu apponit, & exigitur pœna.

me p Lud. Ro. in l. licitatio. §. q illicite, ff. de publica. Itē de eo, qui dixit de robustiore, q p̄sumat prius fecisse insultū, allego in simili opt. tex. cū gl. in l. si duo. § si maritus, in uer. habebit, ff. de re. dub. & ibi oīno uide Bar. & adde hic Bal. in repet. l. 1. in. 12. q. C. vñ ui. & in l. ut uim, ff. de iustit. & iure, ubi ponit, qñ apparent duo inuicem se uulnerasse, cuius dicta refert & sequitur. Io. d Ana. i repe. c. significasti, in ult. char. de homici.

Adde de adulterante uxorē eius, cum quo fecerat pacem. Alex. con. 112. 2. lib. & 109. quarto li.

a Incarceratur. An ille, qui carceratus ē, sit idoneus testis cōtra carcerantem, dic q sic, sed tamen diminuitur de fide, ita dicit Io. An. in addi. Spe. in rub. de teste, uer. sed quærebatur.

Adde Old. consi. 145. a quo Ioan. And. habuit.

b Ictus fustium. No. itellectum l. ictus fustiū, ff. de his q no. infa. sed tu uid Arch. in c. infamē. §. porro, 3. qō. 7. ubi dicit post gl. quæ incipit, post falsum, alias hoc falsum, quod si quis fustigetur in pœnam delicti post sentētiā, bene dicitur uel efficitur infamis, secus si ad inquisitionē ueritatis ut l. nullū, C. d infa. dicit tñ, q Vin. Gof. & Hos. in hoc c. q super his, tenent idem, qd gl. in d. §. porro, & uid Arch. i c. quia iuxta, cir. me. 5. q. 6. ubi dicit, q si fustigat ex cā famosa infamis efficitur, ut l. ictus fustiū, ff. de his, qui not. infa.

Adde Old. consil. 92. Ioan. de Ana. con. 21.

c In delicto notorio. Iudex potest mandare imponi pœnā sine alia cōdemnatione & uide quod plenissime no. post d. Abba. in c. ad nostrā, de iureiur.

Scdo not. q ex ɔtrauētione vtriusq; partis tollit in effectu pœna apposita in cōtractu.
3 †Tertiò no. q super procuratione pt interuenire cōpositio, cōtra quod facit c. cū venerabilis, & q ibi no. de cēsi. Sol. qdā intelligūt de pcuratione debita ex cōsuetudine, priuilegio, uel alio iure spāli, ñ aūt de pcuratione debita rōne visitationis. Hos. dicit tex. posse procedere ēt in ista procuratione debita rōne visitatiōis, arg. ī c. cōstitutis, de relig. dom. de quo dic vt no. ī c. ex officii, de p̄scri. & c. fœlicis, & c. exigit, de censi. li. 6.
4 †In gl. 2. in fi. de hac mā uide bo. gl. in regula, frustra, de reg. iu. li. 6. Et quod dicitur ī gl. q ultima mora nocet, hēt locū, qñ purgat prima mora p sm actū, ut qa debitor obtulit pecuniā creditori, creditor semel renuēs postea eam petiit, nec debitor ampli⁹ eā exhibuit, tūc debitor ē in mora: qa purgata fuit prima mora p petitionē l. tutor. §. Luci⁹, ff. de usur. q
5 hic nō cōtigit. † Et hic possent examinari duo difficiles articuli. Prim⁹ nūqd seruās trāsactionē possit petere pœnā, & cū hoc seruare ipsam transactionē, an uerò tollat trāsactio petēdo pœnā? Secūdus, qd in aliis ɔctib⁹, nūqd toties cōmittat pœna, quoties fit cōtrauentio de quibus plenè per gl. & Bar. in l. qui fidē, ff. d trāsact. & in l. si sic stipulatus, ff. de ver. obli.
6 †Vltimo hic pt qri, qd si eps petiit pcurationē, & Abbas exhibuit, nūqd eps incidat in pœnā? Doc. q nō, qa exigitur alterum, vt pœna committatur, vel quod trahatur ad iudicium, vel quod uiolenter eripiatur procuratio, arti. in l. 1. ff. si quis cau. quod est menti tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Testis uarians & uacillans potest capi, & in carcere detineri, non tamen incurrit infamiam.*
2 *Infamia in dubio intelligitur de infamia iuris.*
3 *Infamis quis efficitur absque alia condemnatione, si delictum erat tale, quod irrogabat infamiam, si de eo fuisset condemnatus.*
Delictum si est notorium, potest puniri absque alia condemnatione.
4 *Confessio inducit infamiam, quando est tale delictum, de quo condemnatus efficeretur infamis.*

CAP. VIII.

SVper his. Breue est, & potest sic summari. Si testis propter uacillationē incarcerat, a infamiam non incurrit hoc dicit. Casus lit. Quidam clericus coram iudice delegato in testimonio vacillauit, & uariauit in dicto suo, qui p eundem iudicem de mādato Pa. captus est & detētus; qrebat, vtrū p hoc incurrerit infamiā? Cōsultus papa
1 respōdet, q nō. B. †No. primò ex tex. q pp uacillationē & uariationē potest talis etiā clericus capi & detineri, con cor. l. nullū, C. de testi. & qd sit propriè uariatio, & uacilla-
2 tio, uide p Inn. s. de testi. cogē. c. pterea. †Scdo no. q appellatione infamię intelligim⁹ de infamia iuris, pro hoc cū
b dilect⁹, de ord. cog. Opp. ɔ text. de l. ictus fustiū b, ff. de his q no. infa. nā (ut ibi patet) ex genere pœnę quis incurrit infamiā, qñ sustinet pœnā de tali delicto, de quo cōdēnatus cōfessus, vel pactus efficeret infamis, sed iste fuit incarceratus p delicto, de quo dānat⁹ fuisset effect⁹ infamis, ergo ex ipso gñe pœnæ effect⁹ ē infamis. Inn. soluit ɔriū dupliciter. Primò, q hic carcer nō fuit deputat⁹ ad pœnā, sed ad custodiā l. aut dānū. §. solēt, ff. eo. Itē & scdo hic loqt in delicto uariationis, vñ qs nō pōt ita cōuinci de crimine falsi, cum habeat multas excusationes, sicut qñ deprehensus in furto su-
3 stinet pœnā. †Ex dictis Inn. collige duo pro itellectu l. ict⁹, sup quo uariāt ibi gl & doct. Primò, vt illa lex pcedat, etiā cū nulla seqtur cōdēnatio, ut ex solo genere pœnę quis incurrat infamiā, qñ ē tale delictū, de quo cōdēnatus efficeretur infamis. Exēplū, Capit quis in furto, vel in alio crimine manifesto. Iudex sine alia sniā mādat eū fustigari. talis cū efficit infamis ipso facto absq; alia cōdēnatione, & hūc itellectū Inn. tenēt quidā in d. l. ictus, & sequit Bar. q est ualde
c not. Ex quo ēt collige unū aliud, q in delicto notorio c sine alia cōdēnatione pt iudex mādare pœnā imponi, q ēt no. Inn. in c. ex parte, el. 1. j. de uerb. sig. † Scdo no. ex dictis In-
4 d no. q sola cōfessio d iducit infamiā, qñ est tale delictū, d quo cōdēnatus efficeret infamis, & hoc tenuit gl. iuris ciuilis in l. qm̄, & in d. l. ictus, ff. de his qui no. infa. Sed Bar. ibi ɔ, nisi cōfessio fieret in ciuili in actiōe famosa, quia tunc cōfessus habet pro condēnato. l. 1. ff. de cōfes. sed in criminali nō habet pro cōdēnato sed reqrit snia, ut in l. si cōfessus, ff. de custo. reo. Multū tñ ɔ dictū Bar. & pro Inno. facit. d. l. qm̄, hic sup tex. nō sunt alia no. Capio gl. 1. Item aduerte, quia Inn. sentit ex prima sol. quod si iste testis fuisset incarcerat⁹ in pœnam uacillatiōis, q incurrisset infamiam, quasi pœna esset imposita pro delicto, de quo quis cōdemnatus efficeret infamis. Sed certe hoc dictū nō puto uerū, uñ siue testis ua-
e cillās e detrudat in carcerē in pœnā, siue alia pœna afficiat, nō propter hoc incurrit infamiā, quia nō punitur ex l. Cornelia de falsis, sed extraordinarie, quia offendit aures iudicis, & ideo cū non puniatur tanquā falsus, non incidit in infamiā, & hoc recte intuenti uoluit gl. in l. nullū, C. de testi. & hoc aperte uoluit Bar. in l. infamen. ff. de publi. iudi. in illa. q. an damnatus per inquisitionē efficeretur infamis &c. & forte hoc etiam uoluit Inno. hic in secunda solu. In gl. 2. ibi: *per se non infamat, nisi sententia præcedat*, hoc dictum est contra ea, quæ superius dixi secundum Inno. sed insurrexerunt istę uarietates & contrarietates propter uarios intellectus illius. l. ictus. nam quidam intelligunt illā. l. qd snia præcesserit pœnam, & ita tandem tenuit ibi gl. & ita uidetur glo. hic uelle sequendo illum intellectum, & ideo tenetur illa lectu. quæ est no. ut ex solo genere infamię quis infamiam incurrat sine alia condemnatione, ut supra dixi, & de ratione decidendi dic, ut supra dixi.

Adde uidendum Fran. de Are. late consi. 165.

d SEB. SAPI. Sola confessio. Vide Fel. in c. testimonium, col. 11. uer. & iste tex. inducit, supra de testibus.

e Vacillās. Qualiter dēat puniri testis uacillās, sed tu sup hoc uide tex. & gl. in l. q falso, ff. de testi. & gl. i uer. uacillāt, in c. si testes, §. itē in testibus. 4. q. 3. & dicit Bal. in l. scripturæ, C. de fi. instru. quod etiā nō parcitur rustico, qui sibimet est cōtrarius, uide per d. Anto. in c. 1. in ult. colū. de testi. cog. & uide Arch. 4. q. 3. c. si testes, uer. itē q falso, ubi dicit, q testis uarius si accusetur, punitur pęna l. Corn. de fal. alias si sine accusatore, punitur pro motu iudicis, arg. l. nullum, C. de testi. & alleg. Inn. in c. 1. de testi. cog.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad certam quantitatem certo die sub pœna soluenda, si partem intra terminum soluerit, non tenetur ad integram pœnam.*
2 *Pœna an & quando censeatur apposita in fraudem usurarum?*
3 *Pœna in loco pœnitentiali non debet solui.*
Pœna si excedat interesse, licite peti potest.
4 *Pœna an censeatur remissa ex eo, quod pars post terminum recepit sortem, & ue quid simile?*
5 *Obligatio diuidua uel indiuidua quæ dicatur.*
6 *Pœna solui debet etiam de iure canonico, quando contractus non obseruatur, & committitur aliquando in totum, aliquando pro parte.*

Suam ad

CAP. IX.

1 a SVam ad nos. †Obligat⁹ a ad certā quantitatē certo die sub pœna soluēdā, si partē intra terminū soluit, ad pœnā integrā nō tenet. h. d. In prima cōquestio. In scda puisio, ibi: *Quia igitur*. Casus lit. Clerici sācti Fortunati fuerūt cōdēnati epo spoletano in. 40. libris p quoddā arbitriū sub pœna. 30. librarū, nisi eas ī termino psoluerēt cōstituto. tādē soluerūt in termino. 23. libras: eps īpetrauit quasdā lras ɔ eos tacita veritate, p quas fecit eos sibi cōdēnari in 30. libras noīe pœnę: qa ñ soluerāt totā summā in termino ɔstituto; vñ dicti clerici do. Pa. qrimoniam trāsmiserūt, mādat Pa. epo spoletano, quaten⁹. 7. librarū solutiōe ɔtēt⁹ existat, & sup pęna. 30. librarū de cętero clericos illos nō molestet, cū ñ deceat ipsū ihonestis qstibus anhelādo cū aliena iactu-
2 ra ditari. B. †No. primò ex tex. q ēt inter clericos licitē ferī laudū cū appositione pœnæ sup quātitate. Appositio ergo pœnę sup quātitate soluēda, si nō fuit soluta, nō iducit vsurā, seu p̄sumptionē vsurę; q dicit Inn. verū, nisi apponēs pœ-
b nā b sit solitus fœnerari: qa tūc p̄sumit in fraudē usurarū ap-
3 posita, de quo vide q no. in c. dilecti, de arbi. † Scdò no. arg.
c opt. q solutio penæ nō habet locū in foro pęnitentiali c. nā tūc propriè qs lucrat cū iactura alteri⁹, d quo uide bonum tex. cū gl. 12 q. 2. c. fraternitas. Et est arg. ex tex. q licitè pœna peti nō pōt, si excedit interesse. Cōtrariū tñ tenet Inn. Et ad tex. pt respōderi, q hic fuerat quasi totū debitū psolutū.
4 †In gl. 1. ibi: *nisi aliter conuenerint inter eos &c.* hęc gl. sentit, q si creditor p⁹ terminū recepit sortē, uī renuntiasse pęnę, nisi fuerit ptestat⁹, q ēt intēdebat petere pœnā, sed hoc dictū vī ɔ tex. istum, vbi pp fundat se sup alia rōne dic ergo, q iste tex. pcedit, qñ pars debiti dūtaxat fuit soluta; unde rōne partis nō solutę qs nō vī renuntiare pœnę, ut hic, & rīr, nūquid possit quis petere pęnā, & excipere de trāsactione, siue cōtractu, vt sic valeat cōpositio seu cōtractus, & ēt possit peti pęna, dicēdū est plenè, vt no. maxime p Bar. in l. qui
5 fidē, ff. de trāsact. & in l. si sic stipulatus, ff. de verb. obl. In eadē gl. ibi: *sit indiuiduum &c* Et q̄ dicat obligatio diuidua, & q̄ indiuidua, plene no. ī. l. stipulationes nō diuidūt, ff. d ver. obl. Et pprie illa obligatio dr quasi diuidua, qñ solutio partis affert tātā cōmoditatē respectu partis sicut solutio toti⁹ respectu toti⁹ obligatiōis. Exēplū primi: promisi tibi scribere duos libros sub pęna, & scripsi tibi vnū: hæc pœna tñ cōmittit p medietate: qa ista obligatio ē diuidua, cū respectu partis tu habeas oēm cōmoditatē. Indiuidua verò dr obligatio, qñ solutio partis ñ affert tātā cōmoditatē. Exēplū p misi tibi scribere vnū librū sub pęna: scripsi tibi medietatē: hæc pęna cōmittit in totū? qa scriptura medietatis ñ affert tātā cōmoditatē respectu partis, sicut tota scriptura respectu toti⁹, & ita ī ɔsimilib⁹. Et hæc dicta gl. pcedūt, qñ qs obligat ad dādū, vel faciēdū sub certa pęna. Sed qñ qs dēt aliqd recipeī, puta hæreditatē, uel legatū, si aliqd soluerit, uel fecerit, tūc ñ pt petere, nisi totū soluat, vel faciat, vt in l. Męui⁹, & ī l. cui fund⁹, ff. d ɔdi. & demō. Et de mā hui⁹ gl. plene habet p legistas, & maxie p Bart. ī l. stipulatiōes ñ diuidūt, & in l. 4. §. Cato, ff. de ver. obli. & dicēdū ut ibi proprie nō est materia nostra, & est gl. magis plena, q̄ sit ista in l. seru⁹,
6 ff. si qs cau. †Sed dubiū ē, nūqd de iure canonico possit peti pęna respectu partis non solutę; cōiter doc. nostri q sic, q mihi placet. nā eadē dēt eē rō de parte quo ad partē, q̄ ē de toto quo ad totū, vt ī l. q̄ de tota, ff. de rei ven. & in c. pastoralis, in uer. itē cū totū, de offi. dele. Sicut ergo de iure canonico pt peti pęna ī totū, si ñ adimplet ɔctus, vel mādatū pęnale aliquo modo, ut in c. cū dilecti, s. de arb. eodē mō rōne partis ñ adimplētis pt exigi pęna p rata. Et hoc intellige, qñ obligatio cōsistit ī dādo, seu soluēdo; ita, q solutio partis affert cōmoditatē, sm qd p̄dixi alias si obligatio eēt idiuidua, tūc pęna cōmitteret ī totū ēt de iure canonico, quia 2
tūc cessaret rō huius lrę per p̄dicta, pōt solui contrarium c. d
cū dilecti, palle. ad qd doc. respondēt dupl'r: primò, q ibi pars potuit soluere, sed noluit, hic verò ñ potuit: uel illud de rigore; hic d ęqtate. Pria sol. mihi nō placet, qa ē diuinatio ad istū tex. Scda ēt ñ ē uera: qa debuisset ibi pp seruare istam ęqtatē, sicut hic, iō solue, vt p̄dixi, q ibi in nullo fuerat satisfactū, iō pęna hēt locū ī totū ēt d iure canonico, sed hic fuerat satisfactū p maiori parte, ibi de æqtate ñ cōmittit pęna ī totū, saltē cū effectu, nō. n. negat iste tex. quin rōne partis nō solutę possit exigi pęna pro rata. Sed ɔ text. & ɔ p̄dicta opp. hic lata fuit snia, ā qua nō fuit appellatū; ergo cū trāsiuerit in rē iudicatā, ñ debebat ampli⁹ pars audiri, vt ī c. cū iter, de re iud. multiplex dat sol. priò, q ista decreta ñ necessitat, sed tñ hortat, p hoc text. ibi: *non decet, &c.* Vel scdo pp hic puidet ex offō suo tertiò forte fuit appellatū dāt ēt alię solutiones, i qb⁹ nō oportet instare, qa de hoc principal'r nō disputat hic, sed tātū de commissione pęnæ respectu totius.

a Obligatus. Pro intellectu huius decre. uide unū pulchrū dictū, quod scripsi post dictū d. An. in c. Odoardus, in. 2. col. de solut. & an & quādo pęna adiecta pacto ualeat, uide p d. Ant. in c. plerīq;, circa fina. de pac. Et add, q his casibus, qbus pōt peti pœna, nō tamen poterunt peti usurę pęnarū, tex. est in l. 1. ff. de ma. conue.

b Pœnam. Adde omnino, q not. Bart. & Bal. i l. cū apponas, C. de dolo. ubi dāt pro regula, q appositio pœnę in cōtractu qñ ɔuenit, uel agitur d dāno, nō tenet tanq facta in fraudē usurarum, secus, si ñ cōsistit in fraudē, ex quo inferunt ad pęnā appositam in cōpromisso & idem tenet Bal. i. §. alteri, insti. de inuti. stipu. ubi oīno uideas, & de illo articulo, quādo pœna uideat adiecta in fraudem usurarum, omnino uideas d. Ant. in c. dilecti, de arbit.

Adde de hac materia uidendum late Ro. con. 409.

SEBA. SAPI.

c Pœnitētiali. Quomodo hoc procedat, latissime explicat Feli. in c. 1. col. 12. uer. tertius casus, s. de cōst. & iter alia uult, q licet pęna non debeatur in foro cōscientiæ sm gl. in d. c. fraternitas, tamen illud procedit, quādo illa pęna processit ex l. dispositione, secus, si debeat ex conuentione partium, & hoc sētit Inn. hic.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegiū est crimē ecclesiasticū, adeo, quod Iudex ecclesiasticus pōt de eo imponere pœnam tēporalem.*
2 *Beneficij appellatione uenit feudum, precarium & similia.*
3 *Priuatus beneficio, uel officio ob suum delictum potest illud ex noua concessione reacquirere.*

CAP. X.

AD aures. Occidentes p̄latū, priuātur beneficiis, & feudis, quę hēnt ab ecclesia, cui præerat pręlatus ille, nec eis, nec hæredibus restituēt, nec alia de nouo concedi dēnt, & hodie in occidēte, capiēte, uel banniente epm c sunt auctę pœnę, de qbus dicēdum, ut in clemē. si qs suadente, eo. ti. Diuidit hæc decre. Nā primò recitat pęnalē sniam. Scdo grauat ibi: *quia igitur*. Cas⁹ lit. Quidā ciues vicētini suū epm interfecerunt, pp qd feudis, & beneficiis, q̄ à uicētina ecclia detinebāt, spoliati sunt p sniam, qsiuit episcopus uicentinus, utrum ipsis, uel eorū hęredibus illa beneficia sint restituēda? respōdet Pa. q nec ipsis, nec eorū hęredibus sunt illa beneficia restituēda, seu de nouo alia cōferēda, cū maiori
1 ēt sint animaduersiōe plectendi. B. †No. 1. ex tex. q pp sacrilegiū pōt iudex ecclesiastic⁹ imponere laico pęnā tēporalem. Vñ hic priuat eū dominio vtili qsito ex ɔctu. Eodē modo posset imponere aliā d pęnā tpalē, pro hoc. 17. q. 4. c. qsquis, & sic optime facit iste tex. q licet iudex ecclesiastic⁹ nō hēat iurisdictionē tpalem in laicū, tamen si delictū, de quo cognoscit, est ecclesiasticū, pōt punire eū delinquentē ēt temporaliter, & facit pro his,
2 q̄ dixi in c. licet, in gl. s. eo. † Scdo no. q uerbum, beneficia, d late sumitur. Vnde

SEBA. SAPI.

Beneficia, quid ueniat appellatione beneficii, late tradit Feli. in ca. postulasti colū. 6. uer. circa gl. 2. supra de rescrip.

comprehēdit feuda, & oīa alia afferétia aliquā vtilitatē, vt locatio, p̄carium, uel q̧cq̄d aliud ab ecclesia concessū. nā dicitur bn̄ficiū bn̄uola, actio gaudiū tribuēs capiēti, vt in lib. feu. in tit. qb. mod. feud.
3 amitta. in c. 1. †Tertiò ista lr̄a[a] facit sin. ī
a arg. q̧ priuatꝰ ex delicto bn̄ficio suo, vel alia re certa pōt ex noua cōcessione illā rē priuatā acq̄rere. nā hic Papa ꝓ maiori animaduersione specificè īterdixit, ne istis occisoribꝰ, vel eorum hęredibꝰ illa beneficia restituāt; ergo potuissent restitui cessante prohibitione; de quo vide, quod no. in c. commissa, de elec. li. 6.

a Litera, de hoc uide c. cum inter. P. de renun.
b Excedens. An iudex possit punire subditū cōtra eū delinquentem, uide gl. & d. Abb. in c. 1. male. Adde uidendum Alexan. consi. 25. 1. lib.
c Limito. Istam limitationē refert & seq̄tur d. Abb. in c. 1. de cleri. ex commu. mi.

SVMMARIVM.

1 *Litigator, qui temere contradicit iudici, coram quo litigat punitur arbitrio superioris, nu. 4.*
2 *Iudex debet uitare nimiam familiaritatem cum subditis, ne eius authoritas contemnatur.*
3 *Iudex non potest illum, qui ipsum iniuriat, punire, nisi iniuria sit notoria.*

CAP. XI.

Dilectus. Qui iudici iniuriatur, per superioris arbitrium puniri debet. h.d. Vel sic. Prorumpens contra iudicem, arbitrio superioris punitur. hoc dicit. Casus lit. Quidā iniuriabantur iudici, de quorum iniuriatione consultus papa de eorū pœna infligēda respondet, q̧ si aliquis temerè prorūpit ꝯ iudicis assertionē ſm arbitriū superioris debet puniri, cū de ipsius litigatoris improbitate constiterit ne vilescat iudicialis authoritas.
1 † No. q̧ litigator, q̧ temere ꝯdicit iudici, corā quo litigat, arbitrio superioris puniri dēt, quia nō est vilipendenda iudicialis authoritas. Ber.
2 †No. 1. ex tex. q̧ debitꝰ honor deferēdꝰ ē iudici: alias aūt euanescit eius authoritas, vn̄ dēt curare, quātū p̄t, ne contēnat̄ à subditis, & iō cōsilium est, vt euitet nimiā familiaritatē subditorū, q̧a ex conuersatiōe æquali nascit̄ cōtēptio dignitatis, vt dixit tex. ī l. obseruādū, ff. de offi. p̄si. & īgenio dēt augere dignitatem, vt ibidē dr̄ ī fi. & alibi dicit canō: dū nimiū seruat̄ humilitas, regēdi frāgit̄ au-
3 thoritas, vt ī c. qn̄. 86. di. †Secundo not.
b ibi: *superioris arbitrium &c.* q̧ excedēs[b] ꝯ iudicē nō punit̄ ꝑ ipsum iudicē, ne sit iudex in cā propria: sed dēt puniri ꝑ superiorē. Contra hoc facit c. si q̧s erga, & q̧ ibi not. 2. q. 7. & in c. 1. s̄. de offic. dele. & eo. ti. c. Romana, li. 1. Sol. Inn. hic instat. Dic plenius reformādo dicta sua, q̧ aut loq̄mur in ordinario, aut in delegato. Prio casu, aut notoria est iniuria, & pōt ipsemet punire iniuriantē, q̧a in notoriis n̄ ē suspitio, & n̄ ē ferēda sn̄ia cū solēnitate; & hoc tenet Inn. in c. ex parte. j. de verb. sig. quod semꝑ limitaui, & li-
c mito[c], ubi pœna est a iure expressa: secꝰ autem, ubi veniret imponenda arbitrio suo, quia tunc arbitrando esset Iudex, & posset excedere modum, ad hoc c. cū uenissent, supra de iudi. & ibi plene dico. 7. q. 1. c. quam periculosum. Aut iniuria non est notoria, & tunc aut tangit principalr̄ ꝑsonā ipsius iudicis, & nō p̄t ipse punire, ne sit iudex in facto proprio. 23. q. 4. c. inter multiplices. Aut tāgit principalr̄ dignitatē suā, & tūc p̄t punire: sed q̧a consequenter tāgit ꝑsonā, poterit tanq̄ suspectꝰ remoueri, seu recusari; ꝓ hoc, q̧ no. Cy. in l. vnica, C. ne q̧s in sua cā. Itē potest ordinarius ſm Inn. & bn̄, punire aduocatos procuratores, notarios, & cōsimiles ꝑsonas excedētes in officio, vt in l. necq̧ q̄. §. 1. ff. de offi. ꝓcō. & adde hodie, q̧ habet̄ in c. 1. e. ti. li. 6. Secūdo casu, cū quæritur de delegato, aut impeditur iurisdictio sua, & potest procedere ꝯ impedientes, ut in. d. c. 1. Aut nō impedit̄ iurisdictio ꝑ iniuriā illatā, & tūc dēt facere punire ꝑ supiorē, ut hic, & arg. in authen. de testi. §. si uero ignoti, & de mā uide, q̧ plene dico in d. c. cū uenissent.
4 †In gl. ibi: *cum temere contradicit &c.* dicēdo iniuriā sibi; puta tu mentiris: vel quod ipse nihil scit, vel similia verba, & hoc denotat tex. ibi: *temere prorumpentis.*

SVMMARIVM.

c PEruenit. [c] Legitur multis modis, sed secundū communem lec. h. d. Excōicati pro leui iniectione manuū in clericū possunt per Epm absolui, & est iste text. singu. secundum hanc lect. Casus lit. Aliqui leuem & modicam iniuriam inferunt clericis, propter quam sunt excōicati, utrum accedere debeāt ad sedē apostolicā, dn̄s papa cōmittit arbitrio epi, vt videat, an leuis sit iniuria, uel non, & si iniuria leuis fuerit, eos absoluat, alias ad papā remittat eosdē. B. in gl. in fi. Primā opi. tenuit Inn. hic, & pro hoc adducebāt lrām i fi. ibi: duximus cōmittēdā, quasi uelit dicere hāc fuisse specialē cōmissionē. Sed alii cōiter sequūt̄ dictū gl. ut qa facit ius cōe quo ad oēs nā, si cōtineret specialē indulgentiam, cum non appareat, cui loquat̄, & cuius sit priuilegiū, erit hæc decr. oino superflua, pro hoc facit, quod habet̄ in antiqua, ubi scribebatur, qđ iste deberet absoluer̄ mulieres, senes, &c. & postea subiiciebat̄ de his absoluēdis, &c. ut in lrā. vñ sicut, episcopus potest iure suo mulieres, senes, & alios hmōi absoluere, vt in c. ea noscit, s̄. e. ita & istos pro leui iniuria excōicatos, & iste in-
1 tellectus tāquā benignior amplectēdus est. † Et pro hoc facit, quod ubi duo p̄nt eiici intellectus, debemus sequi illum, qui continet in se aliquā dubitationē, & de aliquo prouidet. l. quod 1 a. ff. ad Carbo. & i l. 1. ff. ad munici. facit c. cū in iure, đ offi. leg. Itē cōsuetudo, q hoc hēt, i dubio multū ē attēdenda & minimè sunt mutāda, &c. l. minime, & l. si interpratiōe, ff. de legi. & i c. cū dilectus, de cōsue. Sed ɔ̄ hūc intellectum facit c. si uero, s̄. eo. ubi in casu spāli eps absoluit, quādo iniuria nō ē enormis, ad idē. ca. qm̄, s̄. de vi. & hone. cle. ubi hoc est pri-
2 uilegiū clericorū cōiter uiuētiū. † Sol. dicit. Io. An. & bene, distinguē dum fore inter iniuriā leuē, mediocrē, & enormē, vt pro leui iniuria qlibet eps possit absoluere iure suo authoritate huius decr. n̄ aūt hoc licet i lr iferiori p̄lato. nā hęc decr dirigit̄ epo, vt patet, ibi: *fraternitati tuæ &c.* Inferior. n. ab epo n̄ appellat̄ frater, sed filius, ut i c. q̄ graui. đ cri. fal. pro iniuria uero mediocri nō p̄t eps absoluere nisi priuilegiatos, & hoc casu locū hēant ɔ̄ria supius alle. & similia iura pro iniuria uero enormi eps regulariter nō absoluit, nisi ī necessitate & vbi specificè sibi cōmittit̄. Sed q̄ro, nunqd Eps poterit absoluer̄ laicos leuiter iniuriātes clericos? Cōiter tenet̄ qđ
3 sic: qa iste tex. loq̄t indistīctè, qđ no. † Et q̄ dicat̄ iniuria[d] le
d uis, mediocris, & q̄ enormis, recurrēdū ē ad arbitriū iudi-
e cis, ar. ist. đ iniu. ī. §. atro, facit c. cū illorū, & quod ibi[e] no. j. eo.

SVMMARIVM.

1 *Participans scienter cum excommunicato in diuinis officiis excommunicatus est, & per solum papam absoluitur.*
2 *Excommunicatio maior & minor priuat a sacramentis.*
3 *Excommunicatio per participationem hodie non incurritur, nisi canonica monitione pramissa.*

CAP. XVIII.

1 SIgnificauit. † Communicans in diuinis excōicatis per Papam, quia diuina celebrat, excommunicatus

excōicatus ē excōicatione maiori, & per solū papā absoluēdus. h. d. s̄m vnū ītellectū. Vel sic s̄m aliū. Clericus, q sciēter & spōtè participat excōicato ī diuinis officiis, excōicatus ē maiori, & tm̄ absoluēdus per papā. Casus lit. Aliq erāt excōicati à p̄p̄ pp suos excessus: qdā clerici sciēter & spōtè participauerūt illis excōicatis, & ipsos in officiis receperūt: qritur, a quo isti clerici sint absoluēdi? rn̄det p̄p̄, quod per ipsū cātū, cum sint inuoluti eadē excōicationis sn̄ia, qua & illi. Ber. In gl. 1. in fi Ex hac gl. colligūt tres lect ad tex. Pria lec. vt loquatur de excōicatione minori, quā rlr incurrūt participātes excōicato, vt ī c. nup. j. eo. & c. si celebrat, de cle. excōica. mi-
2 ni. & ī c. à nobis, de except. † & tūc ad tex. dū dicit, eadē sententia, respōdet̄, quod ē eadē in gn̄e & quo ad qd puta respectu priuatiōis sacramentorū: qa sicut excōicatio maior priuat sacramētis, ita & minor, vt ī d. c. si celebrat: sed ɔ̄ hāc lec. facit, qa text. reseruat hāc absolutionē papæ, quod n̄ faceret, si loqueret̄ de excōicatione minori, vt ī c. nup. j. eo. Et iō fortè gl. transit ad aliam lect. vt intelligat̄ text. de excōicato cum omnibus sibi participātib. nā tunc participantes inuoluuntur eadē excōicatione, & ista lec. ē uera in se: sed diuinat ad tex. † & hodie n̄ pōt ferri talis excōicatio ī participātes ca-
3 nonica monitione nō p̄missa, ut ī c. statuimus, e. ti. li. 6. Tertia lect. gl. vt loquat̄ de participātibus excōmunicato in crimine, pro quo fuit excōmunicatus, & tūc oportet intelliger̄, quod fuit aliqs excōicatus a p̄p̄, q celebrauerat diuina post suspēsionē, quo casu participātes sibi ī diuinis officiis cōicāt excōicato in crimine, & inuoluuntur eadē sn̄ia, vt in c. si concubinæ. j. eo. & ista lect. bona ē & secūdū eā primo summa ui: sed aliquātulū diuinat ad istū tex. quod hic participauerunt in crimine. Quarta lect. dat̄ ex gl. q̄ vr̄ cōis, vt ītelligat̄ c. de participātibus excōicato, & nō in crimine. Sed ad hoc, ut incurrāt excōicationē maiorē, reqrunt̄[a] quinq;, quæ narrant̄
a in tex. Primò, quod participātes sint clerici, ut patet, ibi: clericos. item, quod sciēter participauerint, vt patet, ibi: sciēter. Itē qđ spōtè, ut ī tex. ibi: *& sponte.* Quartò, quod excōicato a papa vt patet, ibi: *à nobis.* Itē & quito, quod ī diuinis officiis participauerit, vt patet, ibi: *in officiis.* Nā cū hæc dec. īducat seu cōtineat nouā excōicationis speciem, dēt intelligi propriè, prout iacet, interueniētibus oībus, de qbus in tex. nā alias rlr, vt dixi, ex participio cum excōicato tātū incurritur excōicatio minor. Sed ɔ̄ hāc lect. facit qa iste text. nō uidetur inducere nouā speciē excōicationis, cū papa nō uideat̄ hic nouū ius velle ędere, cū respōdeat ad ɔ̄sultationē, & postea dicit, *& nos uolumus, &c* & sic loq̄t in casu alias deciso a iure antiquo: sed illo iure non reperit̄ hęc spēs excōmunicationis inducta. Itē tex. iste loq̄t de p̄terito, vt patet, ibi *participauerunt, &c.* Sed si cōtineret nouū, n̄ extēderet̄ ad factū de p̄terito, vt in c. cognoscentes, & in c. fi. de consti. sed pōt dici sustinēdo communē lect. quod fortè hoc erat decisum aliqua constitutione antiqua, & iō papa respondet hic per illa uerba supradicta, & quia aliæ lect. de nihilo nobis seruirēt, ideo hæc amplectenda, & hactenus sic est intellecta hæc decreta. & minime sunt mutanda, &c.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum etiam uolentem incurrit excommunicationem.*
2 *Incendiarius an sit ipso facto excōicatus, & an posit absolui ab episcopo?*
3 *Absolutio ab excommunicatione quantuncunque reseruetur papæ, tamen in articulo mortis solet & potest fieri ab episcopo per totum.*
4 *Absolutio ab excommunicatione reseruata papæ an possit fieri per eius legatum, uide infra c. prox.*

CAP. XIX.

b TVa. Excōicatus pro iniectione manuū in clericis, uel incendiarius[b] post publicationē a solo papa absoluitur, primo decisa consultatio. Secūdò responsio, ibi: *fraternitatis*. Casus lit. Quæsitum fuit a papa, utrum illi tantum ab ipso sint absoluendi, qui manus uiolētas in clericos iniecerunt? rn̄det papa, quod nō solū q violentas manus mittūt in clericos, sed ēt incēdiarii, si pro incēdio sint excōicati, post, q̄ sunt per sn̄iam ecclesię publicati, a sede apostolica sūt ab-
1 soluēdi. B. † In gl. 1. ī fi. quasi velit dicere gl. qđ qn̄q; sine violētia manus temeraria extēdit ad clericū: exēplū ī percutiēte clericū volētē. nā violētia sibi n̄ ifert̄, ut ī reg. sciēti, li. 6. & tn̄ percutiēs icurrit excōicationē: qa temerè facit, vt ī c. cōtingit. j. eo. sed ɔ̄ hoc facit, qa c. si quis suadēte, reqrit violētiā, ergo nō dēt extendi, cū sit pœnalis, sed pōt dici, quod licet nō sit uiolentia respectu psonę illius clerici volētis, ē tn̄ violētia respectu totius, ordinis clericalis. Nā collegiū clericale ī cuius fauorē principalr illud priuilegiū emanauit, n̄ p̄sumit̄ ɔ̄sentir̄, vñ n̄ potuit iste clericus renuntiare illi priuilegio, ut[a] in c. si diligēti, de foro cōp. & in c. cū de-
2 sideres. §. fi. s̄. co. † In gl. fi. in fi. Cōclude ergo mētē gl. quod aut qs icēdit ecclīā, seu locū religiosū, & tūc excōicatus est ipso facto, & añ publicationē ipsius excōicationis poterit absolui ab episcopo loci,[b] sed post publicationē non, quia papa reseruat sibi hāc absolutionē, ut hic, aut īcendit aliū locū & tūc nō est excōicatus ipso facto, sed excōicādus & post publicationē absolutio reseruat̄ papę, de hac mā uide bonā gl. in c. cū deuotissimam. 2. q. 2. ī uer. icēdiarios, & gl. ī c. comes. 17. q. 4. & tex. ī c. canonica. 11. q. 3. & Hos. ī sum. đ rap. & incē. §. & qua pęna, uer. sđ
3 s̄m canones, cū seq. † Et ex p̄dictis & ex tex. no. duos casus, ī qbus absolutio ab excōicatiōe reseruat̄ papę, fallit ī articulo mortis, ubi ēt incēdiarius absolui potest a sacerdote, ut in c. in literis, de rapto.
4 Sed extra gl. q̄ro, nūquid legatus possit absoluer̄ istos icēdiarios post publicationē. Et vr̄ quod sic, qa legatus absoluit excōicatū pro iniectiōe manuū ī clericū, vt ī c. seq. ergo pōt absoluere incēdiariū, cum ista duo procedāt hic a pari. Guil. ɔ̄riū, & cōiter tenet̄. nā licet ista parificent̄ quo ad difficultatē obtinēdi absolutionem, nō tn̄ seq̄t, quod pmissio facta in vno casu extēdat̄ ad aliū, maximè qa ī istis exorbitāt, b[us] nō procedit̄ seu nō fit extēsio ēt per maioritatē rōnis, ut in reg. ī argumētum, de re. iu. li. 6. & ī l. quod uero, ff. de leg. solus ergo papa absoluere potest post publicationem, quod est no.

SVMMARIVM.

1 *Legati de latere dicuntur ex eo, quia mittuntur de latere papæ ex eo, quod semper assistant lateri papæ.*
2 *Legati de latere non coguntur ostendere mandatū in his, quæ ueniunt iure legationis, in aliis uero secus.*
3 *Legatus de latere potest absoluere excōicatos rigore. cano. si quis suadente, etiā de enormissima iniuria.*

CAP. XX.

AD eminentiam. Legati de latere absoluere pn̄t excommunicatos per iniectionē manuum in clericos. h. d. Secunda pars, ibi: *super quo.* Casus lit. Quidā dubitauit utrū illi sint pro absolutis habendi, qui a cardinalibus de latere a p̄p̄ missis absoluūt̄ ab excōicatiōe, quā icurrerūt pro iniectione violēta manuū ī clericos, vel

a Requirūtur istæ lect. ad istum tex. ad literam ponit & sequtur Archi. in c. si quis Episcopus consil. 11. q. 3.

b Incendiarius. De pœna incēdiariorum uide tex. gl. & omnino Sa. li. in l. data opera, C. q. ac. & not. in c. pessimā. 33. q. 8. & quando teneatur de incendio, uide Imo. in c. sicut dignū, de homic. & do. Abba. in c. si egressus, de iniur. & de pęna incendiarii uide elegantissime per Bar. in l. 1. de offi. præfect. uigi.

alias religiosas psonas,cũ ipsi cardi ales nullũ sup hoc,mãdatũ expressum ostendãt,qsiuit à pp̃,qd iuris sit? & ipse respõdet, qđ illos dẽt hre ,p absolutis, quos cõsulterit à talibus beneficium absolutiõis adeptos.B.†No. 1.ex tex.q legat⁹ cardinalis dr legat⁹ de latere: qa mittit ex latere Papæ.assistunt n.cardinales lateri papę, et fere oĩa cõsilia eorũ explicat.hic dicũt legati đ latere,đ quo in c. 1.de of.leg.li.6.†Scđo no.ibi:*mãdatis sup hoc non ostendant,&c.*q sup his,q̃ ueniũt iur legatiõis ex dispositiõe legis, uel cõsuetudinis,ñ ẽ op⁹,q̃ legat⁹ ostẽdat mãdatũ expsũ.Trãseunt.n.ista ex gñali de mãdatiõe legatiõis:sec⁹ dic ĩ his,q̃ non cõpetũt iure legationis,qa tũc oportet, q̃ ,pbeť mãdatũ expsũ, ar. hic p locũ à spãli,& uide,q no.Io.An.in c.1.de offi. leg.li.6 dixi plenè in c.q sup his, đ fide instr. † Sed q̃ro ,p declarat one lr̃æ,nũ qd ifti legati possint absolucre excõicatos ,p enormi iniuria,& maximè ,p iterfectiõe clericorum,seu mutilatiõe? Hosh. hic & cõiter doct. q sic: qa lr̃a hic loq̃ indistinctè,[a] ut patet,ibi:*eos habeas &c.* indefinita enim æqpollet uniuersali,ut no.in c.ut circa,đ elect.li.6.Et maxime hoc probatur ẽm aliã literã , quę habet dictionẽ uniuersalem,ut omnis,&c. Sed idẽ Hos.aliud sentit in c.pe.s. de offi.lega.ubi dixit,q ,p enormi iniuria sol⁹ pp̃ absoluit:tñ quo ad ad legatũ appellabat enormẽ iniuriã homicidiũ , & membri mutilationẽ,secus aũt dicebat in effusione sanguinis ẽt cũ effractione ossis,& il lã opi.Hos. secutus est Spec.in tit.de legato.§. nũc dicamus,uers. q ẽt dixi.Sed opi.Hosh. cõiter hic approbatur,,p qua facit ẽm Io.An.qa legatis datur hæc potestas absq; aliqua exceptione,iura.n.ex cipiẽtia enormẽ iniuriã nõ loquũtur in legatis,sed ĩ iferiorib⁹.Et hãc opi.tenet Archi.ĩ c.1.đ offi.leg.li.6.allegat c.eos, de sen.excõ.eo.lib.dũ ibi: *dicitur,a quib. sententijs, &c.* Et sic vr̃ psupponere,q ,p qualibet iniuria põt legatus absoluere, qđã tñ legati solẽt abstinere, qñ cõmissum fuit homicidium,aliqui uero indistincte absoluunt , tamen prima opi. ut indistincte possint absoluere , est benignior, pro qua facit c. quod translationẽ,supra, de offi.deleg. & uide q not.in d.c.pen.In gl.fi. in fi.Et de triplici specie legatorum,& eorum potestate dic,vt in d.c.pe.& in c.1.de off. leg.li.6.plene per Spec.in titu.de lega.in.§.nunc dicamus. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicans non ligat sibi non subditos.*
2 *Canonem non potest tollere inferior a papa condendo statutum contrarium , sed bene potest adiuuare per appositionem nouæ pœnæ.*
3 *Excõmunicatio fertur ipso iure per ista uerba , excõ.sit,*
4 *Statutum quantuncunque generale restringitur ad habiles & subditos ratione potestatis statuentis.*
Statutum lascorũ imponens pœnã prorogantı iurisdictionem potestatis,non extendit.ur ad clericos.
Verba quantuncunque generalia sine statuentis,sine iudicis,uel cuiuscunque,restringuntur ad habiles.
5 *Statutum,quod non possint uendi immobilia in non subditos, non extenditur ad clericos non subditos.*
6 *Statutum certi loci apponens certam pœnam , an afficiat non subditos delinquentes in loco data scientia statuti?*
7 *Legatus ante,quam ingrediatur prouinciam, non potest causas delegare,& idem in quolibet alio officiali.*
8 *Excommunicatio non solet ferri pro futuris culpis, tamen lata tenet.*
9 *Statutũ an liget nõ subditos delinquentes in loco statuti,et ignorãtes statuti?*
10 *Ignorantia,uel scientia præsumuntur ex conjecturis, & probatur ipsa ignorantia per iuramentum.*
11 *Subditus delinquens extra territorium statutis an ligetur pœna statuti sui?*
12 *Statutum,uel sententia,an habeat uires ultra tempus disponentis, scilicet statuentis,uel iudicantis?*
Statutum factum a capitulo,sede uacante,durat etiam creato episcopo nisi expresse reuocet.

CAP. XXI.

Nobis. [b] † Generalis excõicatio ñ ligat nisi subditos proferentis. h. d. Primo ponitur quæstio.Scđo solutio, ibi: *Ad quod.* Cassus lit. Quidã eps protulit sententiam excommunicationis sub hac forma quisquis furtum fecerit,sit excommunicatus,quęritur, utrum hæc generalis sententia extendatur solũ ad subditos excõicantis,an ad omnes,q nõ sunt de iurisdõne illius? Ad hoc respõ. Papa,qđ hac sentẽtia nõ ligant nisi subditi excõicãtis,nisi fortè pl⁹ cõtulerit maior, & largior authoritas delegãtis.B.†No.1.ex tex.iferiorẽ a pp̃ posse p statutũ suũ factũ iã à iure dãnatum ,phibere sub certa & noua pœna,licet ergo iferior ñ possit tollere canonẽ cõdẽdo p̃riũ statutũ,põt tamen canonẽ adiuuare p appositionẽ nouæ pẽnæ,cõcor.ut aiarũ,de const.li.6. & uide q no.Io.An.in c.fi.de offi.archipsby.& gl.in cle. ne Romani,de ele.† Scđo not.q p hęc uerba,*excommunicatus*[c] *sit,&c.* profertur excõicatio ipso iure,pro hoc uide gl.in c.quicunque.de hære.li.6. q no.licet aliud senserit gl.in c.2.de foro cõpe.& uide q ibi dixi.† Tertio no.q generalia uerba statuentis, seu sniam proferẽtis restringunt ad limites ptãtis suæ, ut q̃q̃ ex propria uerborũ significatione apta sint etiã nõ subditos cõprehẽdere, tamen p̃p potestatis defectũ uerba quãtũcũq; gñalia restringuntur, ut nõ cõprehendant nisi subiectos. Facit pro ĩtellectu statutorum secularium & maximè illius statuti,quo cauet , q declinãs iurisdictionẽ potestatis ĩcidat ĩ certas pœnas,ut nõ extẽdat ĩ clericos iurisdictionẽ declinãtes,qa clerici ñ sunt subditi,& statutũ mẽ suraţ ẽm potestatẽ statuẽtis.† Idẽ dicẽdum est,si statuto caueatur , ut uenditio bonorũ immobiliũ nõ fiat nõ subdito, ut non cõprehendat clericos propter generale priuilegiũ, q habent in acquirendo,de quo in c.fi.de immu. eccl.li.6. ẽm Io.An.& per docto.in c.relatum,el.1.s. de testa.In gl. 1.in fin. De hoc quis dicatur nominatim excõmunicatus, seu iterdict⁹,uiđ plenè p Inn.& alios doc.ĩ c.i Lateranen. de p̃ben. & an tales cõmittentes furtũ debeant uitari añ publicationẽ,dic ut no.in c.cũ nõ ab homine,s.e. In gl.2.no. gl.solet enim multũ allegari & cõprehẽdẽdo gl.& materiã ptinentẽ ad eã uidenda sunt quatuor.Primo,nunquid statutũ certi loci apponẽs certã pœnã afficiat nõ subditos delinquẽtes in loco data sciẽtia statuti. Secũdo dato,qđ sciẽtes ligenţ,qd de ignorantib⁹ statutũ. Tertiò,nũquid subditus statuẽtis delinquẽs extra territoriũ afficiat pœna statuti.Quarto & ultimo, nunqd statutũ seu sniã duret ultra statuẽtis tẽpus,seu sniam ,pferẽtis.† Quo ad primũ gl.cõcludit,q nõ subditi[d] ligentur, ex quo delinquunt in loco statuentis.Idẽ cõiter legistę in l.cunctos populos , C.de sum. trini.& fide catho.& optimè facit c. q̃ ad perpetuam 8.dist. Inn.hic uarie loquit̃.† Et ut appareat dubiũ q̃nis pro cõtraria parte,q nõ subditus non ligeť,adducit talis rõ.nam tpe,quo fit statutũ , statuẽs nõ hẽt iurisdõnẽ in actu in nõ subditos,ergo cũ statutũ assumat uires tpe ,pmulgationis, ñ ẽ potens ad comprehendendum non subditos,cum antequam ueniat casus iurisdictionem tribuens,non possit ille

suã iurisdõnẽ actualiter exercere,arg.opt. in c.1.de off.or. li.6.vbi patet,qđ Archieps nõ põt officiales deputare ĩ diœcesi sui suffraganei ,p appellatiõib⁹ iterponẽdis ad eũ:qa,ex quo applones ñ sunt iterpositę, ñ dẽt iurisdõnẽ actu.exercere ad idẽ.l.obseruandũ,in fi.ff. de off.,pcõ.vbi ,pcõsul añ, q̃ igrediaţ ,puicia,ñ p̃t cãm delegare:qa adhuc ñ hẽt actua liter iurisdõnẽ, *licet* hẽat in habitu,facit ẽt l.usufruct⁹,ff. de stipu.ser.Cõclude capiẽdo mẽtẽ eorũ, q̃ tãgit hic Inn.& q mihi pl⁹ placẽt,qđ aut q̃rim⁹ de statuto, aut de sniã,prio casu, aut statutũ ẽ aptũ cõprehẽdeť subditos & ñ subditos, vt ĩ exẽplis h⁹ lr̃ę , & tũc ẽt nõ subditi delinquẽtes in territorio liganţ.nã lex semp loqt̃,vt.l. Ariani,C.de hęre.Iõ in cõtinẽti,cũ nõ subditus delinquit,efficitur de iurisdõne statuẽtis,& ligaţ statuto suo.Aut statutũ nõ põt cõprehẽdere nisi non subditos:vt quia dicit statutũ Archiepisc.quicunq; Archiepiscoporũ fecerit ante se crucẽ deferri in prouincia mea,sit excõicatus, & tũc secũdũ Inn.nõ valet statutũ: quia Archiepiscopus non hẽt Archiepiscopũ aliquẽ in subditũ, & sic hoc statutũ nõ põt comprehendere nisi subditos Hosh. hoc impugnat,ar.c.ex tuarum, de autho.& usu pa.Itẽ quia sequeretur secũdũ opi. Inn. q nõ possit fieri statutũ contra peregrinos in loco delinquentes. Articulus iste satis est dubius,& põt teneri hic opi. Hosti.nã cum statutũ habeat tractũ ad futurũ, & sic lex territorii referat ad tẽpus habile,videť statutũ valere, cũ dicat *iurisdictionẽ* in territorio suo, aut ferẽ sniã gñalis,& tunc potest habere locũ,qđ s.dixi,ut tãtũ extẽdatur ad subditos sentẽtiãtis respectu delicti cõmitẽdi , & potest esse differentia inter statutũ,& sententiã, qa sniã assumit uires incõtinẽti in eũ, cõtra quẽ fertur.unde habet cõprehendere tantũ subditos,ar.in l. usufructus. Sed secus in statuto,cũ habeat actũ successiuum, & uinculũ sumat tẽpore delicti, & in sententia gñali põt intelligi iste tex.vt non subditi delinquẽtes in loco sentẽtiãtis nõ afficiãtur illa sentẽtia;& ita propriè uidetur loqui iste tex. Nã ĩtellect⁹ gl.ẽ indubitab lis in eo,q intelligit tex. de nõ subditis delinquẽtib⁹ extra territoriũ.nã hoc nulli dẽt esse dubiũ,intelligit ergo in sniã gñali,pro quo tex.ibi:*pronuntiaueris,&c.* & hoc habeť illud nobilissimũ dictũ, ut nõ subditi postmodũ delinquẽtes in territorio non incidãt ĩ pœnã 8 sniç,& hoc sentit hic Inn.in fi.† Sed cõtra p̃dicta facit c.Romana.§.caueãt,eo.ti.li.6. vbi dr̃. q sniã excõicationis non potest ferri ,p futuris culpis, nisi subsit aliqua cã de pręsenti.Sol.licet nõ deceat talis sniã sic ferri; lata tamen tenet; 9 & dic hodie,vt no in d.§.caueãt.† Quo ad ẽm dubiũ,p̃supposito qđ nõ subditi [a] hic delinquẽtes ligẽtur statuto data sciẽtia statuti,qd de ignorãtibus? Glo.no. hic dicit,q si statutũ punit factũ alias dãnatũ , punit & ligat etiam ignorantes.Cõtrariũ tenet Io.An.hic,& in c.vt animarũ, de cõstit. li.6.& vr̃ ibi text.pro eo.nã statutũ ibi excõicabat committẽtes furtũ,& tamẽ nõ ligat ignorãtes, q̃q̃ enim factum sit dãnatũ,pœna tamẽ noua est.Bar.in d.l. cũctos populos,sentit idẽ,quod gl.h c,quã sequitur d. Ant.& ad c.ut animarũ, respondet,quod loquitur in sententia excommunicationis, qa nõ ligat nisi rõne cõtẽptus, & ubi daţ ignorantia cessat cõtẽptus.Et pro hac opi.optimè facit l.vulgaris,in §.si qui ex,ff.de furt vbi patet,qđ si credẽs furari modicũ,& furatus ẽ multũ,qđ tenet nõ habito respectu ad intentionẽ & ignorãtiã suã,& hęc opi.videť verior de rigore iuris, licet opi. Io.An.sit ęquior.non enim licitè potest allegari ignorantia,cũ sciret seu scire debebat factũ esse dãnatũ, ubi autẽ statutũ puniret factum alias nõ damnatum, tunc probabiliter ignorãtes nõ ligãtur,ut.82.di.c.proposuisti,& no.in d.l.cũ 10 octos populos.† Et ex cõiecturis p̃sumitur ignorantia,uel scientia, & ĩ dubio recurreret ad iuramẽtũ illud delinquẽtis, 11 arg.in c.si uerò,supra eodẽ t.† Quo ad tertium[b] dubiũ,nũ b quid subditus [c] delinquẽs extra territoriũ statuẽtis incidat c in pœnam statuti,Inn. sentit hic,quod sic. In cõtrarium est tex.in d.cap.ut animarũ. Bar.in d.l.cũctos populos,distinguit, q aut statuẽs exp̃sse agebat ligare subditos deliquẽtes ẽt extra territoriũ, & tũc ligãt subditi.Exẽplũ,dicit statutũ qcũq; cõmiserit furtũ vbicũq;, sit excõicatus.Aut statutũ ẽ gñale,& tũc restringit ad territoriũ statuẽtis, sđ multi modernores legistę i l.ff.đ iurisdi.omni. iudi.tenent oppositũ, qđ credo verũ, vt nũquã delinquẽtes extra territoriũ affinãţ statuto p rõnẽ illi⁹.l.fi.&.d.c.vt animarũ.nã rõ illorũ iuriũ ẽ: qa extra iurisdictionẽ iusdicẽti ñ pareť ipunè. Itẽ qa statutũ ,ppriè ẽ lex territorii, nec p̃tui a res suas exercere ex̃ territoriũ,qa uideret ibi legẽ dicere,& de hoc pleni⁹ dico 12 in c.2.de foro cõpe.† Quo ad ultimũ du d biũ,nũqd statutũ [d] seu sentẽtia duret ultra tẽpus disponẽtis,cõclude,q statutũ, cũ sit lex quædã,perpetuo durat,nisi reuocetur expresse,vt est tex. in c.fi.de offi.leg.vñ dicit Fede,in consiliis suis,q si capitulũ sede uacãte fecit statutũ, durat c ẽt creato Episcopo, nisi expresse reuocet per Episcopũ,quod no. In sententia dic concludendo notabiliter secundum no.ĩ l.fi.ff.đ pœnis,& ĩ l.1.C.đ postu.& ĩ c.vnico,de inaio.& obe.li.6. qđ aut sẽtẽtia iniecit vinculũ tẽpore proferẽtis, aut.nõ priò casu aut uinculũ est momẽtaneũ,& tũc durat vltra tẽpus proferentis,exẽplũ in excõicatione,uel publicatione bonorũ,vt in d.c.unico,vnde excõmunicat⁹ per Episcopũ remanet excommunicatus p⁹ mortẽ Episcopi c. pastoralis.§.1.đ off.ordi. Aut hẽt cãm successoriã, & tũc aut cũ cãæ cognitione sententia fuit lata , & durat ultra tẽp⁹ proferẽtis,& sic loq̃tur.d.l.fi.& p̃dictis adde gl. in c.pe.de cle.nõ resi.q notabiliter sentit licẽtiã expirare p⁹ tps concedentis, & prędicta procedũt quo ad effectũ exsniã productũ,sed respectu ,pcessus , uel effect⁹ producẽdi in futura sententia tollitur p remotionẽ sententiantis, quia pẽdebat ex iurisdictiõe sua,& hoc casu ,pcedat ista glo.In g'o.ultima ibi:*sententia quæ nulla est &c.* hoc arg. nõ colligit ex tex. nã mẽs lr̃æ ẽ,qđ nõ subditi nõ ligãtur,nisi ex speciali authoritate superiorũ fuerit ĩsti cõcessum,q etiam nõ subditi astringantur eius sententia secũdũ Inn. & bene,quod tenemenţi. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Damnificans ecclesiam non solum tenetur ipsi ecclesiæ damnum resarcire, sed etiam eidem de iniuria satisfacere.*
2 *Rapiens bona ecclesiæ an sit ipso iure excõicatus?*

CAP. XXII.

Conquesti. Qui cum effractione spoliant ecclesias , excõmunicati sunt, & per papam tantum post denuntiationem absoluuntur.hoc

Adde an statutum liget statuentes Ludo.Ro. consi.455.

ZACHARI. Adde Matt.Marthe.fin.suo.145.inci.not.mirabile dictũ, & Fel.ĩ c.eccl'ia sãctę Marię,i pria cõclusiõe.6.q.pri.ĩ.đ p̃sti.

a SEB. SAPI. Nõ subditi. Vide Alex.in cõ.44.inci.Alphonsus,in 5.uol.& Moder.in l.1.co.6.C.de sum trini.& fid.catho.& in l.fi.ubi Paul. de Ca. ff. de iurisdi.om. iud.& nũquid delinquẽs i ista ciuitate, qui ex tali delicto sit excommunicatus ut gore statuti Epi, possit absolui a suo ,pprio Epo,ui de Abba.in c.grave,ad fi.s.de p̃bẽ. & quæ no.Ro.i singu. 461.inci.rõne delicti & Abba.in c.1.supra đ rapto.

a Nõ subditi, uide p d.An. i c.cognoscẽtes, in antepẽ. colũ. de cõsti.

SEB. SAP.

b Ad tertium, uide Alex.in cõsil.111. inc.põderatis uerbis,in 1.uol.& q̃ no.Fel.i c.fi.col.2. supra & foro cõp.

c Nũqd subditus. Addẽ hic,q̃ scribit do.Ab. i c.1.de rapto.uer. sed circa hoc dubitaţ,& uide Cal.ĩ repe.c.cũ excõicato, in ultr. col.11.q.3.uide d. car.in repe.c. ppẽ dim⁹,ultra mediũ uer.itẽ no.q statu. ĵ.e.ti.& an positi fieri statutũ qđ cõprehẽdat subditos extra territoriũ đ liquẽtis, uidẽ Bar. in l.prior ait,in fi. ff. de incẽ.ru.nau. & in l.1.C. de cõmer. & me.& uide Bar.ĩ l.fi.ff.đ ẽcr. ab ord.fa.& đ qõ. hic posita p.d. Ab. post d.An.uide in terminis p Bal.in fi.ff.đ iurisdi.om.iudi.p Bar. in l.1.in 8.q.C. de sũ.trin. per Bal.i l. mercatores,C.đ cõmer. & per Bal. ĩ sua repe.l. fi uacãtia,C. đ bo.uac. li.10.uidẽ omnino q̃ scripti post d.Abba in d. c.1.

Addẽ uidendũ late Feder.consilio. 16.

d D.Car. in repet.c. ppẽdim⁹, ĵ.e.in fi. 2.char. uer.itẽ statuẽs, sequit & allegat pro singulari istã gl.dũi fi.loq̃ đ duratiõe statuti uel sniæ p⁹ mortẽ dispõnẽtis:q̃tũ dicit de sniia sub cõditione, uide Bal.

in apoſt. in l.1.ff. de off.procóſ.ubi dat iſinitas remiſſiones. De hoc uide p Spe.in tit.de leg.§. ſupereſt,in 12.col.uer ſi.qui d de ſententia.

a Enormitatibus. Vtrũ clericus ĩmiſcẽs ſe enormitatibus & pſeuerans, poſſit puniri p iudicẽ ſecularẽ non præcedente monitiõe,& uid hoc dictum per eundem Abb.in c.ex parte el. 3. de priuile.& adde qđ no.dom. Ant. in c.fi. de ui. & hone. cle.ĩ ult. col.& ſi uis clare & pleniſſime uidere ueritatẽ h9 difficilis & mere canoniſtalis paſſus, uide Pe.de Anch. in repe.reg.ea q̃, ĩ 11.q.pri.& p car. in repe.hui9 c.circa fi.uerſ.vnde q̃ro,& uide de hoc per Ab.in 3.parte ſtatuti in.10.cauſa ante fi.iſti9 partis.q.42. Adde late uidendũ Cæpo.con. 11. Alex.conſi.6.primo.lib.

b Nõ perdit. Poſſet hic merito dubitari, quare facilius perdatur priuilegiũ canonis, ſi qs ſuadente,dic qa eſt inductum a iure poſitiuo ſ. ab Inno.ſed priuilegium fori eſt de iure diuino,ut eſt text.in c. quãquã, de cenſi.li. 6.& in gl.c.ſi imperator. 96.di.& no.Inno. in c.2.de maio.& obed. ideo difficilius perditur, & aliam rõnem ſubtilẽ reddit d. car. in repet. huius c. in princip.

dicit.Priò poniſ regula.Secundò iudicũ datio, ibi : *quoniam igitur*. Caſus lit.Canonici Regineñ. cõqueſti ſunt do. Pa.ꝙ I. de Malafrena, & qdã alii ſequaces illius quaſdã eccleſias Reginen.Epiſcopat9 violẽter fregerũt ſpoliãtes eaſdẽ.Mã- 2 dat Pa.qbuſdã,quatenus,ſi ita eſt,prædictos ſacrilegos excõicatos denuntient, & faciant ſicut excõicatos arctius euita- 3 ri,donec paſſis iniuriã ꝯgruè ſatisfaciãt, & cũ lr̃is eorũ veritatẽ continẽtibus ad apo.ſe.accedant.B.No. 1.ex tex.ꝙ delicta grauia nõ ſunt ſine mulcta relinquẽ- 4
1 da.†Itẽ no. ꝙ ĩferẽs dãnũ eccleſiis teneſ nedũ ad emẽdã dãni, ſed etiam ad ſatiſfactionem de iniuria,ꝙ no.Tertio colli ge vnũ caſum,in quo ſacrilegus eſt excõi 5 catus ipſo facto,& abſolutio reſeruaſ ſo
2 li Papę.†In gl.1.in fi. Cõclude ergo clarè,ꝙ aut qs rapit bõa eccleſię ſine incendio,ſeu effractiõe,& tũc ñ ẽ ipſo iure excõicatus,ſed excõicãdus, etiam ſi eſſent res ſacrę vt calices,hoc ꝓbaſ in c.ſi.s̃. de fur.vt ibi dixi,& facit c. cõqueſtus,de foro cõpe. aut iſta rapina cõcurrit cũ effractiõe,vt qa fregit oſtia, ſeu pariẽtẽ eccleſię,& idẽ bõa ſubtraxit, & tũc ẽ excõicatus ipſo facto,& ita loqtur hic. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens clericum, qui dimiſſo clericali habitu immiſcet ſe enormitatibus, non incurrit excommunicationem.*
2 *Clericus pro ſua neceſſaria defenſione poteſt aſſumere arma, & non perdit priuilegium canonis, ſi quis ſuadente.*
3 *Clericus dicitur ſe immiſcere enormitatibus, quando facit ſeditionem in populo.*
4 *Homicidium quo ad peccatum remittitur per ſimplicem ſacerdotem.*
5 *Clericus immiſcens ſe enormitatibus, an perdat priuilegium fori & priuilegium canonis, ſi quis ſuadente?6.*
7 *Clerici buffones, uel aliam artem ignominioſam exercentes, ſi illam exerceant per annum, perdunt priuilegium clericale.*
8 *Pœnalia non extenduntur etiam ex maioritate rationis, puta quod pœna magna imponatur pro paruo delicto, ad quod homines ſunt promptiores.*
9 *Bononiæ ſcilicet miniſtri iuſtitiæ non peccant exercendo officium ſuum, ita colligitur ex dictis Abbæ. hic, & ſupra nu. 5 ad finem. 11. uide quæ habentur infra c.proxi.*
10 *Clericus delinquendo poteſt prorogare iuriſdictionem ſui iudicis, quam alias non poſſet ſine eius licentia.*

C A P. XXIII.

Perpendimus. Legitur uariis modis, ſed gñalr ſic ſummari
1 põt.†Percutiens, uel etiam interficiens clericum, ſe dimiſſo clericali habitu ſæuis enormitatibus immiſcente,nõ tenetur ire pro abſolutione ad ſedẽ apoſtolicã.h. d. In prima parte ponitur conſultatio.In ſecunda reſpõſio,ibi: *fraternitati &c.* Caſus lit.Quidam ſacer a dos nominabat ſe filium regis, & acceptis armis ſeditionẽ fecit & guerrã,ꝓ- b pter ꝙ comes qdã fecit illũ fuſtigari, qui poſtea de mãdato eiuſdẽ comitis fuit ſuſpẽſus. Quæſitũ fuit,utrũ occiſores illius ſint excõicati?Reſpõdet Pa.ꝙ ſi ſacerdos talis ñ exceſ
2 ſit,& nõ propulſando,ſeu inferẽdo iniuriã fuit occiſus,ñ vr̃ qđ ĩterfectores illi9 ſint excõicati, tñ iudex pnĩam iniũgat eis cõpetẽtẽ ẜm merita pſonarũ.B.† No.1.qđ ꝓ iniuria ꝓpulſanda pt cleric9 aſſumere arma ad ſui defenſionẽ, nec ex hoc pdit priuilegiũ canonis,ſi qs ſuadẽte;facit cle. ſi furio-
3 ſus,de homi.†No.2.ex hoc tex.iũcto c. cũ nõ ab hoĩe,s̃.e.ꝙ faciẽs ſeditionem ĩ populo & guerrã,dr̃ ſe immiſcere ſæuis enormitatib9, & cleric9 talia exercẽs pdit priuilegiũ canonis,ſi qs ſuadẽte diabolo,& ĩ d.c.cũ ñ ab homine,& hoc ſe-
4 cũdũ vnã lect.†Tertiò no. qđ ꝓ homicidio nõ teneſ qs ire ad papã pro abſolutione à peccato , imò ſimplex ſacerdos abſoluere põt,cũ nõ reperiaſ iſte caſus reſeruatus epiſcopo facit c.Deus qui,& quod ibi dixi.s̃.de pœniten. & remiſſio.
5 †Sed oppo.contra literã.nã uidetur ſibi contraria,nec uidetur Pap.rectè reſpõdere ad cõſultationẽ. nã in cõſultatiõe narratur, qđ iſte ſacerdos mãdato comitis fuit patibulo ſuſpẽſus,& Pa.reſpondet,qđ interfectores eius nõ teneñ ire ad ſedẽ apoſtolicã pro abſolutione,& ſic nihil reſpõdet de comite.Itẽ pap.in reſpõdendo aſſerit illũ fuiſſe occiſum,& tñ in cõſultatione dicit,ꝙ expirauit patibulo traditus.Sol. uario modo põt intelligi iſta lr̃a.nã, ut dicit Inn.in deciſa hoc cõtinebaſ, ꝙ qdã dicebãt hũc ſacerdotẽ in bello fuiſſe interfectũ, & huic narratiõi papa reſpõdet pſupponẽdo eũ occiſũ & ꝙ interfectores nõ teneſ, &c.& ſecũdũ hoc ceſſat cõtrariũ, & hoc modo intelligendo nõ probatur ex litera, ꝙ iſte ſacerdos pdiderit priuilegiũ fori, ſed tantum priuilegiũ canonis,ſi quis ſuadẽte.Sed ſecundũ hũc intellectũ hæc decre.fuiſſet malè deciſa.Scđo modo põt intelligi,ꝙ Pa.reſpõdeat ad cõſultatiõnẽ cõtẽtã in lr̃a. Nã comes poteſt dici interfector ſaltẽ interpretatiuè,quia is vr̃ facere,cui9 mãdato fit,ut in c.mulieres,& ꝙ ibi plene dixi.s̃.eo.& dixit interfectores in plurali habendo reſpectũ ad obſequẽtes mãdato comitis,& tunc hæc lr̃a multũ facit,qđ iſte ſacerdos pdidiſſet priuilegiũ fori. Sed volẽs tenere ꝯriũ poſſet reſpõdere,qđ hic nõ q̃rebatur,vtrum comes poterat iudicare clericũ,vel ne,ſed tantũ dubitabatur de excõicatione,nunquid pro abſolutione teneretur ire ad curiã,& Pa.reſpondet,qđ nõ nã ex quo iſte immiſcuit ſe ſæuis enormitatibus habitu dimiſſo,pdidit illud priuilegiũ canonis ſic enim Iudex mãdãdo nõ incidit in excõicationem , ſed alias peccauit,quia nõ ptinebat ad eũ iudicare clericũ,& pro hoc tex.iſte in fi. mandat iſtis pnĩam iniungi . Nam,ſi ille fuiſſet effectus de foro ſeculari,pnĩa nõ imponereſ iſtis,cũ obtẽperaſſet mãdato iudicis iuſte iudicãtis.23.q.5.in c.miniſter,& c.miles, & hæc cõſideratio multũ facit ꝯ pcedentẽ intellectũ,ut iſta litera nihil probet de priuilegio fori, imo quod potius ꝓ-
6 bet cõtrariũ,& de hoc ſtatim latius ſubiiciam.†In gl.2.ibi: gl.ſoluit,qđ aut clericus ſolũ dimittit habitum & tonſurã, & non immiſcendo ſe enormitatibus,& tunc nõ perdit priuilegium,ut ĩ c. ſi uero,el.2.s̃.eodẽ,aut dimiſſo habitu & tõſura immiſcet ſe enormitatibus, & pdit priuilegiũ.Idẽ uidenſ ſentire Vin.& Tan.& Phili.dicẽtes, qđ ꝯria loquũtur in eo,qui apoſtatat nulli tamen iniuriatur. Iſtud uerò c.de eo,qui apoſtatando alteri iniuriaſ.Hoſt.intelligit hoc c.in clerico,q ex prauitate ſeu iniqtate dimiſit habitũ & tõſurã & imiſcuit ſe enormitatib9,vt pliis & aggreſſuris, & ibi deꝑhendiſ. talis.n. pdit priuilegia clericalia,ut vr̃ uelle Hoſ. ꝙ iſte talis pdat oĩa priuilegia clericalia vt ſic poſſit p iudicẽ ſecularẽ puniri,uel pt ĩtelligi ẜm eũ de incorrigibili.Io. An.dicit, qđ quãdiu clericus portat habitũ & tõſurã, licet immiſceat ſe enormitatibus, nõ pdit priuilegium fori,nec canonis,ſi quis ſuadente. Sed ſi aſſumptis armis immiſceat ſe enormitatibus [a] dimiſſo habitu pdit priuilegiũ canonis, ſi qs ſuadente,& in c.cum non ab homine,s̃.eo.ſed non perdit[b] priuilegiũ fori,vnde ſtatĩ dẽt reſtitui iudici eccl̃iaſtico, niſi fuiſſet

niſi fuiſſet inueteratus in hmõi aggreſſuris ſeu enormitati-
7 bus,quo caſu poſſet ꝓcedere opi.Hoſt.ſecũdũ eũ.† Adducit in arg.c.vnicũ,de uita & honeſta.cleric.libro ſexto, vbi clerici goliardi,& buffones exercẽtes illam artem ignominioſam p annum, pdũt omne priuilegiũ clericale,quaſi innuat Ioan. And.quod fortius debet clericus perdere hoc priuile
a giũ,[a] quando diu ſe exercuit in hmõi enormitatibus,uel ſecũdũ eũ poteſt intelligi,qđ ex poſt facto ſcitũ fuit hũc fuiſſe clericũ, nec prius fuit exceptũ,& ponẽdo has uarias ſolutiones uidebatur dubitaſſe de primo intellectu, qui abſque dubio non probatur hic.nã tex.hic non loquiſ de inuetera
8 to.†Nec c.vnicũ, p̃alle.dẽt extendi ad iſtum caſum,qa cũ ſit pœnale, non debet excedere caſum proprium, de pœniten. di.1.in c.pœnæ. Nã quãdoque imponitur maior pœna pro minori delicto:qa homines ſunt promptiores ad committẽdũ illud delictũ; ideo talis pœna nõ debet trahi ad conſequentiã,vt plenè no. Io.And.in regula,odia,libro ſexto,in Mercu.& maximè vbi pęna imponiſ ipſo facto, ſicut ĩ caſu illi9c.vnici,ar.l.aut facta,in fi.ff.de pœnis,&.33.q.2.c.admonere,& c.lator:qnimò illud c.vnicũ adduco in contrariũ p locũ à ſpeciali.nã cum certi ſint caſus,in qbus clericus ipſo facto pdit priuilegiũ clericale, nec iſte reperiſ ĩter illos,ergo debemus ſtare regulę generali,ut clericus corã ſuo iudice eccleſiaſtico cõueniaſ,quãtũcũq; deliquerit,arg.in c.nouim9.ĩ.de ver.ſigni.& c.cũ nõ ab hoĩe, de iud.Item lec.Hoſtien.nõ probatur hic. nã nõ reſpõdetur hic de facto comitis,vtrũ iuſtè potuerit iudicare illũ clericũ, ſed tantũ reſpõdeſ de interfectoribus & etiam de eo ſecũdum aliam lectu. ſed nõ ad finẽ,vtrum bene fecerit,ſđ vtrũ incurrerit excõicationẽ , & reſpondetur ſecundum vnum modum intelligẽdi ꝙ nõ,qa hoc caſu pdidit iſte priuilegiũ canonis, ſi qs ſuadẽte,vt in c.cũ non ab homine,s̃.eo. ſed nõ priuilegium fori.
9 †Nã (ut.s̃.dixi) ſi iſte potuiſſet iudicari iuſte ſeu licite a comite,non mandareſ eis imponi pnĩa,cũm iſte potuiſſet iuſte ſuſpendi,cũ feciſſet ſeditionẽm,& guerram,& commiſiſſet crimẽ læſę maieſtatis,& pro hoc optime facit c.ſi Iudex laicus.ĩ.eo.ti.libro ſexto,vbi tex.vult, ꝙ clericus capt9 ĩ maleficio dimiſſo habitu & tõſura, dẽt remitti ad iudicẽ eccleſiaſticũ,ſi probat ſe clericũ,& pondera verbũ,maleficiũ,ſeu, malefactorẽ,ibi poſitũ eſt enim uerbũ generale aptũ cõprehendere delictũ quãtũcũq; graue ; facit c.cũ non ab homine,de iud. ubi depoſitus pro ſuo delicto non perdit priuilegiũ fori,licet deprehendaſ in alio maleficio , niſi ſecuta in corrigibilitate,vt ibi dr̃,ad c.ex parte,de priuil.dic,vt ibi dixi.& ad c.1.de apoſta.ẽt reſpõde,vt ibi no.nullũ ergo ius expreſſe probat opi.Hoſt.uel Io.An.ac ẽt ſumus in pœnalib9, & odioſis, vbi ẽ fienda benigna interpretatio, & maxime ĩ fauorẽ ordinis clericalis,& hãc opinio.tenuit do.Card.hic ſed d.Petr.& Ant.diſputãdo tenuerũt ſecũdum pcedentem opi.Io.An.Sed cõtraria opi.(vt prius dixi)pl9 mihi placet, & poſſet corroborari multis aliis rationib9,ſed pdicta ſufficiãt in curſu lectionũ.In gl.3.in fi. Dic clarius & melius,ꝙ hic nõ perdiſ priuilegiũ ex renuntiatione clerici, ſed ex di
10 ſpoſitione iuris pp delictũ clerici.†Simile in clerico,q expreſſe nõ põt prorogare iuriſdictionẽ nõ ſui iudicis ſine licẽtia proprii iudicis,vt in c.ſignificaſti, đ foro compe & tamẽ contrahẽdo,uel delinquẽdo ſubiiciſ ex diſpoſitione iuris iuriſdictioni Ep̃i territorii abſq; alia licẽtia proprii iu-
11 dicis,vt in c.poſtulaſti,& in c.dilecti,de for.cõpe.†In gl.fi.in fi.Sed cõſidera,ꝙ ad cautelã hic nõ potuiſſet ĩponi: qa act9 exerceſ ad cautelã in facto dubio, ubi qs pt ex actu demere ri ſđ ſi iſte ſacerdos ex hoc facto pdidiſſet oẽ priuilegiũ clericale;nulli dubiũ ẽ, ꝙ licite potuiſſet iudicari p comitem, nec comes ſeu ſibi obtẽperãtes ẽt ad cautelã puniri dẽrẽt, qnimo deberẽt pmiari,qa exercẽs iuſtitiam mereſ iuxta illud pſalmiſtę:Beatus, q facit iuſticiã oĩ tpe,&c.23.q.5.c.cũ miniſter,& c.miles,oportet ergo ĩtelligere , qđ iſti ĩ ueritate peccarũt:tũ qa cleric9 ñ pdiderat priuilegiũ fori,ut.s̃.di- c xi:tũ qa ñ licet,pcutere clericũ, licet ipſe propter delictũ ſuũ pdiderit priuilegiũ canonis,vt in c.cũ nõ ab hoĩe , ĩ fi.s̃. e. queadmodũ nõ licet pcutere laicũ,& peccat percutiẽs, licet nõ ſit excõmunicatus,quod nota bene.Nico.Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Abbas faciens uerberari monachum , ipſe & uerberans ſunt excommunicati , nec abſoluentur niſi per Romanũ pontificem ,intelligas, quando facit percuti per laicum. 5. ipſe tamen abbas poſſet ſine metu uerberare.8.*
2 *Percutiens clericum de mandato iudicis eccleſiaſtici etiam cauſa diſciplinæ, & mandans, & mandatarius ſunt excommunicati, nec abſoluentur niſi per pa. intellige, ut ſupra proxi.*
3 *Famulus non tenetur obedire domino in rebus illicitis, nec excuſabitur de mandato.*
Papæ non eſt obediendum in illicitis.
4 *Clericus etiam in ſacris conſtitutus licite poteſt uerberari cauſa diſciplinæ.*
6 *Clerici non poſſunt etiam de mandato iudicis eccleſiaſtici per laicos torqueri, licet communiter contrarium ſeruetur.9. 11.*
Clericus non poteſt capi & detrudi in carcerem per laicum ſine metu excommunicationis , niſi cum licentia ſui iudicis. 11.
7 *Executor ad iudicia tenetur exequi ſententiam ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam, ſecus in executore extraiudiciali, rationem differentiæ uide hic .*
Sententia etiam iniuſta eſt executioni mandanda , & imputetur non appellanti.
Mandatum iniuſtum non eſt executioni mandãdũ.
9 *Prælatus excedens modum in corrigendo, uel torquendo clericum incidit in excommunicationem.*
10 *Sñia ẽt iuſta nõ ualet, nõ ſeruato ordine iudicario.*
Ordo ſi non ſeruetur in aliquo actu an reddat actũ nullum?
12 *Abbas an ueniat appellatione monachorum?*
13 *Ep̃s nõ ligatur conſtitutione, quã fecit.*
14 *Pro eodẽ facto excõicari poteſt unus, & alter nõ.*

C A P. XXIIII.

1 Vniuerſitatis. † Abbas, q facit p aliũ monachũ uerberari,ipſe & uerberans ſunt excommunicati,& non,abſoluuntur niſi a Papa. h. d. Vel ſumma generalius & ſic.
2 † Iudex eccleſiaſticus faciens pcuti clericũ p laicũ,ẽt cã diſciplinę,excõicatus ẽ ipſe,& uerberans,& pro abſolutione tenetur ire ad Papã.h. d. In prima poniſ ꝯſultatio.In ſcđa reſpõſio, ibi:*Nobis*.Caſus lit.Quidã laicus exiſtens in ſeruitio Abbatis de mãdato ipſi9 in clericũ,monachũ,vel cõuerſũ,man9 iniecit temerarias,maxĩe ubi cã nõ ſuberat, pp quã deberet uerberari;quęritur, utrũ laicus ille incidat in excõmunicationẽ? Reſpondet Papa,quod niſi Abbas in ꝓpria perſona hoc faciat cã regularis diſciplinę, vel ſi neceſſitas ĩmineat,p clericũ,vel monacũ hoc faciat, tã ille q tales uerberari facit,quã qui uerberat, eſt excõmunicatus,ẽt ſi cã ſubeſſet, quare debeat uerbe
3 rari.B.†Not.primò ex text.ꝙ obligatus ad ſeruitiũ alicuius non tenetur illi ob-
b tẽperare ĩ illicitis & à iure ꝓhibitis,[b] & ſi obtẽperãdo cõmittit rẽ illicitã,puniſ mandato nõ obſtante,idem eſt in ſeruo, ꝙ plus eſt. nã in iſtis grauibus nõ excuſatur, etiã ſeruus obtẽperans domino l.
c ad ea, ff. de reg.iur.Rõ ẽ,qa,ex quo De9

SEB. SAP.

a Perdere hoc priuilegium . Adde quod non perdit priuilegium, etiã ſi ter ſit monitus ut in ſimili no.d. Abb. in c.ſi.ſuper gl. in uerbo,cum facto ſupra de ui. & hone. cle. uide tamen Abba. contrarium ſentientẽ in c. in audientia infra hoc ti.

SEBA. SAP.

b Prohibitis. Vide tamen Bar.ſentiẽtem contrarium in l.2.ff. de noxa. act.ubi uult,ꝙ ſeruus interficiens uxorem domini iuſſu domini , ꝙ metu mortis, excuſetur ab homicidio, ſed contrarium tenet Bald in l. ſeruos, C.ad le.Iuli. de ui pub. Abb. ĩ c. ſacris,ſupra quod metus cauſa.

c L.ad ea. Eſt optimus tex. ĩ l.ſi mulier.§.ſi ſeruus,ff. rerum amo.

a Iudex eccleſiaſticus nõ poteſt facere torqueri clericos p laicos, & uide omnino ꝙ de hoc ſcribit D. poſt gl. & Archi. 45 diſt.in ſumma in.i.col.& uidq̃d̃ notaui p⁹ d. Ab. in c.ut famæ. j̃.e. ti.& D.ĩ c. 1.uer. opp. ꝙ imo clerici c⁹ea.di.& ꝙ ñ poſſit uerberari p laicũ,uel cõuerſum, uide omnino Do. poſt Archi. in d. ſum.45.diſt.in. 1. co.

SEBA. SAPI.

b Veritatem. Vide quõ hoc pcedat, Io.de Ana.in c.1. co.5.s̃.de cleri.p cuſſo. And. Sicu. in c. ſi cõſtiterit, col. 3. s̃.de accu. Fel. in c.ueniens, in.2.col.s̃. d̃ teſt. & in c.de hoc in 1.co.s̃.de ſimo.& in c.cũ oporteat, in pe.co.s̃.d̃accu. & Marſi.Bono.in ſin.55. inc.Aduertas ad unum.

ZACHARI.

c Siue ſciat eã iuſtã,ſiue iniuſtam. Adde Spe.in ti.de exec.ſen. §.2.uer. itẽ no.& ſe.& ibi Bal.in apo.ubi ẽt dicit, ꝙ ñ peccat exequẽdo talẽ ſẽtẽtiã, & idẽ Spec. in ti.de adul.§ 7. in ſi.& Gemi.in c. ſi homicidiũ,& ſequen.& c. qui malos, & c. iudex,& ibi.Arc. 23 q. 5.

vel princeps ꝓhibet,non dẽt iſte magis obedire dño ſuo,quã Deo,vel principi. hic ẽ, ꝙ ẽt ad mãdatũ pricipis ñ excuſatur qs faciẽs ꝯ Deũ,vt ĩ c.ſi dñs,& c.qui reſiſtit.11.q.3.quimò ẽt Papæ obtẽperãdũ ñ ẽ, qñ ex ei⁹ mãdato aliquod malũ, ſeu ſcãdalũ ẽ futurũ,vt no.dicit Inn.ĩ c. inqſitioni.j̃. eo.nã Papa nõ hẽt authoritatẽ peccãdi,& p cõſequẽs eius authoritas nõ excuſat in peccatis.40.diſtin.c.1.

4 †Scd̃ò no.ꝙ cleric⁹, ſeu religioſus cã diſciplinæ licitè verberaſ, ẽt ſi ſit in ſacris ordinib⁹ cõſtitut⁹, pro hoc c.1.s̃ de calũ.&.5.q.5.c.illi,&.45.di.c.cũ beatus,&

5 uide ibi gl.bo.ĩ ſumma.† Tertiò no.ibi: *neceſſitas urget,&c.* vnã regulã, ꝙ p̃latus inferior citra Epm nõ poteſt ſibi ſubiectũ etiã cã diſciplinæ per aliũ verberare,niſi neceſſitas vrgeat & tunc non per

6 laicũ,ſed p clericũ,uel monachum.† Et

a hanc literã adduco ad[a] qõnẽ quotidianã, nũquid clericus licitè poſſit torqueri p laicos ad mãdatũ ſui iudicis. Nõ reperio hãc qõnẽ expreſſe tactã,licet glo. videatur tangere in c.presbyteri,el.1.5, q. 6. dicẽs clericũ debere torqueri corã Epo ſuo,& non coram laico : ſed poſſet intelligi illa gl.ꝙ nõ à laico.ſ.diſponente & authorizãte:ſec⁹ in laico miniſtrãte & obtẽperãte mãdato eccleſiaſtici iudicis,ſicut videm⁹ in ſimili. nã ñ p̃t laicus ꝓpria authoritate capeſ,& detrudere clericũ ſine pęna excõicationis, ut in c.nup.j̃. e. & tamẽ ad mãdatum iudicis eccleſiaſtici licitè capit, & detrudit ſine pœna,vt ĩ c.ut famę.j̃.e.& meli⁹ ĩ c.ſi clericus.j̃.e.ti.li.6. Sed his ñ obſtãtibus puto ꝯriũ. nã in tortura inferuntur,uerbera,& cruciat⁹.nã pœna inferſ,vt vi pęnę

b dicat veritatẽ,[b] ut in p̃alle.c.illi qui,&. l.1.ff.de qõ. Sed per laicũ nullo mõ clericus verberari debet ẽt ad mandatũ iudicis eccleſiaſtici,vt hic;ergo &c.& hoc ꝓcedit tenẽdo maximè opi.quæ not. in c.cũ in cõtẽplatione.j̃.de reg.iu.& in d. c.illi q,ꝙ cleric⁹ nõ dẽt ita ſeuere verberari,ſicut laicus,ſed dẽt ſubiici uerberibus, vt ſic cogaſ dicere ueritatẽ.nã non licet verberare clericũ, vbi cõſtat de d̃licto p̃cedẽti;ita, qd̃ verbera inferãtur in pœnã delicti cõmiſſi, fortius hoc licere nõ dẽt,vbi dubitatur de delicto:ſed ſolũ ex qbuſdã indiciis ĩferſ tortura , quę ſæpe innocẽtibus ĩferſ,nõ ob.c.vt famæ, qa aliud ẽ in deprehẽſiõe & detruſiõe, aliud ĩ verberatione nã deprehẽſio & d̃truſio ĩ carcerẽ ñ p̃t explicari ſine maximo d̃decoſ ordinis clericalis.ſẽ qñ uerbera ĩferũſ p laicũ,ẽ magis ignominioſũ,& aliqñ exardeſcũt laici magis,q̃ deberẽt,ĩ odiũ clericorũ.2. q.7.c.laicos,in ſi.& ꝓ hoc facit,ꝙ no.in d.c.ſi clericos, ĩ.5.gl.Cõiter tñ obſeruaſ ꝯriũ, & malè, & hoc iõ, qa hodie clerici torquẽtur vt laici,& talis mod⁹ torquẽdi ñ poſſet fieri p clericos,qa ferè nemo ĩ hmõi caſu ob tẽparet, nec ſũt edocti ĩ hac arte torquendi,ſicut laici. Sed de iure non puto

7 hoc fieri poſſe.†In gl.1.ĩ ſi.quaſi ĩnuat hæc gl. qd̃ executor

c ad iudicia teneſ ſnĩam exeq,ſiue ſciat eã iuſtã,ſiue iniuſtã,[c] ſec⁹ ĩ executore extraiudiciali:qa ñ dẽt qs obedire ſupiori cũ mãdatũ ẽ iniuſtũ,& differẽtia ẽ ĩter actũ iudicialẽ & extraiudicialẽ,& rõ poſſet eſſe:qa ſnĩa tenet, licet ſit iniuſta, & imputãdũ ẽ nõ appellanti. Iõ executor debet exequi, ſed mãdatũ extraiudiciale iniuſtũ,nullum habet uinculũ,& intellige,qñ mãdatũ notoriè ẽ iniuſtũ. Si autem dubitaretur de iuſtitia,debet ſubditus potius obedire.23.q.1.c.quid culpat.

8 †In gl.2.ibi: *ſed abbas hoc facere poteſt.* Dic,ꝙ etiam debet:qa, vt dr̃ in lr̃a, nõ dẽt ẽt ex cauſa per alium percutere clericũ,uel monachum, niſi neceſſitas urgeret, & idẽ dic in prelatis inferiorib⁹ citra Epm eadẽ rõne , & eps põt etiam p ſe,quando non reperit alium, ut not.in c.non liceat,alle. in gl.& uide gl.45.diſt.in ſumma.In glo.in uer.*fieri iubeat,*

9 ibi,*incideret in canonem.*†Not.glo.quia ex hoc multi prælati ĩcidunt in ſententiam illius canonis excedendo debitã correctionẽ in verberãdo.Et idẽ puto in p̃lato faciente torqri clericũ,ſi modum torturę excedat,ut incidat in excõicationẽ,arg. hic,& in c.olĩ,de reſti.ſpo.vbi patet, ꝙ iniiciens manũ in clericum cã defenſionis teneſ, ſi modum excedat.

10 †In gl.pe.ĩ ſi.gl.nõ ſoluit ꝯriũ. Sed tu dic, ꝙ qñque aliquid prohibetur attẽto ſolo effectu,ita,ꝙ modus pueniendi ad effectũ non eſt de ſubſtantia , & tunc procedit ꝯrium gl.nõ enim curamus de modo,dũmodo habeamus effectũ,quãdo que mod⁹ ẽ de ſubſtãtia,ita, ꝙ non ſolũ habeſ reſpectus ad effectũ,& tunc nõ ſufficit habere effectũ,exemplum in ordine iudiciario inſtituto ad effectũ habendi iuſtã ſnĩam,non enim tenet ſnĩa quãtũcũq; iuſta ex cã,niſi ſit iuſta,ẽt ex ordine iudiciario,ut in c.eccleſia,s̃.de conſti.& quod ibi not. &.s̃.vt li.nõ cõteſt.fere p totũ,& ita ad propoſitũ correctio pmittitur prelato in ſubditũ, ſeruato tñ debito modo, qa propter prærogatiuam ordinis , clericalis non debet fieri pcuſſio p laicũ.nã nulla dignitas ſecularis ſimilis eſt ſacerdotio.96.diſt.c.duo ſunt,& alibi appellanſ Dii,vt in c.cum

11 ex iniũcto,s̃.de hære.†In gl.ſi.ibi, *qui alias capi & corigi non poteſt.* Hoc dictũ gl.nõ procedit,ut eſt tex. apertus in cõtrariũ in c.ſi clericos,eo.ti.li.6.ubi diciſ , qd̃ licet clericus incorrigibilis nõ ſit, ipunè tamẽ capi p̃t, & detrudi per laicũ de mãdato p̃lati,& iõ ſolue aliter ꝯriũ,quod aliud eſt in captione,ſiue detruſiõe, ut ibi, qa nõ infertur tãta ignominia ordini clericali , aliud in uerberatione , ut hic,de quo uide

12 bo.glo.in d.c.ſi clericus.†Extra glo.oppo. contra text.& uideſ,qd̃ Abbas poſſit abſolui hoc caſu p Epm per c. monachi,s̃.eo.ubi dr̃, ꝙ monachi pcutiẽtes ſe adinuicẽ nõ tenentur ire pro abſolutione ad ſedẽ apoſtolicã, ſed appellatione monachorũ uenit abbas in materia fauorabili,ut in c ſi. de ſimo.ergo,&c.Sol.Spe.in ti.de ſen.prola.§. ut aũt,uer. ſed cũ clauſtralis,& Vincẽ.j̃.e. ſtãt ꝯrio. Sed dicit Io.And. eos ñ põderaſſe bene iſtũ tex. ubi abſolutio reſeruaſ Papæ. Ad cõtrariũ reſpõdet,ꝙ ubi monachis prouidetur per manũ Abbatis , tũc appellatione monachorũ nõ uenit Abbas, & ita loqſ iſte tex.iuncto c.monachi,s̃. e.ſecus, ubi prouideſ p manũ tertii, ut in caſu c.ſi de ſimo. Ex quo infert qd̃ in caſu c religioſo,e.tit.li.6. Abbas poterit abſolui p Epm. No bene hanc theoricam Io.And.& idem uoluerunt Paul. & Io.de Lig.in cle.attẽdes, de ſtatu. re. Sed mihi nõ placet hęc theorica in terminis huius c.nã c.monachi,dicit,ꝙ vbi diſcretio abbatis ñ ſufficit,recurrẽdũ ẽ ad epm, & ſic prouidetur per manum Epiſcopi , ceſſante diſcretione Abbatis. Sed ĩ iſto caſu ceſſat diſcretio Abbatis,cũ ipſe fuit pcutiẽs, ergo recurrẽdũ ẽ ad Epm & ſic appellatione monachorum ibi ueniet Abbas,& ipſemet Io.An. fateſ opi.ꝯriã eſſe honeſtã,& ad iſtũ tex.p̃t reſponderi,ut loquatur, cũ percuſſio eſt enormis,& ſatis vr̃ enormis, cum ſit facta per laicum de multis uerberibus, uel eſt ſpeciale ẽm eum pp mixturã laici,ut ſicut laicus tenetur ire ad curiã , ita & Abbas,hoc dictum etiam nõ placet,quia Abbas eſt priuilegiatus,ut in c. monachi,

monachi,ſed laicus nõ. nã & ꝓ eodẽ facto unus p̃t eſſe ex-

